A. B. Jevons.

PHILOSOPHORUM
GRAECORUM VETERUM
RELIQUIAE.

PHILOSOPHORUM GRAECORUM
VETERUM
PRAESERTIM
QUI ANTE PLATONEM FLORUERUNT
OPERUM RELIQUIAE.

RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT
SIMON KARSTEN.

> Antiquitas, quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ea fortasse quae erant vera cernebat. CICERO.

VOLUMEN ALTERUM.
EMPEDOCLES.

AMSTELODAMI,
SUMTIBUS JOHANNIS MÜLLER.

1838.

EMPEDOCLIS AGRIGENTINI

CARMINUM

RELIQUIAE.

DE

VITA EJUS ET STUDIIS

DISSERUIT, FRAGMENTA EXPLICUIT, PHILOSOPHIAM ILLUSTRAVIT

SIMON KARSTEN,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. DOCT. INSTITUTI REG. NEERLAND. SODAL.,
GYMN. AMISFURT. RECT.

Θάρσει, καὶ τότε δὴ σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάσσεις.
EMPEDOCLES.

AMSTELODAMI,
SUMTIBUS JOHANNIS MÜLLER.

1838.

TYPIS C. A. SPIN.

VIRO CLARISSIMO,

DAVIDI JACOBO VAN LENNEP,

ORDINI LEONIS BELGICI ADSCRIPTO,

LITT. GR. ET LAT. PROFESSORI AMSTELODAMENSI, INSTITUTI REGII NEERLANDICI ET ALIARUM SOCIETATUM SODALI, COLLEGII SELECTORUM PROV. HOLLANDIAE LEGATORUM SOCIO, ETC.

CRITICORUM BATAVORUM NESTORI,

D. D.

AUCTOR.

Quod de philosophia quondam Tullius *dixit, eam paucorum judicio esse contentam, id nescio,* Lennepi, *vir clarissime, an de omni interiore literarum genere jure dici queat. Etsi enim, nostra praesertim aetate, humanitatis artes late patent et ad plurimos pertinent, in multos tamen transferri potest* Neoptolemi *illud: placere iis philosophari, sed paucis. Multis placet, per Musarum prata (ut poëtice loquar) errare, flores hinc illinc decerpere; sed spinosa et avia loca adire, explorare, illustrare, id plerisque longum et ingratum videtur.*

Quorum equidem studio multum abest ut obtrectem. Varia sunt judicia; variae laudis viae. Sed me quum nescio quomodo severior Musa in hanc studiorum semitam traxisset, bene intellexi, quod re expertus sum, non multorum plausu laborem meum comprobatum iri; satis habui, si paucorum judicio possem placere. Quorum in numero quem anteponam Tibi, L e n n e p i, literatorum in patria nostra Nestori jure praedicando, qui cum senili prudentia et maturitate juvenilem conjungis vigorem et viriditatem, quem intuentes sponte recordemur veteris illud poëtae:

Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
Μὴ λοξῷ, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

Tu igitur quum non semel privato colloquio mihi significasses, laborem tibi meum probari, idque publicâ honoris suffragatione declarasses, jam Tibi dico hunc meum E m p e d o c l e m, munus, ut spero, tibi haud ingratum, vel propter ipsius ingenii et doctrinae lumen vel propter necessitudinem cum didacticorum poëtarum principe, H e s i o d o tuo, quem tuis lucubrationibus politum et illustratum ut edas aliquando, valde optamus. Accipe ergo, praeclare vir, hoc studii mei animique pignus! accipe votum, ut quas literas per quadraginta annos, in amplissimae civitatis luce, institutione tua et exemplo ornasti et propagasti, iisdem porro, docendi munere defunctus, auctoritate tua et consilio adjuvandis diu sis superstes!

Agrigentini sapientis fama jam ante aliquot secula doctorum hominum exspectationem movit et studia excitavit. A quo inde tempore antiquarum literarum et philosophiae disciplina instaurari coepit, Empedoclis nomen et placita in publicis scholis increbuere; fuerunt adeo, ut Mongitorius narrat, in celeberrimis Academiis, Lovaniae et in Brittannia, qui se Empedocleos profiterentur [1]. Sed horum conatus si quid fortasse ad physicorum scientiam attulerint emolumenti, ipsi Empedoclis Musae parum lucis attulerunt. Plus profecit H. Stephani et J. Scaligeri opera, quorum ille in *Poësi philosophica* complura illius fragmenta edidit, hic multo majorem copiam, ad trecentos adeo et septuaginta versus, in adversaria congessit. Sed Scaligerana col-

(1) Vid. Mongitorius Bibl. Sic. v. *Empedocles*. p. 173.

lectio exiguo ac paene nullo artis criticae ornatu instructa, sicut indotata puella, Leydensis bibliothecae custodiâ septa latuit [2]. Plures quidem eam ornare et in lucem proferre meditati sunt, ut Fabricius, Goensius, Canterus, sed in proposito non steterunt [3]. Prodiit tandem ante hos triginta annos liber M. Frid. Guil. Sturzii, hoc titulo inscriptus: *Empedocles Agrigentinus. De vita et philosophia ejus exposuit, carminum reliquias ex antiquis scriptoribus collegit, recensuit, illustravit, etc.* Lipsiae, 1805. Sturzianum opus exemplum est laboris et diligentiae, quae dotes in illo viro singulares fuere; quibus si par accessisset ingenium et judicium, haud multum sane requirendum posteris reliquisset. Illius labor plures excitavit, ut Empedocleam philosophiam retractarent; e quibus praeter alios memorandus B. H. K. Lommatzsch, qui librum edidit diserte scriptum hoc titulo: *Die Weisheit des Empedocles, nach ihren Quellen philosophisch bearbeitet, nebst einer metrischen Uebersetzung, etc.* Berlin, 1830. Praeterea Empedoclis fragmentis

(2) Exprompta est et mecum communicata a Jac. Geelio, ut dixi in Praef. Parmenidis.

(3) Vid. Harles. in Fabricii Bibl. Gr. T. I, p. 813. Sturz. Empedocl. Praef.

accessio facta est e Simplicii commentariis in Aristotelis libros de Coelo, e cujus operis codice Taur. aliquot Parmenidis et Empedoclis versus protulit Amedeus Peyron in libello inscripto: *Empedoclis* et *Parmenidis fragmenta e codice Taurin. biblioth. restituta etc.* Lipsiae, 1810. Eadem fragmenta ex aliis codicibus emendatiora repetiverunt Gaisford in *Poëtis minoribus graecis* T. III, et Brandis in *Scholiis Aristotelicis.* Praeter illa ad emendandum Empedoclem accesserunt nonnullae virorum doctorum conjecturae, ut nuperrime Theod. Bergkii, in *Actis Societatis Graecae* P. I, et passim aliis locis propositae [4]. Itaque res jam sic erat comparata, ut novum Empedoclis carminum et placitorum *σύνταγμα* expeteretur, cui muneri ut satisfacerem, totum opus de integro retractandum suscepi: antiquitatis scrinia excussi; indagavi carminum reliquias; pauca, quae aut fugerant Sturzium aut post eum reperta erant, adjeci; alia Empedocli falso aut temere tributa segregavi [5];

(4) Quae Bergkius in Ephemeridibus inscriptis Zeitschrift für d. Klass. Alterthumsw. a. 1837 scripsit, exarato jam commentario meo mecum communicata, in Addendis memoravi.

(5) Quae ne quis negligentiâ a me omissa putet, paucis indicabo. Vs. 21 sq. (ed. Sturz.): *οὔτε θεῶν τις κόσμον κτλ.* Sunt verba Heracliti; pariter ut vs. 354: *νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι.* Vs. 390: *ἶσόν τοι κυάμους*

plura correxi; recolui omnia veterum testimonia; vera a falsis discernere studui; denique tum in explicandis versuum reliquiis, tum in interpretanda illius philosophia id operam dedi, ut Siculae Musae effigiem temporum sordibus haud leviter deformatam, quantum possem, repraesentarem. Hoc quatenus exsequi mihi contigerit, criticorum erit judicium, a quorum aequanimitate eandem mihi peto indulgentiam quam Geographus sibi deposcit: *καὶ ἡμῖν συγγνώμην ἔχειν καὶ οὐ δυσχεραίνειν δεῖ, ἐάν τι πταίωμεν, ἀλλ' ἀγαπᾷν, ἐὰν τὰ πλείονα τῶν εἰρημένων ἑτέροις ἄμεινον λέγωμεν, ἢ τὰ παραλειφθέντα κατ' ἄγνοιαν προστιθῶμεν.*

κτλ. ab incerto auctore profectus est, de quo dixi in Commentario p. 288. Vs. 396 sq. ἣν δ' ἀπολείψας σῶμα κτλ. Aureo carmini relinquendi sunt. Vs. 425 sq. quibus Pythagoreorum jusjurandum continetur, Pythagoricae scholae vindicandi.

DE
EMPEDOCLIS
VITA ET STUDIIS.

DE EMPEDOCLIS VITA ET STUDIIS.

§ 1.

Empedocles patria ortus est Agrigento [1], clara Siciliae civitate, Syracusarum aliquando aemula, quae non magis opum splendore quam illius fama illustrata est. Agrigentini enim vel Siculi sapientis nomen vulgo notum [2]. Quis vero ignorat magnificum illud in Empedoclem elogium Lucretii, ubi de Sicilia canens, sic de eo praedicat [3]:

> Quae quom magna modis multis miranda videtur
> Gentibus humanis regio, visundaque fertur,
> Rebus opima bonis, multâ munita virûm vi;
> Nil tamen hoc habuisse viro praeclarius in se
> Nec sanctum magis et mirum carumque videtur.

Patrem autem habuit, ut plerique tradunt, Metonem, Empedoclis item filium; at alii patrem ejus Archinomum, alii Exaenetum appellatum dixe-

(1) Testantur ipsius Empedoclis vss. pr. *Καθαρμῶν* ap. Diog. Laërt. VIII, 54. Consentiunt in eo historici, Hippobotus, Timaeus, Hermippus, alii, citati ab eodem, s. 51; Scholiastes in Platon. Gorgiam (p. 300 A.) p. 120 Ruhnk. Suidas in voce *Ἐμπεδοκλῆς*. Tzetzes Chil. II, 901; denique ceteri omnes.

(2) Plato Soph. p. 242 D, *Σικελικαῖς Μούσαις* Empedoclem significat; cf. Heraclid. Alleg. Hom. p. 494 Gale. Idem ὁ *Ἀκραγαντῖνος ποιητὴς* appellatur a Clemente Alex. Strom. V, p. 549 B, al. Cicer. Lael. c. 7; Horat. Ep. ad Piss. vs. 463. Cf. Sturz. p. 3.

(3) Lucret. I, vs. 727; a quo etiam Agragantinus appellatur, vs. 717.

runt, ut memorat Suidas [4]. Sed Archinomi nomen nititur auctoritate scriptoris cujusdam, fortasse Pythagorei, satis antiqui quidem, sed ignoti ac nullius fidei, qui epistolam finxit Telaugis nomine ad Philolaum scriptam, in qua de Empedoclis vita narratur. Ista autem epistola, quae jam a Neanthe Cyziceno *ἀναξιοπιστὸς* judicata est, satis se ipsa redarguit; adeo inepte et confuse conflata in eâ sunt omnia [5]. Quamobrem hoc quidem testimonium nihil habet auctoritatis.

(4) Suidas v. *Ἐμπεδοκλῆς*, ubi pro *Ξενέτου* legendum esse *Ἐξαινέτου*, jam dudum interpretes docuerunt. Vid. Menag. Observv. in Diog. Laërt. VIII, 53.

(5) Quo facilius haec fraus dijudicari possit, non incommodum erit epistolii istius excerpta, a Diogene prodita, hoc loco componere. Primum de Empedoclis patre commemorat haec (VIII, s. 53): *Τηλαυγὴς δὲ ὁ Πυθαγόρου παῖς ἐν τῇ πρὸς Φιλόλαον ἐπιστολῇ φησὶ, τὸν Ἐμπεδοκλέα Ἀρχινόμου εἶναι υἱόν.* Porro s. 55, de ejus praeceptoribus: *Νεάνθης φησὶ.... τὴν προφερομένην πρὸς Τηλαυγοῦς ἐπιστολὴν, ὅτι μετέσχεν Ἱππάσου καὶ Βροντίνου, μὴ εἶναι ἀξιόπιστον.* Postremo de Empedoclis morte, s. 74: *ἐν δὲ τῷ προειρημένῳ Τηλαυγοῦς ἐπιστολίῳ λέγεται, αὐτὸν εἰς θάλατταν ὑπὸ γήρως ὀλισθήσαντα τελευτῆσαι.* Haec sunt quae apud Diogenem ex illa epistola commemorata legimus. Jam, ut omittam, quod Diogenes alibi (VIII, 43.) scribit, Telaugen nihil scripti reliquisse, nemo ignorat, quantum Telauges et Philolaus aetate inter se distent. Neque minore intervallo distat ab Empedocle, cui vix aequalis, nedum superior esse potuerit. Hic tamen illius mortem commemorat. Idem dicendum de Brontino et Hippaso. Postremo singula, quae in hac epistola traduntur, optimorum auctorum testimoniis repugnant, ut deinceps apparebit.

Doct. Bonamy (Memoir. de l'Acad. d. Inscr. et B. Lettr. T. X, p. 55. ed. Paris.) putabat, Archinomum patrem fortasse fuisse Empedoclis tragoediarum poëtae, qui minor natu fuit. Sed reliqua ab hujus aetate multo etiam magis discrepant. Si mendaci Graeculo aliqua fides esset habenda, e vocabulo *Ἀρχίνομος* conjectura duci posset, fuisse istud cognomen magistratûs, quem Meton in civitate Agrigentina gessisset, quoniam a reip. administratione non alienus fuisse videtur.

Exaenetus autem pater fuit non physici Empedoclis, sed avi ejus cognominis, quem cum nepote nonnulli veterum confuderunt, ut mox apparebit. Cui avo praeter Metonem filius fuit item Exaenetus nominatus. Metone autem natum esse Empedoclem, plurimi et locupletissimi testes consentiunt, ut Hippobotus, Timaeus, Apollodorus [6], alii, a quibus vulgo Ἐμπεδοκλῆς Μέτωνος Ἀκραγαντῖνος solet appellari. Memoratur etiam soror Empedoclis, item frater Callicratides [7]. Fuit praeterea Empedocles quidam, tragicus poëta, qui illius e filia nepos fuisse creditur [8]. Denique memoratur Exaenetus quidam Agrigentinus, qui Olymp. 92 victor fuit Olympiae, quem Empedoclis familiae cognatum fuisse, non improbabile videtur [9].

Genere fuit divite et illustri. Jam avum illius Empedoclem splendidum virum fuisse apparet ex eo, quod equos aluit ad certamina publica [10]; quod quidem illo tempore regibus ac principibus viris summae laudi habitum et in Siciliae civitatibus praecipuo in honore fuisse, Pindarica carmina testantur. Eundem

(6) Apud Diog. Laërt, VIII, 51, 52; Eudociam Viol. p. 169. Item Plutarchus, Justinus martyr, Eusebius, quos passim citabimus. A Tzetze Chil. II, 901, IV, 526, perverse Ἐμπεδοκλῆς Μελίτωνος appellatur.

(7) Vid, Diog. Laërt. VIII, 53, 56. Suidas in v. Ἐμπεδοκλῆς.

(8) Suidas: Ἐμπεδοκλῆς, θυγατριδοῦς τοῦ προτέρου, τραγικός. τραγῳδίαι αὐτοῦ κδ'.

(9) Vid. Diodorus Sicul. XIII, 82. ad q. l. Wessel. p. 607.

(10) Vid. praeter Timaeum et Hermippum, Heraclides Ponticus, qui ἐν τῷ περὶ νόσων scripsit, ὅτι λαμπρᾶς ἦν οἰκίας, ἱπποτροφηκότος τοῦ πάππου· teste Laërtio VIII, 51; Eudoc. Viol. p. 169. De Heraclidis hoc opere cf. dissert. Eug. Deswert, (Lovan. 1830.) p. 82 sq.

Olymp. 71 victorem fuisse, Eratosthenes in Olympionicis, auctore usus Aristotele, retulit. Apollodorus quoque in Chronicis notavit, hac Olympiade Empedoclem physico cognominem celete victoriam reportasse [11]. Cum quibus comparanda sunt quae Satyrus in vitis, teste Diogene, scripsit: »Empedoclem Exaeneti filium fuisse, atque ipsum quoque ex se filium Exaenetum reliquisse; et eâdem Olympiade patrem celete vicisse, filium lucta, vel ut Heraclides in Satyri vitarum Epitome dicit, cursu [12]." Haec quamquam Diogenes ita narrat quasi de Empedocle physico relata sint, tamen res et nomen satis indicant, ad ejus avum pertinere [13]; quum physicus omnium consensu Metonis filius habitus sit, isque in alio potius quam equitandi studio laudem poneret et celebritatem quaereret. Sed ista personarum confusio utrum sit Satyro tribuenda an Diogeni, qui illius dicta negligentius legerit vel parum accurate, ut interdum solet, excerpserit, incertum [14]. Hoc certum est, multos postea Empedo-

(11) Diogen. Laërt. ibid. s. 51 et 52. Ultimis hujus verbis leve vitium subesse videtur. Leguntur haec: *ὁ δὲ πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα νενικηκὼς κέλητι, τούτου πάντως ἦν ὁμώνυμος, ὥς θ' ἅμα καὶ τὸν χρόνον ὑπὸ τοῦ Ἀπολλοδώρου σημαίνεσθαι.* Pro inutili voce *πάντως* legendum censeo *πάππος*. Quod autem Menagius *ἑβδομηκοστὴν* in *ἑξηκοστὴν* mutari voluit, nulla est causa cur probetur.

(12) Vid. Diogenes L. ibid. s. 53. Eudocia p. 169.

(13) Ut jam Corsin. Fast. Att. T. III, p. 137; Dodwell. de aet. Phalar. p. 220; Bonamy, et Bayle, ll. ll. Sturz. Emped. p. 5 et 16 arbitrati sunt.

(14) Diogenes non raro in excerptis componendis admodum confuse agit. Sic paullo superius, postquam ex Eratosthene narravit, 71 Olympiade Metonis patrem vicisse, statim deinceps addit s. 52: *Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ γραμματικὸς ἐν τοῖς χρονικοῖς φησὶν, ὡς ἦν Μέτωνος μὲν υἱός.* Quae facile sic intelligeres, quasi e sententia Apollodori Metonis filius hanc victoriam

clem philosophum eundem et Olympiae victorem fecisse. Addita quoque narratio, quae rei aliquem veritatis colorem afferre videtur. Nam Diogenes, memoratâ e Satyro illâ Empedoclis victoriâ, addit: in Phavorini se commentariis reperisse, eum ibi civitatium legatis publice ad ludos missis (τοῖς θεωροῖς) immolasse bovem e melle et farina factum. Simplices sane dapes! Splendidius eum fecisse narrat Athenaeus, ita scribens: »Empedocles Agrigentinus curru (ἵπποις) Olympiae victor, ut Pythagoricus ab animalium carne abstinens, e myrrha, ture, et pretiosissimis aromatibus bovem fictum gratulantibus spectatoribus distribuit [15]." Inde nonnulli, nimis in hoc creduli, effecerunt, ambos et avum et nepotem Olympionicas fuisse, alterum celete, ut Satyrus, alterum curru, ut Athenaeus scribit [16]. At eandem rem ab utroque scriptore, etsi diverso modo, referri, tota narratio indicat; praeterea si diversae fuissent illae victoriae, utraque in Olympionicarum catalogis memorata fuisset, in quibus tamen unius tantum Empedoclis mentio est. Utris igitur potius testibus credendum, Aristoteli,

reportasset, sicut intellexit Bayle in v. *Empedocle* n. A. Sed deceptus est, ut attentius legenti facile apparebit, quum Diogenes hic, relatis aliorum testimoniis, denuo Apollodori testimonium de Empedoclis genere adjungat.

(15) Athenaeus L. I, c. 3. p, 3 E. Idem factum ut Pythagoricae disciplinae indicium memorat Philostratus vit. Apollon. I, c. 1, p. 3, de Empedocle loquens: *καὶ ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς, ὃν λέγεται πέμμα ποιησάμενος θῦσαι, τὰ Πυθαγόρου ἐπαινοῦντος εἴη ἄν. Πέμμα* tam sacrificium e melle et farre quam ex aromatibus significare potest. Memorant etiam Suidas in v. *Ἐμπεδοκλῆς* et v. *Ἀθήναιος*, Philostrati et Athenaei testimonia secutus; Eustath. Odyss. *γ*, p. 1454 Rom. et fortasse alii.

(16) Bonamy l. l. p. 67; Bayle item l. l.

Eratostheni, Olympiodoro, qui avo, an serioribus, Phavorino, Athenaeo similibusque, qui nepoti lauream assignant? Cur vero illius laus in hunc translata sit, caussa facile haec fuerit, quod physicus Empedocles ipse item Olympiae fuisse ibique omnium ora in se convertisse legitur, et quod recens nepotis nobilitas senescentem avi memoriam obscuraverit. Quod autem ad illam ficti bovis immolationem attinet, id haud dubie ad physicum Empedoclem spectat, qui vulgo Pythagoreus habitus est; ab avo vero ejus plane alienum est, nisi forte lubeat hunc quoque Pythagoreis adnumerare, sicut nonnulli arbitrati sunt [17]. Ceterum res ista utrum vera sit, an ficta ad Pythagorae exemplum, quem a victimarum caede abhorruisse constat, incertum [18]; etsi fatendum, eam ab Empedoclis placitis moribusque nequaquam abhorrere.

§ 2.

Haec de Empedoclis genere; jam de ejus aetate videndum. Qua in re idem huic accidit, quod multis antiquioribus, iis praesertim qui non ipsa Graecia, sed in exteris regionibus, Italiâ et Siciliâ, vixere, ut eorum res et tempora valde perturbata sint. Quis ignorat, quot erroribus exempli gratia Phalaridis, Pythagorae, Xenophanis tempora sint implicita? Idem dicendum

(17) Harles. in Fabric. Bibl. Gr. II, 12; T. I, p. 806. Sturz. Emp. p. 16 sq.

(18) De quo victimae genere vid. Olearius in Philostr. vit. Apollon. I, 1, not. 19; Barnes. in Eurip. Ion. vs. 227; Sturz. Emp. p. 15 sq. Müller, Dores, P. I, p. 324 sq.

de Empedocle, quem alii Anaximandri, alii Pythagorae, alii Parmenidis, alii Anaxagorae, qui haud exiguo sane temporis intervallo inter se distant, aequalem et aemulum faciunt. De aequalibus autem ejus infra commodior erit dicendi locus. Nunc temporum notas et indicia, quibus aetas illius certius definiri queat, exploremus.

Diogenes Laërtius ponit, eum circa Olymp. 84 floruisse: *ἤκμασε δὲ κατὰ τὴν δ′ καὶ π′ Ὀλυμπιάδα* [19]. Eusebius, ut saepe, fluctuat inter Olympp. 81 et 86. Priore loco haec habet: Ὀλυμπ. πα′. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παρμενίδης, φιλόσοφοι φυσικοὶ, ἐγνωρίζοντο· Ζήνων, καὶ Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινὸς ἤκμαζον. Altero haec: Ὀλ. πς′ Δημόκριτος Ἀβδηρίτης, φυσικὸς φιλόσοφος, ἐγνωρίζετο, καὶ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος. addit item Hippocratem, Gorgiam, Prodicum, alios. Gellius autem scribit, juxta tempora Fabiorum et Decemvirorum scribundis legibus, Empedoclem Agrigentinum in philosophiae naturalis studio floruisse [20]. Tres illi auctores si non plane concinunt, haud prorsus tamen inter se discrepant: patet enim eos Empedoclis tempora non definite notare, sed universe tantum significare. Nam, quos Gellius simul nominat, Fabii et Decemviri legg. scribb., ii sex fere lustris inter se distant: Fabii enim vitam pro patria devoverunt a. U. C. 277, h. e. Olymp. 76,1; Decemvirorum autem potestas instituta

(19) Diog. Laërt. VIII, 74. Similiter anonymus scriptor in Scaligeri Thes. tempp. p. 320.

(20) Gellius N. A. XVII, 21. Locum hunc, in quo haeret Ger. Vossius, de poët. Graec. c. 6, recte explicuit Bonamy, p. 56.

a. U. 305, sive Olymp. 82,3. Vocabula autem ἤκμασε, ἐγνωρίζετο, ἐγένετο nihil definiunt, et intelligi possunt tam de eo tempore quo Empedocles in Sicilia et domi celebritatem adeptus sit, quam de eo quo peregre profectus in Graecia et Athenarum luce inclaruerit. Horum temporum posterius a Diogene significari probabilius, quo ἀκμὴ intelligenda sit annorum et doctrinae maturitas [21]. Nam Glaucus Rheginus, Empedocli aetate proximus, retulit, teste Apollodoro, eum in Thuriorum civitatem recens conditam profectum esse [22]; Thurii autem civitas condita Olymp. 83,4; ergo eodem tempore quo ἀκμάσαι Empedoclem statuit Laërtius. Jam vero hoc iter suscepisse Empedoclem natu jam provectiorem, postquam et in patria doctrinâ factisque celebritatem adeptus esset et itineribus in Graeciam susceptis nominis sui famam extendisset, ex ejus vita apparebit. Quodsi his indiciis

(21) Sic in Eusebii Can. Chron. Parmenides innotuisse legitur Ol. 80, 4, quo fere tempore hic sexagenarius Athenas venit. Vid. Parmen. rell. p. 8.

(22) Apollodori testimonium in Chronicis, servatum a Diogene Laërtio VIII, 52, in metrum redigere aggressus est Heynius, in Apollod. fragm. I, p. 414; accuratius fecit Clinton. Fast. Hellen. p. 53, 3; ad Ol. 84, ita:

ἦν μὲν Μέτωνος υἱὸς, εἰς δὲ Θουρίους
αὐτὸν νεωστὶ παντελῶς ἐκτισμένους
Γλαῦκος ... ἐλθεῖν φησὶν ...
οἱ δ' ἱστοροῦντες ὡς πεφευγὼς οἴκοθεν
εἰς τὰς Συρακούσας, μετ' ἐκείνων ἐπολέμει
πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, τελέως ἀγνοεῖν ἐμοὶ
δοκοῦσιν· ἢ γὰρ οὐκ ἔτ' ἦν, ἢ παντελῶς
ὑπεργεγηρακώς· ὅπερ οὐχὶ φαίνεται.
Ἀριστοτέλης γὰρ αὐτὸν ἑξήκοντ' ἐτῶν,
ἔτι θ' Ἡράκλειτον, φησὶ τετελευτηκέναι.

Eodem infra revertemur. Glaucus autem scripserat librum περὶ ποιητῶν, de quo Jonsius de scriptt. Hist. Philos. L. I, c. 4, 4.

Empedoclis tempora jam probabiliter designari possunt, clarius etiam patebunt, si comparemus cum eo aetates philosophorum, qui aequales illi fuisse proditi sunt.

Empedocles saepius jungi solet cum Anaxagora; utriusque placita Aristoteles alicubi comparans, dicit, Anaxagoram Empedocle fuisse ἡλικίᾳ μὲν πρότερον, ἔργοις δὲ ὕστερον [23]. Fuit ergo Empedocles minor natu Anaxagorâ, quem constat Ol. 70 natum esse [24]. Contra majorem natu eum fuisse Gorgia, vix dubitari potest, siquidem hic artem rhetoricam ab illo accepisse creditur. Gorgias autem natus non multo ante Ol. 75 [25]. Quocirca si Empedoclem, ut medium inter utrumque, 72 circiter Olympiade natum statuamus, non multum a vero abesse poterimus [26]. Itaque Ol. 84, quo tempore eum ἀκμάσαι scribit Laërtius, fuerit fere quinquagenarius, aetate maturus et famâ per universam Graeciam notus.

(23) Aristot. Metaph. I, 3. p. 645 G. Add. quos Sturz. citat, Alexander Aphrod. in Metaph. p. 12 et 21, et Simplicius Phys. I, f. 6 B, a quo dicitur οὐ πολὺ κατόπιν τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονώς.

(24) Secundum Apollodorum: vid. Schaubach. Anaxagor. p. 2; Clinton. Fast. Hell. p. 21, 3.

(25) Hoc ex eo apparet quod Gorgias paullo major fuit natu quam Antiphon Rhamnusius, qui, ut probavit Ruhnkenius, Ol. 75 natus est. Vid. Foss. de Gorgia, p. 11.

(26) Idem tempus statuit Bonamy, p. 56, Empedoclem Ol. 73 initio natum putans. In quam tamen opinionem venit non ratione ductus sed conjectura, ponens scilicet, illum quo tempore ἀκμάσαι dicitur a Diogene, Olymp. 84, 45 annorum fuisse. Aliter vero arbitratur Dodwellus, de aetate Pythag. p. 219 sq. qui computando efficit, Empedoclem Ol. $\frac{76,4}{77,1}$ natum esse: quae computatio nititur improbabili prorsus conjectura, Empedoclem post Atheniensium in Sicilia cladem annum egisse sexagesimum. Dodwelli tamen auctoritatem secuti sunt Brucker Hist. Phil. p. 1129, 1144, et Sturz. p. 8 sq.

Mortuus est autem sexagenarius, teste Aristotele [27]; cui profecto major fides habenda quam Phavorino, auctori non admodum locupleti, qui eum ad septimum et septuagesimum aetatis annum vitam produxisse scripsit [28]. Nam quod quidam centum et novem annos eum complêsse prodiderunt, manifestus est error eorum qui Empedoclem cum ipsius auditore et familiari Gorgia, quorum mentio saepe jungitur, confuderint; tantum enim temporis spatium Gorgiam vixisse, Apollodorus testatur [29]. Contra Empedoclem non admodum grandem natu exstinctum esse, etiam Apollodorus censuit; refutans eos, qui illum bello Syracusano adversus Athenienses interfuisse narrarent [30]. Quod quidem per temporum rationem melius conveniret in Empedoclem tragicum, quem physici nepotem fuisse ferunt.

Jam ex iis quae exposuimus satis certo effici posse videtur, Empedoclem fere intra Olympp. 72 et 87, quibus sexaginta annorum spatium continetur, vixisse. In quod tempus conveniunt quoque omnia quae probabiles testes de ejus vita factisque passim memorarunt, quod e sequenti narratione patebit.

(27) Ut auctor est Apollodorus, supra allatus not. 22. Cf. Diogenes L. VIII, s. 74. Nonnulli etiam Heraclidem hoc testari volunt, in Apollodori ultimo versu *Ἡράκλειτον* vel (ut in Steph. edit. legitur) *Ἡράκλειτος* mutantes videlicet in *Ἡρακλείδης*.

(28) Diogen. ibid. s. 73.

(29) Vid. Diogenes L. ibid. s. 74, et Eudocia p. 170; coll. Diogen. s. 58. Idem Sturzio visum.

(30) Vid. not. 22: *ὑπεργεγηρακὼς . . οὐχὶ φαίνεται.* Factum, quod Apollodorus hic memorat, infra tangemus.

§ 3.

Ex illis, quae de Empedoclis patria et aetate diximus, apparet pueritiam ejus incidisse in id tempus, quo Agrigenti tyrannidem tenebat Theron (regnavit hic ab Olymp. 73—77): cujus sub justo et liberali imperio haec civitas ad summum potentiae et gloriae fastigium se extulit [31]. Post hujus vero mortem, adolescente Empedocle, libertatis studia renasci coepere. Thrasydaeus, qui patri Theroni in imperium successerat, expulsus, et populare imperium ab Agrigentinis constitutum; quorum exemplum secuti Syracusani totam Siciliam tyrannis liberarunt [32].

Post hoc demum tempus Empedoclis nomen illustrari coepit. Nam de pueritia ejus et adolescentia nihil relatum accepimus; etsi vel conjecturâ colligi licet, eum, ut adolescentem divite et illustri familia ortum, domi eruditum esse iis artibus ac disciplinis, quarum discendarum opportunitas tam Agrigenti quam in ceteris Siciliae civitatibus tunc haud deërat. Celebris eo tempore in magna Graecia erat Pythagorica disciplina, cujus aemuli, post dissolutum sodalitium [33], per Italiae inferioris et Siciliae oppida dispersi, Pythagorica instituta et placita jam latius disse-

(31) Vid. Diodor. Siculus Biblioth. L. XI, c. 53, et Excerpt. p. 558. ed. Wess. Cf. Boeckh. in Pind. Olymp. II. Expl. p. 117 sq.

(32) Diodor. Sic. XI, c. 53, 67, 68.

(33) Quod factum est paullo ante mortem Pythagorae, certe haud post Olymp. 67, sed potius aliquanto ante. Cf. Ritter, Gesch. d. Pyth. philos. p. 7 sq. 55 sq.

minaverant. Etiam rerum naturalium cognitionem in Sicilia et Agrigenti cultam esse testes sunt Acron et Pausanias, Empedoclis aequales, qui tantam in medica arte adepti sunt celebritatem, ut etiam medicorum factiones ab illis originem duxerint [34]. Denique, ut hoc etiam memorem, sublatis tyrannis, restituta libertas eloquentiae quoque studium excitavit, quae, quum Siculi ingenio essent acuti et lepidi, hîc primum artificiose elaborari coepta, et rhetorices initia inventa sunt, quae ars deinceps e Sicilia Athenas translata est [35]. Jam vero in tali urbe atque tali tempestate doctrinae studiis affluente, adolescenti altioris indolis discendi copias haud defuisse, facile perspicitur. Num dubitandum, Empedoclem jam mature, Pythagoreorum exemplo commotum, praecipua illorum de naturâ moribusque placita gustasse, mentem ad reconditarum rerum contemplationem applicuisse, ingenium et linguam arte formasse, denique tinctum esse adolescentem iis artibus et disciplinis, quibus vir factus inclaruit?

(34) In utrumque feruntur Empedoclis epigrammata. Praeterea legendus de altero Plinius, Hist. Nat. XXIX, 3 (Bipont), haec scribens: »Alia factio, (ab experimentis cognominant Empiricen) coepit in Sicilia Acrone Agrigentino, Empedoclis physici auctoritate commendato." Idem laudatur a Plutarcho, Is. et Osir. Vol. VII, p. 506. Reisk. De altero Galenus Therapeut. L. I, qui tres medicorum choros numerat, Coös, Cnidios, Italicos; *καὶ οἱ ἐκ τῆς Ἰταλίας ἰατροὶ, Φιλιστίων καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παυσανίας, καὶ οἱ τούτων ἑταῖροι.* Cf. Suidas, et Mongitorius Bibl. Sic. in vv. Sturz. p. 67.

(35) Vid. Cicero, Brut. c. 12. Eo tempore Siculi Corax et Tisias primi dicendi magistri et artium scriptores exstiterunt; de quibus leg. A. Westermann. Gesch. d. Beredsamk. Vol. I, p. 35 sqq.

Primum autem Empedocles in republica apparet post mortem patris Metonis, quem ipsum unum in principibus fuisse libertatis vindicem et patronum, colligi potest ex iis quae Neanthes Cyzicenus retulit. Scribit hic, »Metone mortuo, tyrannidis initia pullulare coepisse; tum vero Empedoclem Agrigentinos induxisse ut a factionibus absisterent et aequalitatem civilem (*ἰσότητα πολιτικὴν*) amplecterentur [36]." Ex hoc loco jure suspicari licet, Metonem populi partibus favisse, et Agrigenti post sublatam tyrannidem magna valuisse auctoritate, quum ejus mors signum esset, quo factiosorum conatus ad tyrannidem restituendam erumperent. Quales autem istae factiones fuerint, veterum rerumpublicarum historia declarat. Agrigentini remp. condiderant, Doricis institutis temperatam; summa rerum mandata erat Senatui mille viris composito [37]. Hi autem cum potestate sua immoderatius abuterentur, exstitere lites, exortae sunt factiones optimatum et plebis, quarum illae paucorum dominationi, hae populari imperio faverent. Empedocles igitur potentiorum ambitioni obstitit, factiosos reprehendit, suasit aequalia civibus jura impertiri [38]. Neque solum dictis, sed factis quoque se tam erga

(36) Vid. Diog. Laërt. VIII, s. 72; Eudocia. p. 170. Neanthem haec retulisse in libro *περὶ Πυθαγορικῶν*, colligas e Diogenis verbis: *Νεάνθης δὲ ὁ Κυζικηνὸς, ὁ καὶ περὶ τῶν Πυθαγορικῶν εἰπών.* Nisi fortasse haec pars fuerit operis quod scripsit *περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν.* Vid. Sturz. in Praef. Empedocl. Menagius in Observv. in Diogen. l. l.

(37) Cujus mentio fit paullo inferius.

(38) Huc spectat Timonis Phliasii in Empedoclem dictum:

ἀρχῶν ὃς διέθηκ' ἀρχὰς ἐπιδευέας ἄλλων,

i. e. multitudinem, cui rege opus esset, regem fecit. Vid. inferius § 8 princ.

pauperes liberalem, quam adversus potentes severum ostendit. Ex opibus a patre illi relictis multas virgines, quae propter paupertatem nubere non possent, dotibus datis collocavit [39]. Praecipue vero popularem se reddidit hoc facto, quod ut Timaeus narravit, initium ei capessendae reip. fuit. Quum a magistratu quodam (ὑπό τινος τῶν ἀρχόντων) ad convivium invitatus (in conviviis Graecos saepe res publicas agitasse notum est) eo venisset, cessante coena, Empedocles id aegre tulit; excusavit autem dominus, dicens, publici consilii ministrum (τὸν τῆς βουλῆς ὑπηρέτην) exspectari. Is cum tandem venisset, a domino rex convivii (Graeci συμποσίαρχον appellant) constitutus est. Qui statim tyrannidis affectandae consilium prae se tulit: jussit convivas aut bibere aut caput vino perfundi [40]: hoc joco significans, opinor, debere convivas aut tyrannidis quasi mero inebriari, aut submergi; i. e. vel parendum tyrannidi, vel succumbendum. Empedocles interim quidem quievit; postero vero die ambos, et dominum et convivii regem, in judicium vocavit, et tyrannidis convictos capitis damnandos curavit [41]. Magnum profecto exemplum severitatis ejus et odii adversus tyrannidem. Neque minus acriter superbiae quorundam et ambitioni se opposuit. Acroni, nobilissimo medico, a Senatu Agrigen-

(39) Ut refert idem Neanthes apud Diogen. ll. s. 73. cf. Hesych. Miles. p. 17. Eudoc. p. 170.

(40) Is. Casaubonus ad Diog. Laërt. annotat, fuisse hoc παιδιᾶς genus apud Graecos, vocatum ἐωλοκρασίαν. vid. Lexicographos.

(41) Vid. Diogen. Laërt. VIII, 64; Hesych. Miles. l. l. Göller, de Situ et Orig. Syrac. in Timaei fragmentis recensendis hunc locum omisit.

tino locum petenti, in quo patri propter excellentiam in hac arte monumentum exstrueret, obstitit dicens, talem rem civium aequalitati, de qua multa disseruit, contrariam esse, ipsumque hac interrogatione increpuit: »Quale, inquit, elogium monumento incidemus? num tale fortasse:

ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων᾽ Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου
κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης [42].

significans his dictis, Acronis monumentum Agrigenti libertatis sepulcrum fore. Post Empedocles eo processit, ut mille virorum coetum qui tres annos circiter steterat dissolveret [43].

Haec satis magna indicia, Empedoclem populi partibus studiose deditum fuisse. Clarius vero etiam tam aequalitatis ejus quam auctoritatis exemplum hoc memoratur. Quum ei a suis civibus regnum offerretur, deprecatus est, civilem mediocritatem regio fastigio anteponens, ut Xanthus et Timaeus referunt. Etiam ab Aristotele continentia ejus et aequalitas laudatae sunt [44]. Idem

(42) Diogen. L. VIII, 65; Hesych. Miles. ibid. De epigrammate dicetur infra. Caeterum etiam haec e Timaeo hausta videntur.

(43) Diogen. Laërt. s. 66: *ὕστερον δὲ ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὸ τῶν χιλίων ἄθροισμα κατέλυσε, συνεστὼς ἐπὶ ἔτη τρία.* Postrema verba male vertit Meibomius: *constituto triennii magistratu*; *συνεστώς* videlicet referens ad *Ἐμπεδοκλῆς*, et activa potestate accipiens, quod non fert linguae usus. In eundem errorem incidit Bonamy, p. 61. Dubitari tamen potest, utrum interpretandum sit senatum *in tres annos lectum*, an *postquam per triennium stetisset.* Mihi prius horum minus probabile videtur. Caeterum etiam Colophone *οἱ χίλιοι* sive mille virorum senatus memoratur a Xenophane et Theopompo (vid. Xenophan. fr. p. 65 sq. meae edit.); item Crotone: Jamblich. vit. Pyth. s. 45; Valer. Max. VIII, 15, ext. 1. Cf. Meiners, Gesch. d. Wiss. T. I, p. 396; cit. Göllero in Timaei fr. p. 210.

(44) Apud Diogen. Laërt. VIII, s. 63. Xanthus ille fuit musicus, Theophrasti

tamen Timaeus, qui saepe de illo mentionem fecit, alicubi dixit, sententiam ipsius factis contrariam fuisse [45]. Putet quis Timaei maledicentiae id tribuendum: attamen facile est creditu, Empedoclem, quamvis libertati faveret imperiumque repudiaret, auctoritatem tamen apud populum non sprevisse: immo vero agnoscamus in hoc Pythagorae aemulum, quem ille sibi in multis exemplum proposuit, qui item magnam Graeciam peragrasse dicitur, *τυραννίδας καταλύων καὶ πολιτείας συγκεχυμένας διατάττων, ἐλευθερίαν τε ἀπὸ δουλείας ταῖς πόλεσι παραδιδούς, καὶ τὴν παρανομίαν παύων, ὕβριν τε καταλύων καὶ τοὺς ὑβριστὰς καὶ τυραννικοὺς κολούων* [46]. Atque ideo potissimum Pythagoras et

aequalis; a Diogene laudatur *ἐν τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλεοῦς*. Vid. Jonsius de Scriptt. hist. phil. I, 19, 2. Aristoteles quo in libro haec scripserit, non memorat; fortasse in libro *περὶ ποιητῶν*, vel in *Σοφιστῇ*, ut videtur Sturzio.

(45) Diogenes s. 66 haec dicit: *ὅ γέ τοι Τίμαιος ἐν τῇ πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ (πολλάκις γὰρ αὐτοῦ μνημονεύει) φησὶν ἐναντίαν τῇ πολιτείᾳ ἐσχηκέναι γνώμην αὐτὸν φαίνεσθαι· ὅπου δὲ ἀλάζονα καὶ φίλαυτον ἐν τῇ ποιήσει ἴδοι τις ἄν, κ. τ. λ.* Diogenes hoc Timaei testimonium affert tanquam oppositum Empedoclis factis, quae idem ille praedicaverat. Ergo apparet, *πολιτείαν* hic significare reip. gerendi rationem, sive partes quas quis in rep. sequitur; non vero patriam civitatis formam, ut interpretatur secundum Sturzium Goeller, l. l. p. 210. Recte accepit Bayle in *Empédocle*, p. 23.

(46) Narrat Jamblichus in Pythag. vit. s. 214, auctorem secutus Aristoxenum, ut arbitratur Meiners, Gesch. d. Wissensch. T. I, p. 466 sq. not. Quae autem ab illo uni Pythagorae tribuuntur, eorum partem quoque illius sectatoribus tribuendam esse, cum per se probabile est, tum declararatur narratione Porphyrii, vit. Pythag. s. 21: *ἃς δὲ ἐπιδημήσας Ἰταλίᾳ τε καὶ Σικελίᾳ κατέλαβε πόλεις δεδουλωμένας ὑπ᾿ ἀλλήλων, τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν, τὰς δὲ νεωστί, φρονήματος ἐξελευθερίου πλήσας διὰ τῶν ἐφ᾿ ἑκάστης ἀκουστῶν αὐτοῦ, ἠλευθέρωσε.* deinceps has civitates partim enumerat: *Κρότωνα καὶ Σύβαριν, καὶ Κατάνην, καὶ Ῥήγιον, καὶ Ἱμέραν, καὶ Ἀκράγαντα, καὶ Ταυρομένην καὶ ἄλλας*

Pythagorei libertatem populis vindicabant, quo facilius ipsi eos more et disciplina formarent, et auctoritate regerent. Est illud profecto magni et elati animi, malle auctoritate quam imperio valere, et praeclarius ducere, liberos homines regere, quam subjectis imperare.

§ 4.

Tantam autem auctoritatem et existimationem liberalitate et aequalitate partam, multis artibus auxit et retinuit: eloquentia, sapientia, calliditate, morum vitaeque dignitate. Eloquentem fuisse, tam e rebus quas in civitate egit, quam ex eo quod primus rhetoricam artem movisse dicitur, satis effici potest [47]. Maxime vero celebratus est ob rerum naturalium scientiam et medicae artis peritiam [48], quarum multa et mirabilia exempla a veteribus tradita sunt, quae vel illius artem et sagacitatem, vel existimationem, qua apud aequales et posteros floruit, ostendunt.

Pestilentiam et tabem multis modis curasse narratur; partim ignibus, quibus medicandi vim inesse vidit,

τινάς. Inter hos autem Pythagorae ἀκουστὰς, cum multi numerati sint qui proprie Pythagorei non fuere, tum etiam Empedoclem intelligi credo: nam quem alium philosophum Agrigenti libertatis vindicem praedicare potuerint, non video, excepto illo, qui a multis inter Pythagoreos solebat referri, ut infra videbimus.

(47) A Satyro, apud Diog. Laërt. II. s. 58, vocatur ῥήτωρ ἄριστος, qui illius dicendi facultatem e discipuli Gorgiae praestantia metiebatur. A Timone Phliasio ἀγοραίων κηλητὴς ἐπέων dicitur: vid. inferius § 8 princ.

(48) Cf. Clericus Hist. Med. P. I. L. II. c. 5; Schulz Hist. Med. Period. I. s. II. c. 7. § 38, cit. Deswert Heracl. Pont. p. 88.

2*

ut testatur Plinius [49]: »Pestilentiae, inquit, quae solis obscuratione contrahitur, ignis suffitu multiformiter auxiliari certum est. Empedocles et Hippocrates id monstravere diversis locis.” Praeterea aliis quoque modis. Timaeus narrat [50], Agrigenti flantibus aliquando etesiis tam graviter, ut fructus tabescerent, jussisse Empedoclem, asinos excoriari, et utres ex eorum pellibus confectos circa colles et rupes expandi, qui flatum exciperent. Ita vento depulso, ipsum κωλυσανέμαν cognominatum esse. Factum hoc, sic ut a Timaeo narratur, parum habet probabilitatis; sed novimus Timaeum non raro mirabilia narrasse et res supra modum auxisse. Probabilior et simplicior est Plutarchi narratio: Empedoclem montis hiatum, quo graves et pestiferi austri flatus [51] in campos immitterentur, obstruxisse, eoque pestilentiam avertisse creditum [52]. Idem esse hoc factum atque illud quod Timaeus retulit, res ipsa arguit; si diversum esset, Timaeus vel Diogenes in mirabilibus Empedoclis factis enarrandis id haud omissent. Qua autem ratione

(49) Plinius Hist. Nat. XXXVI, 27. Idem remedium Athenis in gravi illa pestilentia non sine fructu adhibuit Acron, Empedoclis aequalis; teste Plutarch. de Is. et Os. p. 383. Vol. VII, p. 506.

(50) Timaeus Hist. L. XVIII apud Diogen. L. VIII, s. 60; locus relatus a Goellero in Timaei fr. p. 234 sq. cf. nota 53. Agrigenti factum esse, non addidit Diogenes, sed memorant Clemens Strom. VI, p. 630 C, et Suidas in Ἐμπεδοκλῆς.

(51) Austrum saepe noxium et pestiferum esse, docent multi veterum loci. Sic Horatius austrum corporibus nocentem vocat, Od. II, 14. cf. alii cit. Sturz. p. 50 sq.

(52) Plutarchus de Curios. princ. p. 515. Vol. VIII, p. 47. Idem adv. Colot. p. 1126.

ille montis scissuram obstruxerit, Plutarchus non dicit. In hoc ergo Timaeo credere licet, Empedoclem expassis pellibus asininis hiatum intersepsisse; credere vero, omnes colles et saltus circum urbem utribus obtentos esse, quibus flatus videlicet comprehenderentur, absurdum [53]. Praeter illos quos diximus, plures idem illud factum varie referunt [54]. Tanta autem rei admiratio fuit, ut Empedocles propterea *κωλυσανέμας* vel *ἀλεξανέμας* i. e. ventos arcendi artifex, cognominatus sit [55].

Alterum exemplum et liberalitatis ejus et scientiae rerum naturalium hoc est, quod e Diodoro Ephesio

(53) Is. Vossius, teste Menagio Observ. ad Laërt. l. l. p. 380, putabat Diogenem in Timaeo perperam pro *διασφάγας ὄρους*, *montis fissuras*, per quas austri flatus immitterentur, legisse *διασφάξας ὄνους*, *asinis mactatis*; inde lepidam istam fabellam de asininis pellibus natam esse. Conjectura speciosa sane, nec improbabilis visa Sturzio, p. 51 sq. et Göllero in Timaei fragm. p. 235. At vero ista verba inter se permutari non poterant, nisi tota simul sententia immutaretur: ut vix credibile sit in talem errorem incidere Diogenem potuisse.

(54) Suidas in v. *ἄπνους*, convenienter Diogeni; idem in *Ἀμύκλαι* et *Ἐμπεδοκλῆς*, mutatis verbis, eâdem sententiâ; Clemens Alex. cit. not. 50; Philostratus, vit. Apollon. VIII, c. 7, s. 8, tantum dicit: *Ἐμπ. νεφέλης ἀνέσχε φορὰν ἐπ' Ἀκραγαντίνους ῥαγείσης*. ductum illud fortasse e versiculo quodam in Empedoclem. Caeterum eandem rem ab eo significari, recte judicat Sturzius p. 52, quoniam auster imbrifer esse soleat.

(55) Memorant hoc, praeter scriptores modo laudatos, plures jam a Menagio, Sturzio, aliisque indicati: Hesychius v. *κωλυσανέμας*. Suidas v. *δορά*. Eustath. Od. *κ*, p. 1645; Tzetzes Chil. II, 898; IV, 526; Schol. Hermog. p. 383; Jamblichus vit. Pyth. § 135; Porphyrius ibid. § 29. A duobus postremis *ἀλεξανέμας* vocatur. In Plutarchi Sympos. VIII, 8, *παυσανέμας* dici videtur, quamquam de lectione hujus loci non constat. Caeterum formam *κωλυσανέμας*, *ἀλεξανέμας*, pro qua interdum legitur *-άνεμος*, vindicavit Valckenaer. in Eurip. Phoen. vs. 120.


Diogenes refert [56]. Quum Selinuntios ex amnis circumfluentis foetore pestilentia vel tabes invasisset, qua homines perirent et partus abortivi fierent (sic enim intelligo Graecum τὰς γυναῖκας δυστοκεῖν), Empedoclem tale excogitasse mali remedium: duos vicinos amnes suo sumptu in fluvium immisisse, quorum commixtione factum, ut aqua dulcesceret et pestilentia cessaret. Deinde vero paullo post, epulantibus ad amnem Selinuntiis subito se obtulisse Empedoclem, quo conspecto surrexisse omnes illumque divinis honoribus veneratos esse. Selinuntii in sedatae pestilentiae memoriam numos signandos curarunt, quorum duo adhuc supersunt, qui, etsi non addito Empedoclis nomine, ipsius tamen factum repraesentant. Uterque ab altera parte exhibet fluvium Hypsan, humanâ figurâ, diversis vero insignibus, sacra facientem; addita ara, in qua est gallus, restitutae salutis signum, item taurus victima; denique apii sive selini folium, Selinuntis symbolum. In altera eorum parte conspicitur Apollo currui insidens, arcum tendens, quod pestilentiae signum, cui adstat Empedocles; sed in ambobus numis hoc discrimen est, quod in altero cernuntur quadrigae citato cursu vectae, quo morbi vehementia significatur, et Empedocles, sinistrâ manu currum retinere adnitens, dextrâ Deum quasi amplectens et iram deprecans; in altero conspiciuntur bigae lentius vehentes, quas jam cohibet Empedocles. Quibus haud dubie signi-

(56) Diogen. L. VIII, 70; Eudocia, p. 171.

ficare voluerint, illius operâ grassantem pestilentiam primum inhibitam, deinde suppressam esse [57].

Nullum autem ejus in arte medica celebrius factum, quam quod narratur περὶ τὴν ἄπνουν, i. e. mulierem respiratione privatam [58]: ἄπνοια enim a medicis vo-

(57) Numorum effigies et interpretatio desumpta a Burmanno Sec. Comm. ad Numism. Sic. in D'Orville Sicul. p. 422 sqq.



(58) Testis est praecipuus Heraclides Ponticus, cujus liber fuit inscriptus Ἡρακλείδου Ἄπνους, satis nobilis, unde non solum Laërtius VIII, 61, 67, sed et Galenus de Locis aff. L. VI, c. 5 (T. VII, p. 517 sq. Chart.) et Plinius Hist. Nat. VII, 52, factum retulerunt. Laërtius quidem librum, unde haec desumserit, non nominat; paullo quidem ante eandem rem tangens auctorem affert Heraclidem ἐν τῷ περὶ νόσων (vid. not. 62), sed primarium scriptum περὶ τῆς ἄπνου non memorat, nisi fortasse id significet paullo inferius ad eandem rem rediens, s. 67: Ἡρακλείδης μὲν γὰρ τὰ περὶ τῆς ἄπνου διηγησάμενος. Hinc diversae super his libris ortae sunt virorum doctorum opiniones et conjecturae, quas legere licet apud Menagium Obs. Laërt. I, s. 12, p. 9, recoquere aut redarguere non est necesse. De utroque Heraclidis libro agit Deswert in diss. de Heraclide Pont. p. 82 sqq. cetera accu-

catur interclusa respiratio, qua spiritus nullus est aut adeo exiguus, ut sentiri nequeat: cui malo maxime obnoxius esse dicitur feminarum sexus, earum quae vulgo ὑστερικαὶ appellantur [59]. Fertur igitur Agrigenti fuisse mulier quaedam, cujus etiam nomen meminere, — Hermippus Pantheam appellatam tradidit [60], — quae per complures dies continuos (secundum Diogenem, triginta; secundum Plinium probabilius, septem) [61] sine respiratione et arteriarum pulsu

rate, in hoc vero fallitur, quod, quae a Diogene relata sunt, ex Heraclidis libro περὶ νόσων hausta putat. Etsi credamus quidem (quid enim obstat?) Heraclidem etiam in hoc opere de ea re mentionem fecisse, diligentior tamen rei enarratio exposita erat in singulari illo libro περὶ τῆς ἄπνου, unde et Galenus et Plinius rem retulere, cum Diogene fere consentientes. Itaque statuendum, aut Diogenem amborum librorum titulos confudisse, aut superiora quidem illa, quae s. 60 scribit (cf. not. 62), ex opere περὶ νόσων desumta, reliqua e libro περὶ τῆς ἄπνου, cujus mentionem incuria ab illo omissam esse. Ob hanc caussam aliasque, quas not. 61 afferam, equidem suspicor, Laërtium rem non ex ipso Heraclide sed ab aliis mutuatum esse, fortasse a Timaeo, qui eandem narrationem retulit apud Laërt. s. 71 sq. Timaeus quidem Heraclidem ibi ut παραδοξολόγον reprehendit; hoc vero non ad eam rem de qua nunc agimus, sed ad narrationem de Empedoclis morte spectat.

(59) Vid. Galenus et Plinius ll. ll. Accuratius explicat Sturz. p. 63.

(60) Diogen. Laërt. s. 69: Ἕρμιππος δέ φησι, Πάνθειάν τινα Ἀκραγαντίνην, ἀπηλπισμένην ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, θεραπεῦσαι αὐτόν. Hanc eandem intelligendam esse atque τὴν ἄπνουν, rei narratio satis arguit.

(61) Plinius l. l. Diogenes s. 61, cujus haec sunt verba: τὴν γοῦν ἄπνουν ὁ Ἡράκλειτος φησὶ τοιοῦτόν τι εἶναι, ὡς τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσηπτον τὸ σῶμα. Exscripserunt haec Suidas in ἄπνους, et Hesych. Mil. Pro Ἡρακλείτος leg. Ἡράκλειδης, ut vidit Is. Casaub. ἄσηπτον vel, ut illi, ἄσιτον quamquam intelligi potest, tamen, auctore Hieron. Mercuriali, mutandum in ἄσφυκτον, quod habet Galenus; ut monuit jam Menagius Obss. in Diog. Laërt. L. I, s. 12. p. 9. Porro τριάκοντα ἡμέρας videtur esse παράκουσμα Laërtii et mutandum in ἑπτά, ut habet Plinius ex eodem Heraclide ductum. Denique tota dictio obscurior est, et facile arguit, quod modo dixi, Diogenem non ex ipso Heraclide, sed ex alio-

mansisset, hoc uno cadaveri dissimilis, quod circa medias corporis partes caloris quiddam superesset: huic mulieri a medicis desperatae et jam conclamatae Empedocles spiritum et salutem reddidit. Morbi ejus curandi rationem etiam Pausaniae medico familiari monstrasse vel explicuisse dicitur [62]. Heraclides narravit, et facile est creditu, hinc famam increbuisse, mortuam ab Empedocle in vitam esse revocatam [63].

Cum medica arte arctissime olim conjuncta erat musice, cui quantam vim veteres praesertim Pythagorei tribuerint tam ad corpora quam ad animos curandos, neminem latet [64]. Etiam hujus artis Empedocles non ignarus fuisse praedicatur atque adeo egregio exemplo monstrasse, quantum illa ad sedandos animi motus valeat. Nam quum adolescens quidam furibundus stricto in illius hospitem (ξενοδόχον) gladio irrueret, patrem suum, quem ille judex lectus capitis condemnaverat, ulturus, jamque in eo esset ut eum feriret, fertur Empedocles, qui forte aderat, statim

rum rivulis hausisse. Nonnulli in errorem inducti sunt ut putarent, *ἄπνουν* esse vel *medicamentum ad sanandos respiratione carentes*, ut Joh. Talentonius; vel ipsum *morbum*, ut Hier. Mercurialis, notati a Sturz. p. 60, 63.

(62) *Ἡρακλείδης δὲ ἐν τῷ περὶ νόσων φησὶ, καὶ Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν.* Laërt. VIII, 60. Hinc nonnulli collegerunt, Pausaniam scriptum de hac femina edidisse; alii ipsum Empedoclem. E Diogenis verbis nihil certi effici potest. *ὑφηγεῖσθαι* sign. *praecipere* tam sermonibus quam scriptis.

(63) Diogen. L. VIII, s. 67.

(64) Scriptorum sylvam hoc docentium affert Sturz. Emped. p. 67. not. 99. Nemo autem facile elegantius et doctius de ea re exposuit quam C. A. den Tex, dissert. de vi musices. Traject. ad Rhen. 1816.

canendi modum inflexisse, et cantum exorsus dulcem et placabilem, illius iram temperasse; quo facto hospitem a nece, adolescentem a parricidio prohibitum esse [65]. Empedoclis hospiti nomen fuisse Anchitum dicit Jamblichus, idem nomen fuit patri Pausaniae, quem praecipue dilexit Empedocles [66]. Ubi autem res facta sit, non proditum; Agrigenti crederes; sed ibi civis erat Empedocles, neque adeo hospite indigebat. Omnino factum istud, sicut narratur, si non incredibile, tamen haud admodum probabile est: quum multae ferantur fabulae de Pythagora aliisque huic similes [67], cui ut fides haberi possit, locupletiores certe testes requirantur, quam qui hoc factum prodiderunt, Jamblichus, Boëthius et ignotus quidam grammaticus. Atque etiamsi hi, quod facile credo, antiquiores habuerint auctores, tamen quis ignorat, quam *φιλόμυθος* Graecia fuerit in clarorum vatum et sapientum virtutibus extollendis, et quam cupide Pythagorei tam antiqui quam seriores vana hac credulitate abusi sint, ut auctorum suorum

(65) Vid. Jamblichus Pythag. vit. § 113; Boëthius de music. cap. 1; Scholiast. Hermog. p. 383. Hospitis nomen unus memorat Jamblichus. Idem eleganter lenem illum et suavem cantûs modum Homericis verbis significat; *μεθαρμοσάμενος εὐθὺς ἀνεκρούσατο τὸ*

νηπενθές τ᾽ ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων,

κατὰ τὸν ποιητήν. (Odyss. δ, 221.) quae lepide Bonamy, p. 65, et Sturzius p. 66 sic intellexerunt, quasi Jamblichus significaret Empedoclem canendo hos Homeri versus furentis iram sedasse. Cf. Voss. de mus. p. 45, 4to. Eundem cantûs modum Schol. Hermog. significat dicens: *ἀνακρουσάμενός τι καταστηματικὸν τῇ κιθάρᾳ μέλος.*

(66) Fabricius etiam hunc Anchitum in Pythagoreorum catalogo posuit; quo jure, ipse viderit. Vid. Bibl. Gr. T. I, p. 830 Harles.

(67) Exemplorum copiam affert G. H. Bode, Orph. p. 17, n. 12.

merita laudesque mirabilibus fabulis augerent et extollerent? Tantum tamen hoc exemplum universe indicat, Empedoclem antiquiorum vatum et doctorum exemplo musicen quoque adhibuisse ad hominum affectus regendos et mores emendandos: etiam in hoc fortasse Pythagorica instituta aemulatum.

§ 5.

Jam vero haec facta, quorum magna pars locupletibus testimoniis firmata est, satis manifesto ostendunt, qualem virum Empedocles se tam in rep. gerenda quam in arte exercenda praestiterit. Num ergo mirandum, eum cum aequalitate sua, tum arte et scientia, magnam sibi gratiam et auctoritatem apud suos conciliasse; praesertim quum non cauponaretur scientiam, sed nulla mercede et liberaliter artem exerceret ad hominum et civitatum salutem tuendam [68]. Num mirandum, Empedoclem qui ventos prohiberet, pestem averteret, exanimes in vitam revocare jactaretur, non solum doctum et sagacem sed divinum hominem vulgo esse habitum, praesertim illa aetate qua rerum naturalium prorsus ignari ea, quorum rationes et caussas non perspicerent, a divinis quibusdam naturis fieri crederent.

Neque vero dubium videtur, quin Empedocles ipse divinâ ope, non naturali arte se ea perficere finxerit. Augurem et *γόητα*, id est magum, fuisse, fama in-

(68) Vid. Galenus *περὶ τῶν καθ᾽ Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα δογμ.* L. 9.

crebuit [69], idque non post mortem ejus, sed jam vivo illo videtur pervulgatum. Gorgias, ut narrat Satyrus, professus est se Empedoclem vidisse *γοητεύοντα* [70]. *Γοητεύειν* appellabatur facultas incantamentis aliisve modis umbras ex inferis evocandi, malos genios placandi, futura portendendi, denique mira quaevis perpetrandi [71]. Quae res quantum serioribus temporibus despecta, tanto in honore apud priscos fuit, quibus insita erat opinio, viris ingenio et virtute praecellentibus, artius esse cum diis commercium, iisque potestatem divinitus datam mala avertendi, scelera expiandi, cet. Quamquam autem jam eo tempore in Graecia per varii generis impostores (quales quoque ii fuerunt qui Corinthi se *ἀνεμοκοίτας* profiterentur [72]) *γοητεία* jam in fraudem verti coepisset et *γόητες* iidem fere qui praestigia-

(69) *Μάντις* appellatur ab Heraclide ap. Diog. Laërt. VIII, 61; *γόης* a Suida in *ἄπνους*; ambo vocabula, ut cognatae significationis, interdum conjunguntur: vid. Platon. Symp. p. 202 E. *Γόης* autem et *μάγος* pro synonymis usurpantur; quamquam proprie distinguenda secundum definitiones grammaticorum, ut Suidae v. *γοητεία*. Eudociae Viol. p. 41, 284. cf. Creuzer. in Plotin. de pulcr. p. 348.

(70) Diog. Laërt. VIII, s. 59.

(71) *Γόης* derivari solet, et recte, ut mihi videtur, a *γόος*, i. e. ploratus; ut proprie *γόητες* dicti sint ii qui lugubri cantu animas vel daemones ab inferis evocarent; unde vocabuli significatio latius serpsit. Iidem dicti sunt *ψυχαγωγοί*, quod vocabulum uti et verbum inde ductum *ψυχαγωγεῖν*, similiter proprie de animarum evocatione usurpatum, deinde universe incantandi, fascinandi, pelliciendi significationem accepit. De hoc leg. Ruhnken. in Timaei Lex. v. *ἐπαγωγαί*. De vocabulo *γόης*, *γοητεία*, copiosius quam luculentius disseruit Sturz. Emped. p. 37 sqq. item in Actis nov. Societ. lat. Jen. T. I, p. 75 sqq.

(72) Memorant Eustathius Odyss. (*κ*, vs. 19 sqq.) p. 1645, l. 41; Hesychius in v. et Suidas.

tores dici haberique solerent [73], tamen ipsa illa sive ars sive facultas τοῦ γοητεύειν nondum vana aut abjecta plane habebatur [74]. Empedocli illud facile tributum vel propter facta illa quae memoravimus, vel propter carmina καθαρμοὺς appellata, quibus has artes se tenere professus est. Quod quidem ab aliis ludibrio habitum, aliis vero, praesertim multitudini, admirationi fuisse, facile est creditu; de Gorgia tamen, qui illius multis in rebus exemplum imitatus est, non dubium videtur, quin honoris gratia illud de eo testatus sit, quo videlicet magistri et popularis sui laudes apud exteros Graecos extolleret, illiusque prodigiis praedicandis suam ipsius gloriam (quae erat hominis vanitas) suique admirationem augeret [75].

Hanc autem divinitatis opinionem quum doctrina factisque sibi peperisset, tum etiam data opera affectasse videtur. Indicant hoc ejus mores et vitae ratio.

(73) Ita Lexicographi γόης interpretantur κόλαξ, περίεργος, ἀπατεών, ut Hesychius, Moeris, Timaeus. Et hoc sensu γόης (et inde derivatum γοητεύειν) apud Atticos scriptores saepe usurpatur et cum vocabulis ἐπίβουλος, ἀπατεὼν, ψευδομάντις, similibus, tanquam synonymis conjungitur: exempla e Platone protulit Ruhnken. in Tim. Lex. p. 73. Xenophon Anab. V, 7, 5: ἐξαπατηθέντας καὶ καταγοητευθέντας. Plutarch. de Pyth. orac. Vol. VII, p. 604: ἀπατεῶσι καὶ γόησιν ἀνθρώποις καὶ ψευδομάντεσιν. cf. Sturz. p. 43, not. 22. Notatur hoc hominum genus a Platone Polit. II, p. 364 B.

(74) Testatur hoc praeter alia veterum sententia de daemonibus, quae multis etiam seculis post viguit; de quo genere Diotima in Platonis Sympos. p. 202 E, dicit: διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν.

(75) Sturzius Gorgiae testimonium criminationis instar habet, a qua Empedoclem defendens, Gorgiam vanum et jactabundum appellat; contra Fossius huic patrocinans alterius arrogantiam carpit, de Gorg. Leont. p. 16.

Affectabat tragicum quendam fastum et dignitatem [76]: inerat severitas in vultu, in verbis gravitas [77], habitus semper aequalis, austerus, luxuriae reprehensor [78]; idem vero in corporis cultu magnificus: prodeuntem asseclarum vel pedissequorum turba comitabatur; indutus erat veste purpurea, crepidis aeneis, sonantibus [79], comam alebat prolixam [80]: quae omnia erant opulentiae vel dignitatis signa. Interdum tanquam sacerdos et augur procedebat, caput strophiis redimitus [81], Delphicam laurum sive Apollinis

(76) Vid. Alcidamas et Diodorus Ephes. apud Diogen. L. VIII, s. 56, 70: quorum alter in hoc Pythagorae, alter Anaximandri imitatorem agnoscit; de Anaximandro nihil tale accepimus.

Quae sequuntur, magnam partem retuli e Phavorino apud Diog. Laërt. VIII, 73. cf. Hesych. Miles. et Suidas in *Ἐμπεδοκλῆς*.

(77) Indicat ejus stilus, de quo inferius § 11.

(78) Huc spectat ejus dictum in Agrigentinos, infra post fragm. relatum; spectant plures ejus vss. ut nobile illud, *νηστεῦσαι κακότητος*.

(79) Cf. Aelian. V. H. XII, 32. Tertullianus de pallio c. 4. *Πορφύραν* eum sumsisse dicit Phavorinus; secundum Aelianum *ἁλουργεῖ ἐχρήσατο*, quae parum aut nihil differunt. Secundum Tertullianum, »sericatus et crepidam aeratus incessit: digne quidem ut bacchantibus indumentis aliquid subtinniret, cymbalo incessit." Praeterea calceorum etiam in narratione de illius obitu mentio fit: vid. infra. Eudoc. p. 170. Hi calcei *ἀμύκλαι* appellantur a Suida in *Ἐμπεδοκλῆς* et *Ἀμύκλαι*. Erant *ἀμύκλαι* sive *ἀμυκλαΐδες* genus crepidarum pretiosum, a Laconiae urbe Amyclis cognominatum. Vid. Hesychius et Intpp. in h. l. et Menag. Obss. Laërt. p. 382.

(80) Cf. Junius de coma c. 4 et 7, in Gruteri Lamp. T. IV, p. 514-520 et 533. cit. Sturz. Ut *ἀμυκλαΐδες* sic *κομᾷν* (coma prolixa) fuit Doriensium, teste Philostr. vit. Apollon. VIII, 7, 6; a quo Leonidas dicitur *κομῶν ὑπὲρ ἀνδρείας καὶ τοῦ σεμνὸς μὲν φίλοις, φοβερὸς δὲ ἐχθροῖς φαίνεσθαι.*

(81) *Στρόφιον χρυσοῦν* illi tribuit Phavorinus; *στέμμα χρυσοῦν* appellat Suidas; Philostratus vero l. l. dicit: *Ἐμπ. στροφίων τῶν ἁλουργοτάτων περὶ αὐτὴν (τὴν κόμην) ἁρμόσας ἐσόβει περὶ τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀγυιάς, ὕμνους ξυντιθεὶς ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου ἔσοιτο.* (corrig. puto:

infulam manu gerens [82]. Denique ita se gerebat, ut regiae ac paene divinae dignitatis speciem prae se ferret. Narrant hoc veteres; sed quid opus est aliorum testimoniis; ipsius carmina id declarant, in quibus apparet

ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείοις.

ipse de se gloriatur tanquam deo:

χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς
πωλεῦμαι —

ipse se praedicat oraculum civitatis, incertis consilium, inopibus auxilium ferens; pollicetur se artes nosse quibus venti vel sedari vel excitari, nubes adduci vel summoveri, mortuique denique ab inferis evocari queant [83].

Propterea Empedoclis ostentatio et insolentia a multis sunt reprehensae [84]. Etsi negari quidem vix potest, Empedoclem, sua scientia et populi imperitia fretum,

στροφίων ἁλουργοβαφῶν αὐτὴν περιαρμόσας). Videntur haec ex ipso Empedoclis carmine effecta. Στρόφιον autem erat insigne sacerdotum, ut docent Festus v. Stroppus; Suidas in στρόφιον. Etiam Pythagoras στέφανον χρυσοῦν gestasse fertur, apud Aelian. V. H. XII, 32.

(82) Phavorinus appellat στέμμα Δελφικόν; clarius Suidas: στέμματα Δελφικὰ ἐν ταῖς χερσίν. Ejusmodi στέμματα manu gestat Ion ap. Eurip. in hac fabula, vs. 524. Erant lauri (Delphico Deo sacrae) rami, laneis filis circumvoluti, quales etiam a supplicantibus vel gratulantibus manu ferebantur, proprie εἰρεσιῶναι vocati, ut docent Paschalius de Coron. V, 15. Ilgenius, diss. de εἰρεσιώνη Homeri, in Opusc. philolog. Erford. 1797. Sturzius p. 102 sq. Constantinus Lascaris in Fabric. Bibl. Gr. Vol. XVI, p. 34, simpliciter laurum manibus tulisse Empedoclem dicit.

(83) Vid. infra reliquias Καθαρμῶν et Ἰατρικῶν.

(84) Timaeus apud Laërt. VIII, 66 dicens: ὅπου δὲ (i. e. ἐστιν ὅπου) ἀλαζόνα καὶ φίλαυτον ἐν τῇ ποιήσει ἴδοι τις ἄν, spectat versus quos modo attuli. Graviter ideo carpitur a Tatiano, contra Graecos, p. 246 Paris. et Tertulliano, de Pallio (supra n. 79.); de anim. c. 32. cit. Sturz. p. 111.

quo majorem sui opinionem hominibus injiceret, interdum ambitiosius se jactasse, habent tamen ista aliquantum excusationis. Primum luxûs illa ostentatio magnam partem Agrigentinorum ejus temporis opulentiae tribuenda. Agrigentini enim illo tempore tam soli ubertate quam mercatura immensas sibi quaesierant divitias, quae ingentem publice privatimque luxum alebant; aedificiorum magnificentia, festorum pompa, suppellectilium vestiumque ornatus, vitae luxus et diliciae incredibiles erant [85]. In tali civitate, ubi tenuitas praesertim in homine divite facile probro habita, quaenam melior erat ad auctoritatem via, quam splendor quidam et fastus, gravitate praesertim ac severitate temperatus? Quod autem ad arrogantiam illam attinet, qua se tanquam Deum praedicaret, num poëtas et vates, Pindarum, Horatium, arrogantes censemus, quum quasi vaticinantes divina mente et instinctu se jactant et gloriae immortalitatem sibi vindicant? Nonne ergo in philosopho idem condonabimus, tali praesertim, qualis Empedocles fuit? Erat enim illi ingenium elatum, sublimia spectans, animus *μελαγχολικός*, ut judicat Aristoteles [86], eamque naturae indolem vitae consuetudo et doctrina aluerat et auxerat. Fingebat sibi mundum plenum bonis malisque geniis qui res humanas moderarentur, hominibusque vel prodessent vel nocerent; homines ipsos divina stirpe ortos *δαίμονας* esse praedicabat, sed e coelesti re-

(85) Diodori Siculi descriptio, Bibl. L. XIII, c. 81 sqq. etsi aliquanto posterior, antiquam tamen urbis magnificentiam optime testatur.

(86) Vid. Aristot. Problem. XXX, 1; p. 625 A.

gione in terram quasi antrum dejectos, ubi flagitiorum in superiore vita commissorum poenas luerent: haec autem expiari censebat vitae puritate et continentia, precibus, jejuniis, purgationibus, quibus homines scelerum tabe soluti divinae naturae consortes fierent et post mortem in deorum coetum reverterentur. Ita cogitabat, ita sentiebat Empedocles, ut carmina ejus totaque philosophia indicat, quae, ut Plutarchus dicit, erat *φασμάτων καὶ μύθων καὶ δεισιδαιμονίας ἀνάπλεως* et *μάλα βεβακχευμένη* [87]; haec inflammabat ejus ingenium animumque eo furore, quem obsoleta jam deorum religio et vulgi fabulae gignere non amplius poterant. Hinc illae lamentationes, quibus fatales hominum aerumnas suaeque sortis miseriam deplorat; hinc item illa gloriatio, qua se deum praedicat, quippe quum, elato animo fretus, eam jam adeptus sibi videretur divinitatem quam expetebat et optabat. Si haec arrogantia aut superbia appellanda est (neque enim plane defendo), erat certe talis arrogantia, quae non e vano tumore, sed ex elatioris animi instinctu et ardentiore religionis sensu esset profecta. Empedocles ultimus fere haberi potest priscorum illorum vatum, qualis aliquanto ante Epimenides, quales antiquitus Orpheus aliique fuisse praedicantur, qui rudes et simplices homines sacris institutis carminibusque formarent et regerent: similis in illo ingenii spiritus, religionis ardor, morum effigies. Sed idem quasi prolusit fanatico isti philosophorum generi, qui labantem et paene jam prostratam vetustatis religionem

(87) Plutarch. de Genio Socrat. p. 580. Vol. VIII, p. 292 Reisk.

novis commentis et artibus erigere ac sustentare sunt conati. Apollonius ille Tyaneus, etsi ingenio dispar, tamen si facta ejus et studia spectes, alter paene videtur Empedocles. Hic vero illorum quos dixi neutris plane similis, sed ut aetate, sic ingenio quasi medius est inter utrosque. Empedoclis enim tempore mores nec a prisca integritate et vigore prorsus degeneraverant, et tamen vergebant jam ad labem illam, quae serius omnia concussit. Num ergo miremur, talis viri ingenium utriusque temporis quasi nota signatum fuisse, et poëticum ardorem in eo cum fanatico quodam sensu fuisse conjunctum? Hinc tam diversa de illo judicia, non solum posterorum, sed etiam aequalium ejus, ut declarant praeter alia fabulae de ejus morte, quas hoc loco exponere non alienum videtur.

§ 6.

Res ab antiquis varie narratur. Heraclides Ponticus [88] prodit, eum, postquam exanimem illam mulierem vitae reddidisset, sacrificium instituisse apud agrum nobilis cujusdam viri, Pisianactis nomine, quo quidam ex ejus amicis invitati erant, inter quos etiam Pausanias. Secundum Hermippum ad octoginta invitati fuere [89]. Peractis epulis, reliquos somni capiendi caussa digressos passim recubuisse, Empedoclem solum in loco ubi accubuisset remansisse. Mane autem quum ceteri surrexissent, illum non esse in-

(88) Apud Diogen. Laërt. VIII, s. 67, 68.
(89) Ibidem, s. 69.

ventum. Tum quaerentibus frustra amicis unum quendam nuntiasse, se media nocte ingentem audivisse vocem Empedoclem nomine appellantem; dein, quum surrexisset, vidisse coelestem lucem et ardentes faces, praeterea vero nihil. Illis re audita perculsis, missos esse a Pausania qui Empedoclem quaererent; sed eum paullo post religione prohibitum esse, ne curiosius illum investigaret: Empedoclem assecutum id quo tendebat, eique sacrificandum esse tanquam Deo. Ita retulit Heralides, scriptor saepe fabulosus, auctorem, ut videtur, secutus Pausaniam. Res non dissimilis somnio quo amici eum, quem praesentem ut deum venerati essent, mortuum ad superos abiisse crederent [90]. Serio tamen redarguit Timaeus, his utens argumentis, quod, cum res Agrigenti facta feratur, tamen Pisianax ille apud Agrigentinos agrum non possideret, sed esset Syracusanus; tum etiam quod Pausanias, si res ab eo comperta fuisset, haud dubie sacellum statuamve aut aliquod monumentum amico consecrasset, quum dives esset [91]. Notior vero est alia fabula,

(90) Hujusmodi commenta non displicebant Pythagoreis, qui interdum etiam ea quae in somnis vidissent, vera putabant. Cf. Jamblich. Pythag. s. 138, sq. 148.

(91) Apud Diogen. VIII, 71. De Pausania interpretes Timaeum dicentem faciunt contrarium ei quod voluit. Verba haec sunt: *Παυσανίαν τε μνημεῖον πεποιηκέναι τοῦ φίλου, τοιούτου διαδοθέντος λόγου, ἢ ἀγαλμάτιόν τι ἢ σηκὸν οἷα θεοῦ· καὶ γὰρ πλούσιον εἶναι.* Quae Meibomius, Baylius (*Empédocle*, not. *L*), Sturzius, p. 131, sic interpretati sunt: Pausaniam amico monumentum posuisse tanquam Deo. Omissa particula *ἂν* post *πεποιηκέναι* eos in hanc interpretationem induxit, non minus Timaei sententiae quam rectae rationi repugnantem, ut quisque, credo, monitus videbit.

ab Empedoclis, ut videtur, obtrectatoribus profecta, et omnium ore scriptisque pervulgata. Cui inauditi sunt Horatii versus [92]:

—— —— *Deus immortalis haberi*
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Insiluit.

Narrant Empedoclem, sive peracto illo convivio, ut Hippobotus prodit [93], sive, ut Diodorus Ephesius [94], postquam a Selinuntiis ob repressam pestilentiam divinis honoribus acceptus esset, solum digressum, ut Deum se esse confirmaret, in ardentes Aetnae crateras se praecipitasse; unum tamen de ejus calceis, quos aeneos gestare solitus esset, vi flammae ejectum non procul a cratere repertum, fraudem arguisse [95]. Haec narratio, quamquam a Timaeo refutata [96], nec

(92) Horat. Epist. ad Pisones, vs. 464 sq.

(93) Apud Diogen. Laërt. VIII, s. 69; Eudociam, p. 170.

(94) Laërt. ibid. s. 70.

(95) Vulgarem hanc narrationem memorant etiam Suidas in Ἐμπεδ. et Ἀμύκλαι; Strabo L. VI, p. 420 C, qui eam fabulis annumerat. Memorant praeterea multi, jam citati a Mongitorio in Biblioth. Sicul. Menagio Observ. in Laërt. VIII, s. 69. p. 381 sq. Sturzio Emp. p. 123 sq. Quorum pro suo quisque ingenio alii Empedoclis melancholiam aut vanitatem rident, ut saepe Lucianus, Dialog. mort. XX, 4 ad q. l. cf. Hemsterh. T. I, p. 416; de Morte peregr. 1; Fugitiv. 2; T. III, p. 326, 366. ed. Hemst. alibi. Alii insolentiam et insaniam gravius carpunt, ut Ecclesiae patres, Gregorius Nazianz. vss. cit. in Barthii Advers. XLI, 11, et Murator. Anecd. Epigr. 84, 85; Id. Or. contra Julian. III, p. 73. Paris. Hermias Irris. Gentil. p. 404 A. Tatianus adv. Graec. p. 246 A. Paris. Cyrus Theodorus in Stobaei Floril. Gesner. (ad fin.) vs. 51 sqq. Lactantius Div. Inst. III, 18. Tertullianus de anim. c. 32; ad Martyr. c. 4; Apolog. sub fin. Eudocia Viol. p. 171. Tangunt denique multi, ut Ovidius in Ibid. vs. 597. Claudian. de Cons. Mall. Theodor. v. 72. alii.

(96) Vid. paullo post not. 99.

ab ullo facile sano judice credita, non solum inter plerosque divulgata est, sed etiam studiose agitata a doctis, qui fabulae rationem explicare studuerunt. Multi arbitrati sunt, Empedoclem, dum Aetnae incendia diligentius examinare vellet, aeneis calceis adversus favillae ardorem munitum, propius hiatum accessisse et incaute progressum in flammarum gurgitem prolapsum esse; quam opinionem et Diogenes in epigrammate quodam sequitur[97], et multi praesertim recentiores amplexi sunt. Quid quod hodieque in superiore Aetnae parte antiquae turris vel aedis rudera monstrantur, quam fama est apud Catanenses ab Empedocle exstructam esse ad incendii caussas explorandas, unde haec turris philosophi vulgo cognominari solita est[98]. Haec ratio, quamvis speciosa et multorum eruditorum assensione commendata, parum tamen habet probabilitatis. Empedocles Aetnae crateres ne cognovisse quidem videtur; certe nullam fecit usquam eorum mentionem, ut arguit Timaeus[99], nedum eos adiisset, quos etiam multis seculis post, Strabonis tempore, nec adiri nec conspici posse vulgo arbitrabantur[100]. Ista autem, quae hodieque monstratur,

(97) Diogenes Laërtius VIII, 75. Epigramma tale est:

καὶ σύ ποτ', Ἐμπεδόκλεις, διερῇ φλογὶ σῶμα καθήρας
πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.
οὐκ ἐρέω δ', ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον Αἴτνης,
ἀλλὰ μαθεῖν ἐθέλων ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων.

In ultimo versu *μαθεῖν* scripsi pro vulg. *λαθεῖν*, auctore Mer. Casaub.

(98) Vid. Mongitorius Bibl. Sic. quam sententiam tuetur etiam Bayle, in *Empédocle*, sub fin. Harles. in Fabr. Bibl. Gr. II, 12. T. I. p. 805, not.

(99) Apud Diogen. Laërt. ibid. s. 71.

(100) Vid. Strabo citatus not. 95.

turris philosophi, nihil aliud esse videtur quam reliquiae vel templi antiqui vel, ut alii putant, speculae a Gothis Normannisve exstructae, sicut e peregrinatorum descriptionibus Sturzius docuit [101]. Sed tota haec narratio, et Empedoclis saltus in Aetnam, et calceus flammis ejectus, dicax et lepidum Siculorum ingenium sapit. Gloriae semper invidia comes fuit, praesertim apud Graecos. Credibile, Empedoclis inimicos, qui vivum insectati essent, etiam mortui famae haud pepercisse et talem illi vitae exitum attribuisse, quo ipse suâ superbiâ in exitium ruisse, et Dii majestatem suam justo supplicio ulti esse viderentur. Aliae feruntur praeterea narrationes minus facete excogitatae, ut haec Phavorini [102]: Empedoclem, quum ad solennem conventum Messenen vel Messanam veheretur, curru prolapsum coxam fregisse, eoque casu mortuum esse; item illa Demetrii Troezenii [103]: eum laqueo sibi necem conscivisse. Quae fabulae ex eadem maledicentia ortae videntur; quibus ut haberetur quod opponi posset, quidam aequior in Empedoclem, simulato Telaugis nomine, commentus est, illum senio vacillantem in mare prolapsum evanuisse [104]. Haec igitur de ejus interitu fabulati sunt, quae hîc

(101) Sturz. p. 125 sq. auctores afferens D'Orvill. Sicul. c. 14, et Bartels Briefe über Calabriën u. Siciliën, T. II. Ep. 21.

(102) Apud Diog. ibid. s. 73; Hesych. Miles. l. l. Eudoc. p. 170. *Μεσσήνην* alii Messanam in Sicilia, alii Messenen in Peloponneso intelligunt. Credo illam significari; nam quamquam in Peloponneso commoratus est Empedocles, tamen Sicilia praesertim illius gloriae theatrum fuit.

(103) Diogen. ibid. s. 74. Scripsit hoc Demetrius in libro *κατὰ σοφιστῶν*, qui, ut titulus indicat, minime in laudem sapientum fuit compositus.

(104) Vid. supra not. 5.

retuli, non ut mortem Empedoclis declararem (nondum enim eo pervenimus), sed ut diversa de eo popularium, tam amicorum quam inimicorum, judicia cognoscerentur. Sic accidit ei idem quod multis et claris antiquitatis vatibus, ut ab aliis laudibus ad superos elatus, ab aliis quasi in tartara detrusus sit. Hactenus de illius ingenio et moribus; nunc porro quae de ejus vita rebusque memorata sunt, exponemus.

§ 7.

Postquam maximam juventutis partem domi et in Sicilia transegisset, ut apparuit ex iis quae in republica egit, maturiore aetate peregre profectus est. De Empedoclis itineribus multa commentitia prodita sunt, veluti quod in Orientem profectus cum Magis versatus sit [105]: quae narratio haud dubie ex illa magiae opinione, quam supra memoravimus, orta, facile ab iis credita est qui omnem abstrusarum rerum cognitionem ab oriente repeterent, hinc doctissimos philosophos, Pythagoram, Platonem, alios, sapientiam suam hausisse et in Graeciam tranportasse contenderent. Quid memorem Islamitarum quorundam commenta adserentium, Empedo-

(105) Plinius Hist. Nat. XXX, 1: »Animadverto, summam literarum claritatem gloriamque ex ea scientia (magice) antiquitus et paene semper petitam. Certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, ad hanc discendam navigavere, exsiliis verius quam peregrinationibus susceptis." Plinius auctore fortasse usus est Hermippo, quem paullo ante dicit de tota ea arte diligentissime scripsisse. Idem de iisdem memorat Philostratus Vit. Apollon. I, 2. p. 3, quamquam a magiae crimine eos defendens. Philostrati dicta tangit Eusebius adv. Hieroclem p. 540 D; cf. Suidas in Ἀπολλώνιος Τυανεύς.

clem in Syria a Locmanno videlicet, quem Davidis aequalem faciunt, sapientiam edoctum esse? [106]

Certiora et probabiliora sunt quae e Timaeo aliisque discimus, Empedoclem, relicta Sicilia, in Peloponnesum se contulisse [107]. Quo enim potius se conferret quam in ipsam Graeciam, quae tunc non magis splendore et opibus quam artium et literarum studiis clara, plerosque tam ex Asia quam e magna Graecia philosophos ad se alliciebat? Ibi dum commoraretur, Olympiam quoque venit ad ludos, quorum tum summa celebritas, ibique (ut Diogenes ex ejusdem, ut videtur, auctoris testimonio retulit) omnium in se ora convertit, ita ut nullius in hominum sermonibus tanta fieret quanta Empedoclis mentio [108]. Hinc colligi licet, eo illum venisse jam aetate maturum et fama nobilem. Qua autem re potissimum tantam omnium admirationem moverit, ex eo fortasse conjici potest quod Dicaearchus aliique memorarunt, Empedoclis *καθαρμοὺς* Olympiae cantatos esse a Cleomene rhapsodo [109]. Quando id (etsi non constat) potius factum credamus quam praesente ipso, quo facilius carmina sua hominum studiis commendaret et illorum de se judicia cognosceret? Similiter Xenophanes carmina sua ipse *ἐρραψῴδει* [110], et Herodotus historiarum

(106) Vid. Abul Pharajius in Hist. dynast. ed. Pocock. Oxon. 1663. et alius quidem ignobilis auctor, prolatus a Sturzio, Emped. p. 10 sq.

(107) Vid. Diogen. Laërt. VIII, s. 71.

(108) Ibidem s. 66.

(109) Dicaearchus in Olympico, ap. Athenaeum XIV, p. 620 C. Phavorinus apud Diogenem L. ibid. s. 63. Sturz. p. 76.

(110) Vid. Xenophan. rell. p. 11, meae edit.

partem in publico conventu vel Olympiorum vel Panathenaeorum recitasse proditur. Tale certamen Empedoclis ingenio multo sane dignius, quam certamen equorum et velocitatis, a nonnullis falso ei tributum [111]. Ad idem tempus referendum quod supra relatum est, Empedoclem Olympiae bovem e farre vel aromatibus fictum immolasse; quod optime sane concinit cum argumento *καθαρμῶν*, in quibus victimarum caedem ut impiam et scelestam vituperat. His rebus num mirandum, illum tam ingenio et arte quam corporis cultu et dignitatis specie conspicuum omnium oculos animosque in se convertisse? Neque improbabile, ab eo inde tempore Empedoclis nomen per Graeciam magis inclarescere coepisse, quod inciderit fere in Olymp. 81, qua in Eusebii Canone chronico legitur innotuisse [112].

§ 8.

E Peloponneso reversus est in Siciliam, reditu tamen in patriam prohibitus a filiis et cognatis inimicorum quos quondam judicio perculerat, eâdem sorte usus qua multi praesertim Pythagoraei, qui item aequalitatis et liberalitatis suae exsilio poenas luerunt. Ergo, relicta denuo Sicilia, in Peloponnesum se recepit; sicut narrat Diogenes, Timaei, ut videtur, auctoritate fretus [113]; quibus non obstant illa Timaei

(111) Cf. supra p. 6 sq.

(112) Item supra p. 9.

(113) Diogen. Laërt. VIII, 67: *ὕστερον μέντοι, τοῦ Ἀκράγαντος οἰκιζομένου, ἀντέστησαν αὐτοῦ τῇ καθόδῳ οἱ τῶν ἐχθρῶν ἀπόγονοι· διόπερ εἰς Πελοπόννησον ἀποχωρήσας ἐτελεύτησεν.* Dictum *τοῦ Ἀκρά-*

verba, quae idem paullo inferius affert [114], Empedoclem semel in Peloponnesum profectum nunquam rediisse in Siciliam; namque illud iter excursio potius quam discessus e Peloponneso est dicendum. Fuerunt vero qui traderent, Empedoclem domo profugum Syracusas se contulisse, et cum Syracusanis adversus Athenienses bellasse. Sed narratio haec temporum rationi plane repugnat, et indicio est, sic ut plura quae de Pythagora et Pythagoreis feruntur, quanta in rebus Siculorum enarrandis et temporum ordine digerendis nonnullorum historicorum fuerit inscitia. Nam bellum Athenienses inter et Syracusanos erupit Olymp. 91 [115], quo tempore Empedocles fuisset fere octogenarius: quem aetatis annum etiamsi attigisset (quod non fecit; nam secundum Aristotelem sexaginta annos natus decessit), certe miles in bello merere non potuisset. Si dixissent, Empedoclem patriâ ejectum cum Syracusanis adversus Agrigentinos bellasse, habe-

γαντος οἰκιζομένου, nisi hoc in *στασιαζομένου* aut simile verbum mutandum sit, nihil aliud significare potest quam *mutata Agrigentinorum republica*: nam desertam aut deletam hanc civitatem fuisse non legimus.

Hanc Empedoclis calamitatem spectare videtur Timo Phliasius his versiculis a Diogene relatis:

καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀγοραίων
κηλητὴς ἐπέων· ὅσα δ' ἔσθενε, τόσσαδε εἷλεν,
ἀρχῶν ὃς διέθηκ' ἀρχὰς ἐπιδευέας ἄλλων.

Dicit: quantum valuit, tantum cepit, i. e. meritum adeptus est factorum praemium, qui multitudinem fecit regem, ipsam rege indigentem.

(114) Diogen. ibid. s. 71: *Τίμαιος ῥητῶς λέγων, ὡς ἐξεχώρησεν εἰς Πελοπόννησον, καὶ τὸ σύνολον οὐκ ἐπανῆλθεν.*

(115) Vid. Diodorus Sic. XII, 83. Neque magis congruit prior illa Atheniensium in Siciliam expeditio, in bello inter Syracusanos et Leontinos, quae facta est paucis ante annis, Olymp. 88, 2. Thucyd. III, 86.

ret hoc aliquid probabilitatis, quoniam circa hoc tempus, Olymp. 83 a. 3, grave inter utrosque exarsit bellum, quo pleraeque Siciliae civitates fuerunt implicitae [116]. Sed ne temere conjecturas moveamus, totum hoc testimonium rejiciendum est, relatum idemque refutatum ab Apollodoro his versibus [117]:

οἱ δ' ἱστοροῦντες ὡς πεφευγὼς οἴκοθεν
εἰς τὰς Συρακούσας, μετ' ἐκείνων ἐπολέμει
πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, τελέως ἀγνοεῖν ἐμοὶ
δοκοῦσιν· ἢ γὰρ οὐκ ἔτ' ἦν ἢ παντελῶς
ὑπεργεγηρακώς.

Probabiliora sunt quae de illius itinere in Athenarum urbem memorantur. Nam Empedoclem, quum in Peloponneso moraretur, in hanc civitatem, quae tum quasi lumen erat Graeciae, devertisse, per se vix dubium potest videri: quocirca quamquam hujus itineris non nisi strictim et a paucis mentio facta sit, nihil tamen obstat quominus fides ei habeatur. Suidas de Acrone medico, Empedoclis populari, loquens dicit [118]: ἐσοφίστευσεν ἐν Ἀθήναις ἅμα Ἐμπεδοκλεῖ, philosophiam Athenis professus est simul cum Empedocle. Acronem diutius Athenis mansisse, atque, grassante magna illa pestilentia, arte sua popu-

(116) Diodorus Sic. XII, 8. p. 482 sq.

(117) Vid. supra p. 10, not. 21. Per tempora quidem melius conveniret in Empedoclem, poëtam tragicum, qui physici e filia nepos perhibetur. Caeterum falso hoc testimonio usus est Dodwellus ad Empedoclis aetatem definiendam, de aet. Pythag. p. 219 sqq.

(118) Vid. Suidas in Ἄκρων. Eudocia p. 49. Apulejus Florid. p. 363 ed. Elm.

lum juvisse, e Plutarcho discimus [119]. Empedoclem ibi probabile est placita sua de rerum naturâ et praecepta de dicendi arte explicuisse, tum etiam alios audivisse philosophantes. Circa idem enim tempus versati sunt ibi Anaxagoras, Parmenides, Zeno, qui Athenis physices et dialectices studia sermonibus scriptisque suis acuerunt, quos philosophos audivisse Empedocles traditur, ut statim videbimus; atque ut Zeno dialectica, sic Empedocles rhetorica primus commovisse praedicatur: ad quam artem tractandam quis locus aptior et illustrior quam Athenae, eloquentiae theatrum? Tempus autem, quo Empedocles per Graeciam peregrinatus esse et tam in Peloponneso quam Athenis versatus videtur, inciderit fere in Olymp. 80—84, quod tempus cum illorum quos dixi philosophorum temporibus optime convenit [120].

Postremo Glaucus Rheginus tradidit, eum in urbem Thurios, tum recens conditam, profectum esse; testinium hujus memorat neque improbat, ut videtur, Apollodorus [121]. Thuriorum civitas condita est Olymp. 83 exeunte et Peloponnesiorum atque Atheniensium colonis praesertim frequentata: quocirca nec temporum nec rerum ratione improbabile est, Empedoclem in Peloponneso vel Attica morantem, natu jam provectiorem (fuerit tum fere quinquagenarius), in hanc coloniam se contulisse, in quam circa idem tempus multi eruditi homines, ut Herodotus Halicarnas-

(119) Vid. Plutarch. de Isid. et Osirid. p. 383. Vol. VII, p. 506.

(120) Cf. quae de his dicemus § 9.

(121) Vid. supra p. 10, not. 21.

seus, Lysias Atheniensis, Tisias Syracusanus, se receperunt, ut literarum studiis vacarent [122]. Repugnant quidem huic testimonio alii dicentes, Empedoclem in Peloponnesum profectum ibi decessisse [123]; sed quum Glaucus Empedocli aetate proximus fuerit, ejusque testimonium ab Apollodoro tacite probari videatur, mihi hujus auctoritas caeteris anteponenda videtur. Etiam pervagata illa et vetus opinio, Pythagoram ab Empedocle auditum esse, ad iter ejus in Italiam facile referenda est [124].

Caeterum de ejus morte quae antiquitus ferrentur fabulae, modo retulimus. Harum aliae in Peloponneso, aliae in Sicilia eum mortuum faciunt; sed nihil certi de hoc ab antiquis proditum est. Timaeus diserte dixit, *αὐτοῦ τὴν τελευτὴν ἄδηλον εἶναι* [125]. Sepulcrum ejus ostendebatur Megaris, memoratum a Phavorino et Diogene in hoc epigrammate [126]:

> Ναὶ μὴν Ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος, ὡς ποθ' ἁμάξης
> ἔκπεσε, καὶ μηρὸν κλάσσατο δεξιτερόν.
> Εἰ δὲ πυρὸς κρατῆρας ἐσήλατο καὶ πίε τὸ ζῆν,
> πῶς ἂν ἔτ' ἐν Μεγάροις δείκνυτο τοῦδε τάφος;

Probabile dicit, Empedoclem curru prolapsum femur

(122) Vid. Clinton. Fasti Hellen. ad Olymp. 84, p. 53, 55. Westermann, Gesch. d. Griech. Beredsamk. p. 37 sq.

(123) Diogenes Laërt. VIII, 67, citatus supra not. 113, auctorem secutus, ut videtur, Timaeum, cujus verba, modo prolata not. 114, etsi non idem plane dicunt, tamen prope ad hanc sententiam accedunt. Timaeum de hoc Empedoclis itinere nullam fecisse mentionem, ex Apollodori et Diogenis silentio satis effici potest.

(124) Cf. infra sq. §

(125) Diogen. Laërt. VIII, 71.

(126) Diogen. Laërt. VIII, 73, 75. Pro *καὶ πίε τὸ ζῆν* Mer. Casaubonus

fregisse; nam si in Aetnam insiluisset, quomodo sepulcrum ejus Megaris ostendi potuit? At quidni cenotaphium in ejus memoriam exstruere potuerunt [127]? Hoc autem monumentum multo demum tempore post illius mortem constructum fuisse videtur; certe Timaeus nullum ejus sepulcrum noverat [128].

Eidem a civibus suis Agrigenti statua posita, ἀνδριὰς ἐγκεκαλυμμένος, ut retulit Hippobotus, id est, capite operto; fortasse, credo, ut reconditam ejus sapientiam et obscura vitae fata significarent; quae statua, ut idem auctor est, postea Romam transportata et remoto velamento (ἀκάλυφος) ante curiam collocata est [129]. Pictae illius imagines olim plures ferebantur [130] et etiam nunc quaedam exstant, in Agrigentinorum numis expressae [131].

perperam legi voluit κάκπιε τὸ ζῆν. πίε τὸ ζῆν significat, ut recte interpretatur Menagius, *immortalitatem bibit.*

(127) Ut animadvertit Sturz. p. 131. Quod vero idem loquitur de monumento ab amico Pausania illi posito, falsum esse supra arguimus not. 91.

(128) Apud Diogen. Laërt. VIII, 72: οὐδὲν δὲ παράδοξον, τάφον αὐτοῦ μὴ φαίνεσθαι· μηδὲ γὰρ ἄλλων πολλῶν.

(129) Diogen. Laërt. VIII, 72. Menagius ad h. l. p. 383 confert haec Plinii verba, de statuis nudis et velatis, L. XXXIV, 5: »Graeca res est nihil velare, at contra Romana ac militaris, thoracas addere." Quae huc nihil pertinent. Sturzius p. 333 putat, opertam fuisse statuam, ut a tempestatis injuriis defenderetur.

(130) Diogenes l. l. γραπταὶ μὲν γὰρ εἰσι τινὲς καὶ νῦν περιφέρονται. ubi pro εἰσι τινές κτλ. e Sturzii conjectura scribendum videtur εἰκόνες ἔτι καὶ νῦν π.

(131) Excusae in Gronovii Thes. Ant. Gr. T. III, tab. *bbbbb;* Burmanni Thes. Sic. T. XI, p. 191; D'Orvillii Siculis tab. XIX, n. 11. Cf. Harles. in Fabric. Bibl. Gr. Vol. I, p. 811.

§ 9.

Haec de Empedoclis vita rebusque habuimus dicenda, quibus ordine enarratis, jam rectius judicare poterimus, quinam ejus magistri et disciplinae auctores fuerint; de quibus tam diversa et repugnantia sunt a veteribus tradita, ut sine temporum luce in his plane halucinaremur. Nam alii ejus doctorem faciunt Pythagoram, alii Anaxagoram, alii Xenophanem, alii Parmenidem, alii alios; in quibus recensendis testes ordine citabimus.

Antiquissimus horum est Alcidamas, Gorgiae discipulus, qui haec retulit [132]: *κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ζήνωνα καὶ Ἐμπεδοκλέα ἀκοῦσαι Παρμενίδου, εἶθ' ὕστερον ἀποχωρῆσαι· καὶ τὸν μὲν Ζήνωνα κατ' ἰδίαν φιλοσοφῆσαι, τὸν δὲ (Ἐμπεδοκλέα) Ἀναξαγόρου διακοῦσαι καὶ Πυθαγόρου, καὶ τοῦ μὲν τὴν σεμνότητα ζηλῶσαι τοῦ τε βίου καὶ τοῦ σχήματος, τοῦ δὲ τὴν φυσιολογίαν.* i. e. »Circa idem tempus Zenonem et Empedoclem Parmenidis auditores fuisse, deinde ab illo digressos alterum sua ratione philosophatum esse, alterum vero, Empedoclem, ad Anaxagoran se applicavisse et Pythagoran, alterius physicam disciplinam, alterius vitae et consuetudinis gravita-

(132) Testis Diogen. Laërt. VIII, 56: *Ἀλκιδάμας ἐν τῷ φυσικῷ φησί κτλ.* At Alcidamantis *φυσικὸν* a nullo memoratur; contra laudatur ejus *μουσεῖον* a scriptore certaminis Homeri et Hesiodi, in Gronov. Thes. Antt. Gr. T. X, p. 1204, significatum ab Aristotele Rhetor. II, 3: unde docte et probabiliter Foss. de Gorgia Leont. p. 17 conjecit, in Diogene reponendum esse *ἐν τῷ μουσείῳ* vel *ἐν τῷ μουσικῷ.* (Vid. Fabric. Bibl. Gr. II, 26, 5 not.).

tem aemulatum." Disertum sane testimonium; sunt autem in eo alia quae conveniunt, alia quae repugnant. Nam Empedoclem a Parmenide digressum ad Anaxagoram simul et Pythagoram se applicavisse, id quam absurdum sit, quisque videt. Ambo enim hi totius fere seculi intervallo a se invicem distant. Sed de Pythagora mox dicendum, si prius de reliquis viderimus. Parmenidis aemulum et imitatorem fuisse Empedoclem, Theophrastus locuples testis aliique adfirmant[133]; Anaxagorâ eum paullo minorem natu fuisse, ex Aristotele et Simplicio supra demonstratum[134]; cum Zenone denique tanquam aequali et aemulo saepius jungi solet[135]. Quocirca haec, quum et temporibus conveniant et aliorum testimoniis firmentur, non facile in suspicionem vocari possunt. Quaeratur autem, ubi eos audiverit? Parmenidem Eleaten putet quis ab Empedocle adolescente

(133) Vid. Diogen. Laërt. VIII, 55: *ὁ δὲ Θεοφράστος Παρμενίδου φησὶ ζηλωτὴν αὐτὸν γενέσθαι καὶ μιμητὴν ἐν τοῖς ποιήμασι* . . . Eudocia p. 169 addit: *ὕστερον δὲ τοῖς Πυθαγορικοῖς*. Sed teste Laërtio haec referenda sunt ad Hermippi testimonium, quod statim deinceps affert. Vid. inferius notata. A Simplicio, qui Theophrastum praesertim sequitur, appellatur item *Παρμενίδου πλησιαστὴς καὶ ζηλωτὴς καὶ ἔτι μᾶλλον Πυθαγορείων*. Phys. I, f. 6 B. Olympiodor. Prooem. in Platon. Gorg. *οὗτος δὲ ὁ Παρμενίδης διδάσκαλος ἐγένετο Ἐμπεδοκλέους, τοῦ διδασκάλου Γοργίου*. Vid. Platon. Gorg. ed. Findeisen. p. 603 sq. Suidas v. *Ἐμπεδοκλ.* dicit: *ἠκρόασατο δὲ πρώτου Παρμενίδου, οὗτινος, ὥς φησι Πορφύριος ἐν φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ, ἐγένετο παιδικά*. Vocabulum *παιδικὰ* accipiendum Platonico sensu, ut explicui in Parmenidis rell. p. 13 sq. Cf. praeterea Suidas in *Παρμενίδης*; Eudocia ibid. p. 360.

(134) Vid. supra p. 11.

(135) Ut apud Suidam in *Μέλιτος* et *Παρμενίδης*; Aristotelem inferius citatum; Euseb. Canon. chron. Olymp. 81.

auditum esse in Italia; potuit sane; quamquam id prorsus incertum. Anaxagoras vero Athenis coepit philosophiam docere inde ab Olympiade fere 81 [136]; eodemque circiter tempore Parmenides cum familiari suo Zenone Athenas venit, ubi inter familiares de veritate et natura disseruit [137]. Atque in idem fere tempus incidere videtur iter ab Empedocle per Graeciam susceptum. Ergo non improbabile, per ipsum illud tempus tres illos viros Athenis ab eo auditos esse [138].

Quod autem de Pythagora narratur, hunc simul cum Anaxagora ab Empedocle auditum esse, ejusmodi temporum confusio si in seriorum aliquo minus sit miranda [139], in Alcidamante vix ferri posse videtur. Diogeni potius, aut quem ille testem secutus sit, istum errorem attribuendum puto; Alcidamantem pro Πυθαγόραν dixisse *τοὺς ἀμφὶ Πυθαγόραν*, Pythagoreos, similiter ut Neanthes, Hermippus et Simplicius, aut hoc voluisse, Empedoclem Pythagorae exemplum et disciplinam secutum esse.

Attamen et alii eum Pythagorae auditorem fecerunt, quorum princeps Timaeus, teste Laërtio: *ἀκοῦσαι δ' αὐτὸν Πυθαγόρου Τίμαιος διὰ τῆς ἐννάτης ἱστορεῖ, λέγων ὅτι καταγνωσθεὶς ἐπὶ λογοκλοπείᾳ τότε* (f. *ποτὲ*),

(136) Archonte Callia. Vid. Schaubach. Anaxag. fragm. p. 14 sq.

(137) Vid. Parmenid. rell. p. 4, 8, meae edit.

(138) Eadem fere opinio videtur Clintoni Fast. Hell. ad Ol. 81, 1. p. 47.

(139) Sic Eusebius (Praep. Eu. XIV, p. 757), Syncellus (Chron. p. 190, 203), Michael Glycas (Annal. T. II, p. 202 B), Eudocia (Viol. p. 367) non dubitant Pythagoram cum Anaxagora et aliis hujus aetatis componere.

- καθὰ καὶ Πλάτων, - τῶν λόγων ἐκωλύθη μετέχειν· μεμνῆσθαι δὲ καὶ αὐτὸν Πυθαγόρου λέγοντα·

Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδώς,
ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον [140].

Quod ad hos versus attinet, eos ad Pythagoram spectasse non manifesto apparet; alii veterum, ut Diogenes addit, Parmenidem significari voluerunt; licet vero ad Pythagoram spectent, inde tamen effici non potest, Empedoclem ipsum illum vidisse. Ut vero Timaeus eum Pythagorae auditorem haberet, eo factum credo, non quod Empedoclis tempora non nosset, sed quod Pythagoram seriorem faceret quam revera fuit; similiter idem historicus peccavit in Xenophane, qui Pythagorae proximus fuit, quem ille Hieronis Syracusani tempore vixisse scripsit, etsi multo ante floruisset [141]. Nihil autem pervulgatius quam iste error, quo factum ut Pythagorae aetatem per tria fere hominum secula extenderint. E Pythagoreis Empedocli aequalis fere fuit Philolaus; etiam hunc, ut et Lysidem et Archytam, inter Pythagorae asseclas numerarunt.

(140) Diogen. Laërt. VIII, 54. Locus memoratus in Timaei fragm. ed. Goeller. p. 217. Verba autem *καθὰ καὶ Πλάτων* haud dubie a Diogene inserta sunt, quemadmodum paullo post, relato Neanthis testimonio, addit: *τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Πλάτωνα φασὶ παθεῖν, καὶ γὰρ καὶ τοῦτον κωλυθῆναι.* Versus illos ad Pythagoram referunt quoque Porphyrius Vit. Pyth. § 30. Jamblichus ibid. § 67.

Reliqui, qui Timaei opinioni adstipulantur, parum addunt auctoritatis. Diogenes Laërt. VIII, 50, dicit: *κατά τινας Πυθαγόρου διήκουσεν.* inter hos etiam sunt Eudocia Viol. p. 169; Tzetzes Chiliad. II, 902; Schol. Hermog. p. 383; Origenes Philosoph. c. 3; a Sturz. citt.

(141) Tetigi in Xenophanis Coloph. rell. p. 2—7.

Addita est narratio de λογοκλοπείᾳ, relata quoque a Neanthe Cyziceno, qui idem crimen etiam Philolao imputat [142]: φησὶ δὲ Νέανθης, refert Diogenes, ὅτι μέχρι Φιλολάου καὶ Ἐμπεδοκλέους ἐκοινώνουν οἱ Πυθαγορικοὶ τῶν λόγων· ἐπεὶ δὲ αὐτὸς (Ἐμπεδοκλῆς) διὰ τῆς ποιήσεως ἐδημοσίευσεν αὐτὰ, νόμον ἔθεντο μηδενὶ μεταδώσειν ἐποποιῷ. Caeterum quem Pythagoreorum Empedocles audiverit, Neanthes non dixit, ut Diogenes notat. Ista autem narratio, Pythagoreorum doctrinam ab illis per furtum divulgatam, ideoque ipsos sodalitio exclusos esse [143], quam futilis sit habenda, ex hoc judicari potest, quod Empedoclis et Philolai aetate Pythagoreorum instituta et placita non amplius arcana erant, et quod, mortuo Pythagorâ [144], sodales dispersi et sodalitii jura sublata sunt: ergo ubi nullus erat communis consessus, excludi nemo potuit. Fabulae hae sunt, natae, ut mihi videtur, e posteriorum Pythagoristarum cerebro, qui studiose operam dare solebant, ut Pythagoricam disciplinam mysteriorum nebulâ involverent, quo facilius hac quasi sanctitatis specie suam nuditatem levitatemque tegerent. Quae quidem commenta tantum abest ut duorum illorum scriptorum auctoritate fulciantur, ut potius indicio sint, illos temere interdum fabulis credidisse; qua de re uterque jam a gravissimis his-

(142) Vid. Diogen. VIII, 55, et Eudoc. p. 169.

(143) Explosa haec jam ab aliis. Vid Harles. in Fabricii Bibl. Gr. Vol. I, p. 810 et 863 not. *w*; imprimis vero Boeckh. Philol. p. 15 sqq.

(144) Quod accidit brevi post incendium Cyloniorum, quod factum est non multo post Olymp. 67.

toricis reprehensus est. Illud tamen his fabulis indicatur, Empedoclem primum habitum esse *ἐποποιὸν*, qui Pythagorica placita carmine exposuerit et latius divulgaverit [145].

Alii illum non ipsius Pythagorae, sed Telaugis, qui hujus filius et successor habetur, auditorem dixere [146]. Sed auctores, qui id prodiderunt, ignoti sunt aut parum locupletes, et Telauges, cujus nomen satis obscurum, antiquior certe fuit; idem quippe ab aliis Xenophanis magister habitus [147]. Quocirca istud testimonium parum valet; et versiculus ab Hippoboto quodam prolatus, quo Empedocles Telaugen compellasse dicitur, parum addit fidei [148]. Neque pluris aestimandum est Suidae testimonium, qui manifestum dicit, Archytam Tarentinum illius doctorem fuisse [149]: nam ut superiores illi antiquiores Empedocle, ita hic multo minor natu fuit, quippe Platoni aequalis, nisi quis forte hunc quoque Pythagorae auditorem facere velit. Telaugis vero quae fertur epistolam, qua Brontini et Hippasi, aequalium Pythagorae vel, ut quidam volunt, illo

(145) Ita Horatii Schol. in Epist. I, 12, 20: »Empedocles Agrigentinus multa, quae ad Pythagoricam sectam pertinent, metro et versibus tradidit.” Similiter intelligit Lommatzsch, Weish. d. Emped. p. 16.

(146) Diogen. Laërt. VIII, 43: *Τηλαυγὴς ... ὃς καὶ διεδέξατο τὸν πατέρα καὶ κατά τινας Ἐμπεδοκλέους καθηγήσατο.* Suidas in *Ἐμπεδοκλῆς*. Theodoret. Therap. Serm. II. T. IV, p. 489 D. Paris. Euseb. Praep. Eu. X, 14, p. 504 C. Tzetzes tutius putavit, utrumque videlicet conjungere, Chil. II, 902: *ἦν δ' οὗτος*, inquit, *τοῦ Πυθαγόρου μαθητὴς καὶ Τηλαυγοῦς ὑστέρως.*

(147) Ut memoravi in Xenophane p. 3 sq. not. 5.

(148) Vid. Empedoclis fragm. vs. 445.

(149) Suidas in v. *Ἀρχύτας*.

etiam superiorum, discipulus perhibetur, hanc ut commentitiam silentio praetereamus [150]. Haec omnia satis ostendunt, quam diversae fuerint opiniones quamque incerta testimonia eorum, qui Empedocli in secta Pythagorica certum assignare locum studuerint. In hoc tamen omnes consentiunt, eum Pythagoreae disciplinae aemulum fuisse, quod praeterea multi alii testes et vulgaris opinio confirmat [151].

Superius vero vidimus ab Alcidamante et Theophrasto Parmenidis illum auditorem dictum esse; dissentit ab illis Hermippus, qui non Parmenidis, sed hujus magistri Xenophanis eum asseclam facit [152]: Ἕρμιππος οὐ Παρμενίδου, Ξενοφάνους δὲ γεγονέναι ζηλωτήν, ᾧ καὶ συνδιατρίψαι καὶ μιμήσασθαι τὴν ἐποποιΐαν, ὕστερον δὲ τοῖς Πυθαγορικοῖς ἐντυχεῖν. Probabile est, Hermippum Timaei testimonio credidisse, Xenophanem sub Hieronis tempora floruisse atque adeo Empedocli fere aequalem fuisse: unde non mirum, si illum, qui item in Sicilia versatus, item de rerum natura vaticinatus esset, Empedoclis magistrum fuisse crederet. Fertur etiam dictum quoddam Xenophanis ad Empedoclem [153]. Sed istam opinionem tam temporum ratio

(150) Vid. supra p. 4, not. 5.

(151) Longum esset omnes citare qui Empedoclem aut Pythagoreum vocant aut illius nomen cum Pythagora conjungunt. Praeter eos quos jam citavimus, cf. ex. gr. Plutarch. de Esu carn. II. Vol X, p. 152; Sextus Emp. adv. Math. IX, 127; Athenaeus et Philostr. citt. supra. not 15; Gellius IV, 11; Hierocles in Aur. Carm. p. 186 Needh. Syrianus cit. infra not. 156.

(152) Diogenes Laërt. VIII, s. 56.

(153) Memoravi hoc inter Xenophan. rell. fr. XXXVII, p. 87.

quam Theophrasti auctoritas facile revincit [154]. Quod deinceps additum est, illum posterius Pythagoreos adiisse, cum Alcidamantis narratione concinit; etsi probabilius, illum jam antea, quum juvenis in Sicilia degeret, Pythagorica placita gustasse. Fortasse ista opinio inde orta, quod, ut modo dixi, provectior aetate Thurios in Italiam sit profectus, quae regio praecipua fuit Pythagoricae disciplinae sedes.

Jam variis his testimoniis inter se ponderatis, satis certo statuere licet, Empedoclem disciplina usum esse Parmenidis, eundem Anaxagorae non ignarum fuisse, praecipue vero se applicuisse ad Pythagoreos, quorum exemplis placitisque maxime videtur commotus, quod tam philosophia ejus quam vitae morumque effigies demonstrat.

Quamvis autem horum praeceptis placitisque tinctus esset, non tamen is fuit Empedocles, qui sectae alicui se addiceret aut ex aliena doctrina saperet. Sapientiam suam ex augustioribus hausit fontibus: primum e natura, cujus strenuus fuit scrutator; tum ex antiquitate, cujus effata studiose sciscitatus est: Homerum diligenter legit [155]; in mysteriis non fuit hospes [156]; omnium vero maxime e ditiore illa men-

(154) Omitto quod Diodorus Ephesius scripsit, eum Anaximandri aemulum fuisse. Nam istud ἐζηλωκέναι, *aemulari*, potest spectare ad Anaximandri exemplum et vitae rationem; alioquin prorsus repugnaret temporibus. Attigi hoc in Parmenide p. 7 sq. et Add. p. 276.

(155) Ostendunt hoc ipsius carmina et dictio, melius quam Heraclidis testimonium, qui multa illius placita allegoricâ interpretatione ab Homero repetit, in Galei Opusc. Mythol. p. 443, 475, 494.

(156) Quod efficio non tam e Syriani testimonio, illum et Pythagori-

tis vena, unde celsiores quaeque de rebus divinis humanisque notiones emanant:

βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

§ 10.

Diximus de ejus doctoribus, pauca addenda de familiaribus ejus, quorum praecipui hi memorantur:

A c r o n, Xenonis fil. Agrigentinus, nobilis medicus, cujus in narranda Empedoclis vita mentionem fecimus. Juvenes ambo in rep. inter se obtrectarunt; postea Athenis simul doctrinae studia coluerunt [157].

P a u s a n i a s, Anchiti filius, Gelous, cujus supra item mentionem feci. Fuit dives, medica arte clarus, Empedocli ante alios carus, qui huic dedicavit libros de rerum natura, ut ipsius versus testatur; eidem monstrasse dicitur artem qua *τὴν ἄπνουν* sanaverit, ut auctor est Heraclides [158]: unde nonnulli collegerunt, Pausaniam rem istam literis mandasse, ab hoc hausisse Heraclidem; alii ipsum Empedoclem [159]: utrum-

cum et Orphicum appellantis (Comment. in Aristot. Metaph. f. 8 B, 32 B), quam ex ipsius carminum vestigiis.

(157) Vid. Diogen. Laërt. VIII, 65; Suidas in *Ἄκρων*. Menagius Obs. Laërt. p. 380. Mongitori Bibl. Sic. in v.

(158) Vid. Diog. Laërt. VIII, 60, 61. Timaeus ibid. 71.

(159) Prius horum placuit P. Petito apud Menagium, Observ. Laërt. Prooem. p. 9; posterius Sturzio Emped. p. 62. Uterque illud effecit ex his Laërtii verbis: *Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν*. quae alii sic interpretati sunt, Empedoclem ad Pausaniam hac de re scripsisse; alii, Pausaniam audita ab Empedocle literis prodidisse. Sed *ὑφηγήσασθαι* universe notat *monstrare*, *praecipere*, *edocere*.

que nullo auctore et sine idonea ratione. Eundem Heraclides narrat famam sparsisse, Empedoclem ad Deos elatum esse, et vulgari contradixisse opinioni, illum in Aetnae crateras insiluisse. Redarguit vero haec Timaeus, ut superius ostendimus [160]. Denique epigramma fertur ipsius Empedoclis, ut ajunt, quo Pausanias ob artis medicinae prudentiam laudatur [161].

Omnium vero Empedoclis discipulorum clarissimus habetur G o r g i a s Leontinus [162]. Ipse in scriptis, ut supra vidimus, professus est se Empedoclem vidisse magiam exercentem. Praecipue in arte rhetorica et in physicis illum aemulatus videtur; et indicia quaedam monstrant, Gorgiam in nonnullis Empedocleam imaginem expressisse, sive in dicendi artificio orationisque figuris (ut paronomasia et antithesi), sive in corporis cultu et vestium ornatu, quippe qui purpureo pallio et aureis calceis in publicum prodire solitus esset [163]. Gorgias hac ostentatione ad Empedoclis exemplum usus est ad multitudinem sui admiratione implendam, sed dispari uterque

(160) Diogen. Laërt. VIII, 68, 69, 71. cf. supra p. 35.

(161) Apud Diogen. VIII, 61. Epigramma descriptum est infra vs. 435.

(162) Testis Satyrus in Vitis, apud Diog. Laërt. VIII, 58; Olympiodorus in Platon. Gorg. supra cit. n. 134; Schol. Platon. Ruhnk. p. 107, Bekk. p. 345; Suidas in Ἐμπεδ. et Γοργίας. Quinctil. I. O. III, 1, 8: »Gorgias Leontinus, Empedoclis, ut traditur, discipulus."

(163) Vid. Aelian. V. H. XII, 32. De Empedoclis cultu ornatuque supra dictum p. 30; de artificio rhetorico mox dicetur p. 61. In Platonis Menone etiam de coloris natura Gorgias dicitur sensisse κατ' Ἐμπεδοκλέα, i. e. convenienter Empedocli. Erudite de his disserit Foss. de Gorg. p. 13 sqq. 27. 57.

consilio: Empedocles, quo facilius populum auctoritate sua regeret, Gorgias, quo majores sibi plausus captaret lucrumque quaereret.

§ 11.

Haec de Empedoclis vita, consuetudine et moribus; sequitur ut de ejus scriptis et literarum studiis dicamus. Haud vulgari illum fuisse ingenio cum vita ejus, tum magis etiam scripta ostendunt; in quibus dubium utrum poëtica vis an doctrinae scientia magis eluceat. Didacticorum poëtarum, qui de rerum natura vaticinati sunt, ut apud Latinos Lucretius, sic Empedocles apud Graecos sine dubio princeps aestimandus [164]. Dubitari quidem possit, sicut antiquitus dubitatum est, hoc carminis genus num jure poësis sit dicenda, an poëticum tantum ornatum mutuetur, eoque utatur tanquam vehiculo, quo pedestrem incessum evitet; quemadmodum de poëtis illis loquens Plutarchus censet [165]. Sane, si didascalica poësis cum germanâ illâ ἐποποιΐᾳ comparetur, fatendum, ambas et genere et rerum tractatione prorsus distare; veluti, ut unum hoc memorem, altera in medias res auditorem rapit et per multas ambages ducit quocumque velit, altera certo ordine et via

(164) Ambo pariter tanquam exempla in suo genere citantur a Lactantio Inst. Div. II, 12; Diomede de Orat. et partt. orat. III. p. 480 Putsch. »Didascalice est, qua comprehenditur philosophia Empedoclis et Lucretii."

(165) Plutarch. de aud. poët. p. 16, Vol. VI, p. 56 Reisk. quem locum attuli jam in Parmenid. p. 17 not.

omnia exponit. Quamobrem si quis Empedoclem cum Homero comparare velit, facile assentiendum Aristoteli dicenti, ambobus nihil inter se esse commune praeter numeros [166]. Attamen non numeris tantum verbisque poëticis usus est, valebat vero, ut vidimus, diviniore mentis vi, quam naturae contemplatio et doctrinae studium alebant et incitabant. Hinc jure ab eodem Aristotele Ὁμηρικὸς appellatur [167], quippe qui non solum studiose Homerum imitatus sit, sed eundem, quamquam in diverso carminis genere, referat ingenii ubertate, dictionis vi, metaphorarum lumine, tum comparationibus et descriptionibus, quibus sententias et placita sua illustrat. Quarum quidem dotum ejus versuum reliquiae luculenta ostendunt vestigia, quae arguunt, illum revera egregium poëma fecisse, ut Cicero dicit, et jure de eo cecinisse Lucretium:

Carmina quin etiam divini pectoris ejus
Vociferantur, et exponunt praeclara reperta;
Ut vix humanâ videatur stirpe creatus [168].

(166) Aristot. Poët. c. 1: »Vulgo, inquit, omnes, qui versibus scribunt, poëtas appellare solent: *καὶ γὰρ ἂν ἰατρικὸν ἢ μουσικόν τι διὰ τῶν μέτρων ἐκφέρωσιν, οὕτω καλεῖν εἰώθασιν· οὐδὲν δὲ κοινόν ἐστιν Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πλὴν τὸ μέτρον· διὸ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν.* In eandem sententiam disserit Schol. Dionysii in Villois. Anecd. Gr. T. II, p. 172. Lactant. Inst. Div. II, 12: »Empedocles, quem nescias utrumne inter poëtas an inter philosophos numeres."

(167) Aristot. in libro deperdito de Poëtis, apud Diogen. Laërt. VIII, s. 57: *φησὶν, ὅτι καὶ Ὁμηρικὸς ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τε ὢν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγμασι χρώμενος.* Eadem repetit Eudocia Viol. p. 170.

(168) Cicero de orat. I, 50; Lucretius I, 732. Calculum his addit Censo-

Dionysius Halicarnassensis poëmata illius ad αὐστηρὰν ἁρμονίαν, id est, stilum austerum, refert, quali inter historicos Thucydides, inter tragicos Aeschylus usi sunt [169]. Et sane, ut illi, similiter Empedocles severior est quam suavior. Epithetis et metaphoris, ut Plutarchus animadvertit, non tanquam flosculis utitur, sed tanquam notis quibus res clarius designentur: veluti corpus ab eo appellatur ἀμφιβρότη χθών, membrorum figuram vocat σαρκῶν χιτῶνα, hepar πολυαίματον, luna ἱλάειρα, Sol ὀξυβελής cognominantur, ut plura alia omittam [170]. Etiam comparationes, quibus utitur, rebus aptissimae sunt, velut illa, qua rerum humanarum fabrica cum pictura comparatur; item eae quae ad visum et ad respirationem spectant: quae Homericâ sane simplicitate et elegantia se commendant [171]. Quam pulcra vero est illa descriptio, qua simplicem priscorum hominum victum laudat [172]. Dialecto usus est Ionica, ut Epicae poësi accommodata, et principum epicorum inde ab Homero auctoritate et exemplo commendata; in nonnullis tamen ab ea recessit. In verborum usu interdum est insolentior, vel

rin. de Die nat. c. IV, p. 19 Hav. Neque contra dicit Horatius in versu illo supra memorato: »ardentem *frigidus* Aetnam insiluit." *frigidus* Empedocles ibi scite opponitur *ardenti* Aetnae: quo significatur eum non calido consilio, sed meditato id fecisse.

(169) Dionys. Hal. περὶ συνθ. ὀνομ. c. 32; p. 22. Sylb.

(170) Plutarch. Sympos. V, 8; Vol. VIII p. 722 qui locus a nobis descriptus est infra post versuum fragm. Idem de facie Orb. Lun. princ. Vol. IX, p. 642. cf. vss. 186, 193.

(171) Vid. vss. 154 sqq. 274 sqq. 301 sqq.

(172) Vid. vss. 368 sqq.

nova cudendo, vel insueta aucupando, qualia sunt *οὐλοφυής*, *ἐθελυμνός*, *ἀγής*, *ἠνεκέως*, *ἀμουργός*, *καμασῆνες*[173]; amat etiam vocabula et dicta obscuriora, ut quum aves vocat *πτεροβάμονας κύμβας*, inguen *σχιστοὺς λιμένας Ἀφροδίτης*[174]; item symbolica, quibus et Orphici delectabantur et Pythagorei: e quo genere est *Νῆστις*, aliaque daemonum nomina[175]; interdum quoque ambiguis usus est, teste Aristotele[176]: quibus omnibus *δριμύτητα* quandam, ut Eustathius vocat, i. e. acre quid nec vulgare, versibus suis conciliavit[177]. Nonnunquam vero ad oraculorum gravitatem adsurgit, quales sunt versus illi: *Ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα*, *κτλ.* item hi: *Ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων νόμιμον κτλ.*[178] Quamobrem minime miremur, quod affirmat Theodoretus, seriores fatidicos ex Empedoclis potissimum versibus oracula sua compilasse[179]. Denique qualis vita Empedoclis, talis fere fuit oratio: austera, gravis, copiosa, sed eadem affectato quodam ornatu et granditate conspicua. Caeterum versuum modis numerisque non multum curae impendisse videtur. Abundat dactylis, caesurâ plerumque utitur *κατὰ τρίτον τροχαῖον*, quo versus fiunt nimis volubiles et uno velut tenore fluunt. In syllabarum quoque mensura satis sumit licentiae, sive longis corripiendis, ut prima in *τέχνη*,

(173) Vid. Index verborum hh. vv.
(174) Vid. vss. 341, 260. cf. Naekius Choeril p. 167.
(175) Jamblich. Vit. Pyth. s. 104. cf. Commentar. in vs. 52.
(176) Aristot. Rhetor. III, 5; p. 454 G.
(177) Eustath. Odyss. *υ*, p. 1881, l. 27. cf. id. Od. *α*, p. 1392, 37.
(178) Vid. vss. 1 sqq. 403 sqq.
(179) Theodoret Therapeut. X, T. IV, p. 625 A.

ἴχνος[180], aliisque multis, sive brevibus producendis; item in hiatibus, cujus tamen generis multa librariorum debentur inscitiae, quae magnam partem abstersi. Universe vero in versuum compositione serioris aevi poëtis quam antiquis propior est.

Praeter poësin attigit quoque rhetoricen, quam adeo artem ab Aristotele dictus est primus commovisse[181], idque partim quidem exemplo suo, partim etiam, ut videtur, praeceptis, quantum colligi licet ex eo quod Gorgias illius discipulus fuisse traditur. Qualis autem rhetorica Empedoclis ars fuerit, indicia quaedam declarant, ut epigramma illud supra memoratum in Acronem medicum:

ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων' Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου
κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

cujus elogii sensum et figuram his versiculis latinis reddere tentavi, Ἄκρωνα *Celsum* vocans:

Hic Celsum celso medicum medico patre natum
Excelsae tumulus celsus habet patriae.

Quae si rhetorum more persequi vellemus, notanda esset παρονομασία in vocabulis ἄκρος et Ἄκρων, quod valet ad invidiam; item in πατρὸς ἄκρου et πατρίδος ἀκροτάτης, in fine cujusque versûs; tum ambiguitas verborum κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης, quod significat et *sepulcrum a civitate exstructum*, et *ipsius*

(180) Vid. vss. 155, 189.

(181) Testatur id Sextus Emp. VII, 6: *Ἐμπεδοκλέα μὲν γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης φησὶ πρῶτον ῥητορικὴν κεκινηκέναι.* Aristotelem hoc scripsisse in Sophista, deperdito libro, addit Laërtius, VIII, 57. cf. Quinctil. III, 1, s. 8. Schol. in Dionys. Thrac. in Bekker. Anecd. p. 733 sq.

sepulcrum civitatis; denique παρήχησις literarum κρ et τρ in singulis paene vocabulis, quod nescio quid acre epigrammati addit. Sunt et alia Empedoclis dicta, in quibus paronomasiae et antithesis exempla exstant, quae infra descripsi. In his Gorgiam illius exemplum aemulatum esse, haud improbabile [182]. Caeterum de virtutibus quoque oratoriis illum praecepta dedisse, Tzetzes significat [183]; tametsi Empedoclis dicta, e quibus istud efficit, id minime demonstrant.

§ 12.

Accedimus ad ejus poëmata, quae varii fuere generis et argumenti. Fertur composuisse tragoedias, poëmata sacra, politica, medica, physica: quae sane varietas ingenii ejus ubertatem declarat. Neque vero in tali indole, quali Empedocles fuit, mirandum, diversis vitae temporibus diversa fuisse literarum studia. Haud improbabile, illum juvenem, ardentiore ingenio praeditum et in rebus publicis agitatum, tragica carmina et politica composuisse; maturiore aetate divinarum rerum studio incensum, sacra poëmata condidisse; provectiorem ea, quae experientiâ et

(182) Cf. modo dicta n. 163.

(183) Tzetzes Chil. XII, 566 sqq.:

τέσσαρας λόγου ἀρετὰς λέγουσι πεφυκέναι,
ὁ Ἰσοκράτης ῥήτωρ τε αὐτὸς καὶ Ἀλκιδάμας, . . .
Ἐμπεδοκλῆς πρὸ πάντων τε, φιλόσοφος ὁ μέγας·
λέγει γὰρ τὴν ἀσάφειαν μελάγκορρον ὑπάρχειν.

Dictum hoc occurrit in fragm. vs. 27. Cum Tzetza concinit ignobilis scriptor, Matthaeus Camariota ap. Scheffer. Misc. Amstel. p. 24. cit. Sturz. p. 32.

cogitatione de rebus naturalibus comperta haberet, elaborata versibus mandasse. Carminum ejus tituli hi memorantur:

Τραγῳδίαι.
Πολιτικά.
Περσικὰ sive Ξέρξου διάβασις.
Προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα.
Καθαρμοί.
Ἰατρικά sive Ἰατρικὸς λόγος.
Φυσικά sive περὶ Φύσεως.
Ἐπιγράμματα.

Horum priora quatuor ex Aristotelis libro de poëtis memorat Laërtius his verbis: *καὶ δή* (*Φησιν Ἀριστοτέλης*) *ὅτι γράψαντος αὐτοῦ καὶ ἄλλα ποιήματα, τήν τε τοῦ Ξέρξου διάβασιν καὶ προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα, ταῦθ' ὕστερον κατέκαυσεν ἀδελφή τις αὐτοῦ ἢ θυγάτηρ, ὥς Φησιν Ἱερώνυμος, τὸ μὲν προοίμιον ἄκουσα, τὰ δὲ Περσικὰ βουληθεῖσα, διὰ τὸ ἀτελείωτα εἶναι· καθόλου δέ Φησι καὶ τραγῳδίας αὐτὸν γράψαι καὶ πολιτικά* [184]. Caeterum haec, exceptis tragoediis, a nullo scriptore memorantur. De singulis quaedam dicenda.

Τραγῳδίαι. De his jam olim certatum fuisse inter doctos, idem Diogenes refert, dictis haec addens: *Ἡρακλείδης δὲ ὁ τοῦ Σεραπίωνος ἑτέρου Φησιν εἶναι τὰς τραγῳδίας· Ἱερώνυμος δέ Φησιν αὐτὸν τρισὶ καὶ τετταράκοντα*

(184) Diogen. Laërt. VIII, 57: Istud *ὥς φησιν Ἱερώνυμος* ambiguum, utrum ad proximum *ἢ θυγάτηρ*, an ad sequentia quoque haec, *τὸ μὲν προοίμιον —— ἀτελείωτα εἶναι*, pertineat. Illud probabilius. Caeterum cf. Eudocia p. 170.

ἐντετυχηκέναι· Νεάνθης δὲ, νέον ὄντα γεγραφέναι τὰς τραγῳδίας, καὶ αὐτὸν ἔπειτα αὐτοῖς ἐντετυχηκέναι [185]. Et istâ auctorum dissensione et notâ Diogenis in excerpendo negligentiâ plerique in opinionem inducti sunt, physicum Empedoclem ab illo cum tragico poëta, illius, ut fertur, ex filia nepote, confusum esse [186]. Sed ut facile credamus, de quo nemo dubitet, tragoedias istas, de quibus Heraclides, Hieronymus et Neanthes loquuntur, non physico sed juniori cuidam Empedocli tribuendas esse, tamen inde non sequitur, illum tragoedias omnino non fecisse. Diogenis in his tradendis fides quo jure suspecta haberi queat, non video: nominat auctorem et librum unde ista desumta sint, enumerat plura Empedoclis scripta ab Aristotele ibi memorata, addit de tragoediis diversa scriptorum judicia: in his sane nulla sunt negligentiae indicia. Ergo, si reliqua quae hic recenset scripta Empedocli assignanda sunt, cur solas tragoedias eximamus et tribuamus alii cuidam, cujus an ullam Aristoteles fecerit mentionem, merito dubitetur? — At philosophi ingenio parum congruum fortasse tragoedias pangere. — Ego vero non video, cur, qui maturiore aetate de natura vaticinatus sit, non idem juvenis tragoedias facere potuerit, praesertim talis, cui mens divinior et vox grandior non essent negatae, quod de Empedocle vere licet dicere.

(185) Diogen. Laërt. ibid. s. 58. In postrema sententia verba ἔπειτα αὐτοῖς satis frigida sunt, αὐτοῖς certe vitiosum. Crederem fere, eorum loco olim lectum fuisse tragoediarum numerum quas Neanthes reperisset.

(186) Quemadmodum placet Sturzio, p. 88, quem in hoc sequitur Boeckh. Athen. Staatshaush. Vol. II, p. 362.

Tragoediae autem intelligantur non quales in Attica scena celebratae sunt, sed rudiores illae, quales ante Thespin a tragicis choris cani solitae nec postea plane obsoleverunt. Hoc tragoediarum genus, quod medium fere erat inter dramaticam poësin et dithyrambicam, praecipue in Doricis civitatibus et in magna Graecia usu viguisse videtur [187]; similiter Xenophanes, qui item de rerum natura cecinit, item in Sicilia versatus est, tragoedias quoque edidisse fertur. Uterque si non inclaruit in eo genere, tamen quominus tentaverit, nulla ratio videtur obstare [188].

Πολιτικά. Empedoclem rebus publicis gerendis juvenem se dedisse et in Agrigentinorum civitate multa egisse, ostendit ejus vita. Quocirca non mirandum, eum, ut Athenis Solonem, versibus cives suos vel ad civiles virtutes hortatum esse vel praecepta de republica ordinanda iis tradidisse.

Περσικά sive *Ξέρξου διάβασις.* Xerxes in Graeciam invasit sub Olympiadem 75, adolescente Empedocle: qua invasione illius animum, libertatis amore flagrantem, vehementius commotum fuisse, facile est

(187) De hoc genere vid. Boeckh. l. l. apud quem in inscriptionibus allatis p. 358 sq. memorantur tales *τραγῳδοί* Hippocrates Rhodius et Asclepiodorus Tarentinus. Uberius de eo agit Ulrici, Gesch. d. Hell. Dichtk. Lect. XXVII; Vol. II, p. 483-489.

(188) De Xenophane cf. quae dixi in hujus Carm. rell. p. 21 sq. Xenophani hanc poësin denegat Ulrici p. 443 sq. not. 106, ut a tenuiore ejus Musâ alienam; quasi omnes, qui in aliquo poëseos genere periclitati sunt, in eo excellentes fuerint. Apud eundem Empedoclis tragoediarum nullam invenio mentionem. Quae Sturzius p. 86 sq. disserit, utrum hae tragoediae hexametris videlicet an jambicis versibus fuerint compositae, sciens praetereo.

creditu. Res autem erat graviore plectro digna, et a maximi ingenii poëtis celebrata, ut Simonide, Mimnermo, Aeschylo, Timotheo [189]. Apparet inde, Empedoclem altiora certe tentasse; sed carmen imperfectum reliquit, et a sorore ejus vel filia, ut modo vidimus, combustum est. Apud Aristotelem aliquo loco citatur Empedocles ἐν τοῖς Περσικοῖς, sed librariorum hoc esse peccatum, mutandum in Φυσικοῖς, luce clarius [190].

Προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα. Etiam hoc carmen, ut supra vidimus, eodem fato quo Περσικά, absumtum est. Indicat vero haec commemoratio, Apollinis numen praecipua religione ab Empedocle cultum esse, quod idem testantur Δελφικὰ illa στέμματα, quae interdum manu gestabat, et confirmat Ammonius dicens, Apollinem illi perpetuo in ore fuisse [191]. Nec mirum: illius dei numen coluerant praecipue prisci illi Graeciae vates et divini homines, qui Apollinis ope futura portendere malaque expiare instituebant; eundem et Pythagoras ac Pythagorei maxime

(189) Reliquorum carmina vulgo nota; Timothei νόμος, Πέρσαι inscriptus, memoratur ab Aristotele Poëtic. c. 2.

(190) In Aristotelis Problem. XXI, 22, ubi citat Empedoclis verba quae leguntur infra vs. 208. Vitium hoc correxit jam Meurs. in Chalcid. p. 416, c. 2. Fabric. item alii, quibus accedit Sturz. p. 86. Quo magis miror, istud in recenti Aristotelis editione Bekkeri remansisse, quum tamen in aliis minus sit religiosus, veluti Metaph. N, 2, ubi Parmenideum dictum, invitis et Aristotelis et Platonis et Simplicii libris, ex Heindorfii conjectura mutavit, quam redargui in Parmen. p. 130.

(191) Cf. supra p. 30 sq. not. 82. Ammon. in Aristot. περὶ ἑρμην. p. 172 B, cit. Sturzio p. 75.

venerati sunt [192]. Ergo antiquam illam et patriam Graecorum religionem Empedocles retinuit et celebravit; contra alienior fuisse videtur a Dionysiacis illis sacris, quae eo tempore magis magisque invalescebant, et quorum furor ac strepitus graviorem et sedatiorem Apollinis cultum obruebant [193]; in hoc quoque, ut germanus vates, priscorum vatum exemplum imitatus. Caeterum hymni in Apollinem antiquo more hexametris praesertim componi solebant [194], quibus versibus etiam Empedocles maxime usus est.

§ 12.

Jam sequuntur ea carmina, quorum adhuc reliquiae quaedam supersunt.

Καθαρμοί. Erant haec, ut nomen indicat, carmina lustralia, quae valebant ad Deorum iram deprecandam, scelera expianda, calamitates, morbos aliaque mala sananda et avertenda. Canebant ea vates et sacerdotes, qui quasi divino instinctu afflati, auspice praesertim Apolline [195], calamitatum caussas expiandique modos perspicerent; qualis fuit in primis Cretensis Epimenides, qui item *καθαρμοὺς* versibus composuit [196]. Inde jam universe colligi

(192) Vid. Ulrici op. laud. lect. XIX; Müller Dor. I. p. 365. Non vero probandum quod Sturz. l. l. putat, Apolline significari τὸ ἕν, summum omnium principium.

(193) Vid Ulrici lect. XIV et XIX.

(194) Plutarch. de Mus. Vol. X, p. 653 Reisk. cf. Müller. Dor. I, p. 348 sq.

(195) Apollo erat quasi Deus *καθαρτής*. Vid. Müller. ibidem, p. 324 sqq.

(196) Testis Strabo X, p. 479 C. Cf. omnino Ulrici, lect. XIX.

licet, quale Empedoclis καθαρμῶν fuerit argumentum; declaratur id vero etiam fragmento quodam, quo illorum initium continetur. Ibi ille glorians dicit, se oppida circumire, oraculi instar responsa consulentibus, aegris remedia praebentem, dum undique ad se confluant,

> ut opem deposcant rebus egenis,
> Seu quibus oraclis usus, seu corpora quorum
> Usta diu variis quaerant solatia morbis [197].

Ergo καθαρμοὶ continuisse potissimum videntur rationes et praecepta homines delictis sordibusque purgandi, calamitates et morbos expiandi, partim a divinatione, partim a naturali cognitione et medicâ arte petita: quae ambae artes, μαντικὴν dico et ἰατρικήν, arctissime erant conjunctae. Purgationes autem istae constabant praesertim sacris quibusdam ritibus, precibus, jejuniis, tum lavationibus, adspersionibus, suffimentis, aliisque id genus cerimoniis [198]; cujusmodi rituum praeceptis Empedoclis καθαρμοὶ abundasse videntur. Eo spectat haud dubie, quod haec carmina magiae suspecta fuerint [199], et quod eidem quoque τερατολογίαι attribuuntur [200]. Neque ad corpus tantum et res externas haec pertinebant, sed praesertim ad animi purgationem, exemplo Pythagoreorum [201]. Docuit homines justitiam, pietatem, con-

(197) Vid. Emped. vss. 395 sqq.

(198) Lectu dignus hac de re est locus Platonis Cratyl. p. 405, A B; cf. Phaedr. p. 244, D E.

(199) Vid. Apulej. Apolog. p. 291 Elmenh.

(200) A Cedreno T. I, p. 157.

(201) Vid. quos citat Sturz. p. 80 sq.

tinentiam; deterruit a cupiditate et libidine, praecipue vero a caede, qua nihil scelestius, nihil divinae humanaeque naturae magis contrarium censebat [202]. Itaque sacris ritibus et religionibus animos his maculis purgari et ad coelestia praeparari docebat [203].

Caeterum haec carmina erant specie quadam sanctitatis conspicua: edebat ea ut vates et augur, qui non humanae sapientiae, sed divini numinis effata et oracula enuntiaret: quamobrem etiam praedicatus est, teste Suida, *ξυνεῖναι τοῖς θεοῖς καὶ μανθάνειν παρ' αὐτῶν, ὅπῃ τοῖς ἀνθρώποις χαίρουσι καὶ ὅπῃ ἄχθονται.* a Themistio dicitur *τοὺς θεσμοὺς ἐξηγεῖσθαι*, i. e. divinas leges exponere [204], quod optime in *καθαρμοὺς* convenit; ex iisdem potissimum seriores fatidicos haussisse probabile est, qui ex illius carminibus vaticinia conflarent [205]. Neque parum nobilitata haec carmina antiquitus fuisse, inde effici potest, quod Olympiae a rhapsodo cantata fuisse narrantur [206]. Erant autem, sicut pleraque ejus generis, hexametris versibus condita, etsi vi et gravitate lyricum

(202) Cf. Emped. vss. 403—417. Hinc Empedoclis *ἀποδείξεις καὶ ἔπη* ut libidinis remedia memorat Aristot. Ethic. Nic. VII, 5; Eudem. VI, 3.

(203) Cf. vss. 384 sqq.

(204) Suidas in *Ἐμπεδ.* Themist. Orat. V. p. 70 Hard. Jovianum imperatorem cum illo comparans dicit: *ἄγασθαι . . . προσήκει τὸν αὐτοκράτορα* (imperatorem), *μάλιστα δὲ οἷς οὐκ ἐφίησι μόνον τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς θεσμοὺς ἐξηγεῖται, οὐ φαυλότερον Ἐμπεδοκλέους, οὐ μὰ Δία, ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ.*

(205) Vid. supra. p. 60. Ulrici l. l. II, p. 252.

(206) Vid. supra. p. 40. Bonamy l. l. p. 96, v. *ῥαψῳδεῖν* perperam ita intellexit, quasi Cleomenes carmina ista, antea divisa, in unum corpus conjunxisset.

quid sonarent, quamobrem recte *ὕμνοι* vocantur a Philostrato[207]. Ex his omnibus satis intelligi licet, perperam nonnullos putasse, *καθαρμοὺς* partem fuisse librorum de rerum natura: ambo enim carmina, etsi in multis vel ad religionem vel ad res medicas et naturales spectantibus concinerent, dispari tamen fuerunt indole et consilio[208]. Caeterum continebant, ut fertur, tria fere millia versuum[209], quae in plures partes sive breviora carmina videntur divisa fuisse. Eorum autem praeter initium nihil paene addito carminis titulo servatum est; reliqua quae ad *καθαρμοὺς* retulimus, non veterum scriptorum auctoritate, sed conjecturâ ex argumenti similitudine ductâ, eo relata sunt.

Ἰατρικά, sive *ἰατρικὸς λόγος*, ut appellatur a Laërtio; quod carmen, illo teste, complexum erat sexcentos fere versus, *εἰς ἔπη ἑξακόσια*; quod Eudocia dicit, continuisse sex libros, *βιβλία ἕξ*, nil nisi librariorum error videtur[210]. Perversius vero Suidas: *ἰατρικὰ καταλογάδην*, i. e. pedestri oratione conscripta; quod natum e mala

(207) Philostr. Vita Apoll. VIII, 7, 6; spectans ad vs. 392.

(208) Neque veri similior alia opinio, *καθαρμῶν* illorum partem fuisse aureas quae feruntur Pythagorae sententias; quam a Fabricio Bibl. Gr. Vol. I, p. 794 Harl. prolatam redarguit Sturz. p. 81 sq.

(209) Quod efficitur collatis testimoniis Laërtii et Suidae, quorum ille dicit VIII, 77: *τὰ μὲν οὖν περὶ φύσεως αὐτῷ καὶ οἱ καθαρμοὶ εἰς ἔπη τείνουσι πεντακισχίλια.* hic in *Ἐμπεδ.* ait: *ἔγραψε δι᾽ ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων βιβλία γ΄, καὶ ἔστιν ἔπη ὡς δισχίλια.* Itaque secundum Diogenem ambo carmina continebant quinquies mille versus; secundum Suidam Physica bis mille; restant ergo tria millia *τοῖς καθαρμοῖς.*

(210) Diogen. L. VIII, 77. Eudocia p. 169.

interpretatione vocabuli *λόγος*, quod saepe quidem *ποιήσει* opponi solet, non raro tamen promiscue usurpatur. Ad hoc carmen spectaverit fortasse Aristoteles in Arte poëtica [211]. Eo referri possint novem illi versus, quibus Empedocles variorum malorum remedia se traditurum pollicetur [212]. Quod si verum sit, egerit in hoc carmine de modis, quibus non solum morborum casus, sed etiam tempestatum calamitates averti et procurari queant. Argumentum cognatum est Purgationibus [213], quarum illud paene partem fuisse putes.

Τὰ περὶ Φύσεως s. *Φυσικά*. Hoc est praecipuum Empedoclis opus et maximam apud posteros celebritatem adeptum, quo ea, quae diuturnâ rerum divinarum et humanarum contemplatione assecutus esset, exposuit. Certe operis magnitudo et ratio ingenium maturum et doctrinâ excultum ostendunt. Compositum erat heroicis numeris et bis mille versus complexum [214]. Hinc vulgo Empedoclis *ἔπη* appellari

(211) Aristot. Poët. c. 1: *οἱ ἄνθρωποί γε συνάπτοντες τῷ μέτρῳ τὸ ποιεῖν, τοὺς μὲν ἐλεγειοποιοὺς, τοὺς δὲ ἐποποιοὺς ὀνομάζουσιν, . . . κατὰ τὸ μέτρον προσαγορεύοντες· καὶ γὰρ ἂν ἰατρικὸν ἢ μουσικόν τι διὰ τῶν μέτρων ἐκφέρωσιν, οὕτω καλεῖν εἰώθασιν· οὐδὲν δὲ κοινόν ἐστιν Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πλὴν τὸ μέτρον.* Ex exemplo quod hic affert Empedoclis, non improbabile, ea quoque, quae proxime praecedunt, ad eundem pertinere. Quamobrem etiam pro *μουσικόν* Heinsius dedit *φυσικόν*, etsi hoc parum certum.

(212) Vid. vss. 424 sqq.

(213) Ambo conjungit Plato Cratyl. p. 405 A: *οἱ καθαρμοὶ καὶ κατὰ τὴν ἰατρικὴν καὶ κατὰ τὴν μαντικὴν, καὶ αἱ τοῖς ἰατρικοῖς φαρμάκοις καὶ αἱ τοῖς μαντικοῖς περιθειώσεις κτλ.*

(214) Vid. paullo ante not. 209.

solent [215]. Idem carmen, uti et Parmenidis physica, a Menandro rhetore referuntur inter ὕμνους φυσιολογικούς, quibus non Deorum numina, sed naturae actiones et vires tanquam divinae celebrarentur [216]. Titulus περὶ φύσεως, quem teste Galeno plerique illius aetatis philosophi libris suis addidere [217], complectitur tam physica quam metaphysica, sive tam occultarum rerum quam adspectabilium, tam divinarum quam humanarum explicationem, quocirca Plutarchi verbis id interpretari liceat περὶ κόσμου καὶ τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας [218]. Interdum autem Empedoclis verba et placita diversis quasi titulis memorantur, desumtis illis ab argumento de quo agunt: veluti ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ, in mundi fabricatione [219]; περὶ ζώων ἰδιότητος, de propria animantum natura [220]; περὶ νείκους,

(215) Ut a Plutarch. de aud. poët. p. 16; Simplic. Phys. I, f. 7 B; Clement. Strom. VI, p. 630 C; aliis. Quod modo not. 202 ex Aristotele citavi, Ἐμπεδοκλέους ἀποδείξεις καὶ ἔπη, non ad certum quoddam carmen referri debet; spectat sententias passim in ejus carminibus obvias; perperam Harles. in Fabric. Bibl. Gr. T. I, p. 813, illud ut separatum opus memorat.

(216) Menand. c. V, p. 39 sqq. ὕμνους vocat latiore sensu; etiam quae Plato in Phaedro de amore fingit, ad hoc genus refert. Addit: ὁ γοῦν Πλάτων ὕμνον τοῦ παντὸς τὸν Τίμαιον καλεῖ ἐν τῷ Κριτίᾳ, καὶ οἱ φυσικώτεροι ποιηταὶ ὧν ἐπεμνήσθημεν (Παρμενίδης καὶ Ἐμπεδοκλῆς) πραγματείας ὅλας κατέθεντο. Haec ad physica illorum carmina spectare manifestum est, ut Sturzio quoque visum, p. 74. Ulrici tamen op. laud. II, p. 251, not. 131, ad καθαρμοὺς hanc appellationem referendam putat.

(217) Galen. in Hippocr. περὶ στοιχείων lib. I. c. 9; T. III, p. 24 F. Id. in Hippocr. περὶ φύσιος ἀνθρ. Prooem. T. III, p. 92 E. Chart.

(218) Plutarch. de animi tranquill. p. 472. Vol. VII, p. 847.

(219) Aristot. Phys. II, 4; al.

(220) Aelian. Hist. Animal. XVI, 29.

de discordiae regno [221]; περὶ τῆς ε′ οὐσίας [222], de quinta essentia (de qua tamen non quaesivit); περὶ θυμάτων καὶ περὶ τῆς θεογονίας, de diis et sacrificiis [223], de quibus tam in Physicis quam in Purgationibus dixit. Haec igitur omnia ad carmen περὶ φύσεως referenda.

Opus autem divisum fuit in tres libros, sicut Suidas tradit [224]; cujus testimonium firmatur eo quod ex singulis his libris, addito cujusque numero, versus quidam citantur [225]. E quorum versuum argumento probabiliter effici licet, in primo libro poëtam, post exordium, in quo de daemonum sive animarum lapsu deque humana sorte agitur, exposuisse de naturae elementis, viribus motibusque, de universi fabricatione rerumque ortu; in libro secundo de singularum rerum et animantum, hominum praesertim, natura et conditione; in tertio de diis rebusque divinis, quo referendus etiam videtur locus de animarum conditione et reditu in coelum tanquam in domicilium suum [226]. Ab hac divisione non multum discrepat illa, qua Heraclitus opus suum de rerum natura descripsit, quod, ut Laërtius testatur,

(221) Tzètz. in Lycophron. vs. 507.

(222) Lampr. in catalogo Plutarchi opp. in Fabricii Bibl. Gr. Vol. V, p. 160 Harl.

(223) Porphyr. de Abstin. II, § 21 ed. Rhoer.
Locos hos indicarunt Fabricius et Harles. Bibl. Gr. T. I, p. 811 et 813; accuratius vero Sturz. p. 73.

(224) Suidas: Ἐμπεδ. ἔγραψε δι᾽ ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων βιβλία γ′.

(225) A Plutarcho, Simplicio, Tzetza, ut annotatum est fragmentis vss. 1, 87, 211, 247, 359.

(226) Cf. Lommatzsch. Weisheit d. Emped. p. 255 sq.

distributum fuit in tres partes sive τρεῖς λόγους, τὸν περὶ τοῦ παντός, πολιτικόν, et θεολογικόν [227]. Haec distributio viam monstrat, qua Empedoclis fragmenta probabiliter disponenda sint, de quo mox plura. Caeterum carmen scriptum fuit ad Pausaniam, Empedoclis civem et amicum, quem superius jam memoravimus [228].

Postremo loco memoranda sunt Ἐπιγράμματα, quod genus illum quoque attigisse, exempla infra posita testantur.

§ 13.

Jam ex illis quae enumeravimus Empedoclis scriptis duo longe celeberrima, τὰ περὶ φύσεως et καθαρμοί; quae carmina vel propter rerum argumentum et sententias vel propter dictionem haud exigua quondam fuerunt existimatione. Philosophi, poëtae, grammatici ea digna aestimarunt quae diligentius cognoscerent. Jam Zeno Eleates, ut magistri sui Parmenidis rationes explanavit, sic idem Empedoclis placita enarrasse traditur: si Suidae testimonio credendum, scripsit ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους [229]. In Aristotele nullius physicorum frequentius quam illius mentio fit. Theophrasti vero, ut et aequalis ejus Xanthi, scripta περὶ Ἐμπεδοκλέους memorantur [230], quorum ille potissimum philosophiam

(227) Diogen. L. IX, 5; ut monuit Sturz. Praef. in Emped. p. XXXVI.
(228) Vid. supra. p. 55.
(229) Suidas in v. Ζήνων. Eudocia Viol. p. 204.
(230) Vid. Diogen. Laërt. V, s. 43; VIII, s. 63.

ejus, hic vitam et facta exposuisse videtur. Hermarchus Epicureus, qui contra principes philosophos, Pythagoram, Platonem, Aristotelemque scripsit, edidit etiam ἐπιστολικὰ περὶ Ἐμπεδοκλέους κβ', teste Laërtio [231]. Grammaticos quoque illius carmina lectitasse, indicant glossae Empedocleae, quae e veteriorum grammaticorum scriptis ductae, inde in Hesychii aliorumque lexica migrarunt [232]. E poëtis unum instar omnium nominasse sufficiat Lucretium, Latinorum Empedoclem. Ex egregiis quibus ille Siculum vatem extollit laudibus, item e singulari quo fuit literarum Graecarum studio, facile effici potest, illius carmina, praesertim de rerum natura, ab ipso lecta esse. Idem probabiliter affirmari potest de Plutarcho, item de Sexto Empirico. At tertio jam post Christum seculo, Empedoclis, ut plerorumque qui ante Platonem fuere philosophorum, scripta rariora fuisse probabile est [233]. Aristotelicos interpretes et reliquos plerosque in explanandis Empedoclis placitis non e fonte sed e rivulis hausisse, manifestum est. Quamvis vero rarescerent, non tamen plane evanuerunt; sed, licet fortasse non integra, in paucorum bibliothecis sunt servata. Simplicius, qua fuit in veterum scriptis indagandis diligentia [234], ut aliorum sic Empedoclis

(231) Diogen. L. X, s. 25; cum quo cf. Cicero, de N. D. I, 33.

(232) Vid. Index auctorum.

(233) Eusebius Caesar. qui initio seculi quarti vixit, id de sua aetate affirmat, Praep. Eu. X, 3. p. 468 A: σπάνια δὲ τὰ τῶν πρὸ τοῦ Πλάτωνος γεγονότων βιβλία.

(234) Cf. quae monui in Parmenide, p. 25, n. 70.

quoque magnum versuum numerum protulit, quorum auctoritas in dubium vocari nequit. Post hunc vero qui sexto post Christum seculo floruit, Musae Siculae plane tandem in oblivionem venisse videntur. Ferunt quidem, apud Arabes magnam fuisse Empedoclis notitiam[235]; quae tamen haud multum excessisse videtur ea, quae ab Aristotele et serioribus philosophiae interpretibus essent tradita; atque etiamsi plura de illo nossent, tamen haec gens in interpretandis veterum scriptis adeo omnia commentis suis et argutiis opplevit et obscuravit, ut parum ab iis emolumenti ad Empedoclem illustrandum sperari possit. Exemplo tantum sint, quae Abulpharagius scripsit: illum Davidis regis aequalem fuisse et a Locmanno sapientiam edoctum; eundem primum Dei attributa ab ipsius essentia distinxisse, item librum scripsisse ad refutandum resurrectionem spiritualem[236]. Similes nugas profert alius quidam ejusdem nationis scriptor, qui tamen confidenter affirmat, se Empedoclis libros Hierosolymis in aede sacrâ invenisse et attento animo legisse[237]. Talia legens non plura profecto desideret!

Sturzius autem confisus testimonio quodam Jo. Aurispae, qui seculo XV vixit, narrantis se e Graecia reportasse καθαρμοὺς Ἐμπεδοκλέους, omnem ope-

(235) Vid. Acta erudit. Lips. cit. apud Harl. in Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 813; et inde apud Sturz. p. 80.

(236) Abulpharag. Hist. Dynast. p. 33. Pocock. cit. Harles. l. l. et Sturz. p. 10 sq.

(237) Locum hunc cum Sturzio communicavit Morellius, ductum ex opere inscripto: Catalogo de' Codici ms. Orientali d. Bibl. Naniana, d. Abate Sim. Assemanni Pad. 1787. p. 58.

ram impendit, ut ista e pulvere eruerentur. Multa movit, parum promovit. Morellius ejus rogationi obsecutus, praecipuas Italiae bibliothecas perscrutandas curavit; sed, ut facile exspectatu erat, nihil invenit, nisi Aurispam tale quid non narrasse, dixisse tantum καί τινα τοῦ Ἐμπεδοκλέους [238]. Haec nos monent, ne inanem spem foveamus, sed contenti simus versuum reliquiis quae in veterum scriptis dispersae reperiuntur.

Horum versuum maxima pars, ut argumentum indicat, ad Physica referenda est; plerique vero nullo libri, e quo sumti sint, indicio citantur. Sed secundum illam carminis divisionem, quam modo memoravi, interpretes fragmenta in tres libros distribuerunt singulisque suum adsignarunt locum. Ita Sturzius et post eum, nonnullis mutatis, Lommatzschius fecit. Sed ejusmodi descriptio quam difficilis et lubrica sit, in promtu est intelligere. Nam primum, etsi universe libri cujusque argumentum norimus, tamen singulorum terminos accurate definire difficile est; tum multa fragmenta citantur abrupte, ut obscurum sit, quo quaeque pertineant; denique eadem dicta eaedemque sententiae ad diversas saepe res adhiberi potuere: quocirca ejusmodi descriptio non potest non multis obnoxia esse erroribus. Plura etiam ab illis manifeste sunt peccata: exempli gratia, versus 211 sqq. et alios similis argumenti Sturzius conjecturâ ad librum II retulit, quum Simplicius, quod illum fugit, diserte testetur, eos e libro I peti-

(238) Vid. Sturz. Emped. p. 76 sq.

tos esse. Item versus 321 sqq. quos Sturzius in libro III, qui de rebus divinis agit, collocavit, argumento conjunctos esse cum versibus 326 sqq. quos ille in libro I posuit, e Theophrasto apparet. Hanc igitur divisionem omisi, potius ducens, eo quod non habeamus carere, quam ficta veris supponere, praesertim quum res non tanti sit momenti. Satis habui, locos veterum indicio e certo aliquo libro depromtos indicare, ceterum versus eo disponere ordine qui cum Empedoclea carminis divisione et rerum argumento videretur congruere. Qualis sit ille ordo, argumenti descriptio carmini praeposita declarabit.

ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ

ΕΠΕΩΝ ΛΕΙΨΑΝΑ.

PHYSICORUM

ARGUMENTUM.

Exordium. De daemonum sive animarum caede pollutarum exsilio a coelesti sede et migrationibus per corpora: vss. 1—6. Poëta sortem suam commiseratur; introëuntis in vitam ploratus: 6—13. De tristi mortalium fato; de daemonum jactatione per diversa elementa: 14—19. Vitae mala, monstra terram incolentia: 20—23. Diversi genii qui nascentes excipiunt et per vitam comitantur. Ipsi inducuntur loquentes: 24—31.

Querelae de intellectûs humani imbecillitate: 32—40. Poëta invocat Musae opem, quae ipsum vicissim ad philosophiam rite tractandam hortatur: 41—53.

Pausaniam, cui carmen dedicatum est, affatur: 54.

De naturae primordiis. Quatuor rerum elementa: 55—57. Principio una erat omnium harmonia sive sphaera; universum perfectum; nulla erat in eo partium varietas: 59—65. Discordiâ ortâ, refugit Amicitia; sphaera disrumpitur; omnia in diversas partes discedunt, nullus naturae ordo, nullus mundi ornatus 66—73.

Quid sit naturae ortus et interitus: nihil nisi mixtio elementorum et dissipatio: 77—83. Poëta, interposita hortatione ad fidem habendam Musae suae effatis, 84—86, explicat duplicem naturae motum et perpetuam rerum vicissitudinem, Amicitiae et Discordiae contentione effectam; describitur vis Ami-

citiae; communis elementorum natura, illorum et aeternitas et vicissitudo demonstratur: 87—123.

Diligentior explicatio, e quatuor elementis omnia tam divina quam humana conflata esse, et horum diversis motibus variari: 124—149. Quo modo ex elementis corpora componantur; picturae similitudo: 150—164.

De mundi et rerum humanarum ortu. Redit poëta ad describendam mutuam Amicitiae et Litis luctationem: elementa prius disjecta et repugnantia conciliantur et coëundo varias rerum formas naturasque efficiunt: 165—181.

De mundi corporibus eorumque fabrica; de sole et luna: 182—193. De solis defectione; de nocte: 194—198. De terra et aëre: 199—201. Naturae elementa et partes, ignis, terra, mare, non divisa locis, sed inter se commeant; maris origo: 202—207.

De rerum humanarum formatione. Pistoris similitudo: 208. Dea Venus elementa temperando singula corporum membra, suo quaeque modo, componit et format, ut ossa, carnem, sanguinem: 209—219. De animantium tegimentis, pilis, testis, squamis, setis, spinis: 220—226. De oculorum fabricatione et natura: 227—231. Initio singula corporum membra et artus tellure enata quasi sola errabant, ut oculi, capita, brachia; quae paullatim in unum coaluere; orta sunt monstra, biformia, mixta: 232—242.

Quaedam de arboribus: de earum generandi modo; de fructuum quorundam natura: 243—246.

De humana progenie et natura; fabula de hominum ortu et prisca conditione: 247—254. De amoris desiderio; de foetûs origine; de discrimine sexûs ejusque caussa; de lactis formatione: 255—265. De rerum incretione et nutritione: de effluentibus omnium rerum particulis, similia cum similibus coalescunt: 266—273.

De respiratione; clepsydrae similitudo: 274—298. De canis odoratu: 299.

De visu; lanternae comparatio: 301—311.

De animo: omnia animâ et mente praedita; de animi humani sede; intellectus pendet a rebus in animum agentibus; animus ex elementis compositus; similia similibus noscuntur: 312—325. Voluptatis et doloris ratio explicatur e temperiei vel congruentiâ vel discrepantiâ: 326—334.

Vita et mors posita in naturae partium harmonia vel dissidio: 335—341. Reprehenditur vulgaris de mortalium ortu et interitu opinio, quasi homines, vel antequam nati vel postquam mortui sint, nihil omnino sint: 342—353.

De rebus divinis: Deus non sensu comprehenditur, nec mortalibus membris praeditus est, sed sola mens, universum permeans: 354—363. De priscorum hominum religione, honestate, beatitate: 364—377. Vita quasi mors est, animae varias deinceps figuras tanquam vestes induunt: 378, 379. De metempsychosi; de reditu in coeleste domicilium 380—388. — Haec ad Physica videntur pertinere; reliqua ad Carmina lustralia, cet.

ΕΜΠΕΔΟΚΛΕΟΥΣ

ΕΠΗ.

ΠΕΡΙ ΦΥΣΕΩΣ.

(ἐκ τοῦ προοιμίου)

Ἔστιν Ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιὸν
ἀΐδιον, πλατέεσσι κατεσφρηγισμένον ὅρκοις·
εὖτέ τις ἀμπλακίησι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ,
(δαίμονες οἵτε βίοιο λελόγχασι μακραίωνος)
τρίς μιν μυρίας ὥρας ἄπο μακάρων ἀλάλησθαι
γεινόμενον παντοῖα διὰ χρεὼ εἴδεα θνητῶν.
τὴν καὶ ἐγὼ νῦν εἶμι φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης,
Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος.

* * *

Οἴμοι, ὅτ' οὐ πρόσθεν με διώλεσε νηλεὲς ἦμαρ,
πρὶν σχέτλι' ἔργα βορᾶς περὶ χείλεσι μαστεύσασθαι.

Vss. 1-8: *ἔστιν ἀνάγκης —— πίσυνος*) Vss. 1-7 citat Plutarchus, de Exsil. p. 607; Vol. VIII, p. 396 Reisk. qui tamen omittit vss. 2, 6 et 8. Vss. 1 et 2 junctos citat Simplicius Phys. VIII, f. 272 B; Porphyrius ap. Stob. Ecl. II, 8. p. 384 Heer. inde a verbis *θεῶν ψήφ.* Vss. 5 et 6 juncti leguntur apud Origenem c. Cels. VIII, 53. p. 780 *E* Delar. Vss. 7 et 8 jungunt Hierocles Aur. carm. p. 186 Needh. Plotinus Ennead. IV, VIII, 1. p. 468 C; Philoponus in Phys.

EMPEDOCLIS CARMINA.

DE NATURA.

(E PROOEMIO.)

Est Necessitatis fatum, deorum decretum antiquum,
aeternum, magno obsignatum jurejurando:
Si quis per scelus membra caede polluerit,
(quotquot daemones longaevam sortiti sunt vitam)
eum ter dena horarum millia procul a beatis errare
nascentem per omnes mortalium formas jussum est.
Hanc (viam) nunc ipse eo, coelitus profuga et exsul,
Discordiae furenti parens.

* * *

Heu mihi, quod non ante me absumserit atra dies,
quam nefandas dapes labiis attrectassem!

.. I, lit. A, p. 10; id. de Gener. et Corr. II, f. 59 A; de An. L. I, lit. C,
. 1. Idem dictum (φυγὰς θεόθεν κ. ἀ.) tangunt multi: Porphyr. Sentent. 41,
. 276 (Cantabr.); Hermias in Platon. Phaedr. p. 148 Ast.; Proclus in Parm.
. IV, p. 141 Cousin.

Vss. 9 et 10: *Οἴμοι κτλ.*) Porphyrius de Abstin. II, 31. p. 161 Rhoer.

* * *

Ἐξ οἵης τιμῆς τε καὶ ὅσσου μήκεος ὄλβου
ὧδε πεσὼν . . . ἀναστρέφομαι κατὰ θνητῶν

* * *

Κλαῦσά τε καὶ κώκυσα, ἰδὼν ἀσυνήθεα χῶρον.

* * *

Ὦ πόποι, ὢ δειλὸν θνητῶν γένος, ὢ δυσάνολβον,
οἵων ἐξ ἐρίδων ἔκ τε στοναχῶν ἐγένεσθε!

* * *

Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει,
πόντος δ' ἐς χθονὸς οὖδας ἀνέπτυσε, γαῖα δ' ἐς αὐγὰς
ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις·
ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες.

* * *

ἀτερπέα χῶρον,

Vss. 11, 12: *Ἐξ οἵης κτλ.*) Habet Clemens Al. Strom. IV, p. 479 C; priorem versum Plutarchus de Exs. modo citatus; Stobaeus Floril. Tit. 40; T. II, p. 80 Gaisf.
Vs. 13: *Κλαῦσα κτλ.*) Clemens Alex. Strom. III, p. 432 B.
Vss. 14, 15: *Ὦ πόποι κτλ.*) Clemens Alex. ibidem.
Vss. 16-19: *Αἰθέριον —— πάντες.*) Plutarchus de Isid. et Os. p. 361; de

* * *

Quali dignitatis gradu, quanto beatitatis fastigio
huc delapsus inter mortales versor. . .

* * *

Flevi et ejulavi, insolitam cernens sedem.

* * *

Proh Dii! heu miserum mortale genus, heu perinfelix!
quantis e litibus, quantis ploratibus orti estis!

* * *

Namque ipsos aetherea vis adigit in pontum,
pontus in terrae solum exspuit, terra in flammas
solis indefessi, hic aetheris immittit vorticibus;
alius ex alio excipit, abhorrent vero omnes.

* * *

illaetabilem sedem,

---

vit. acre al p. 830. Vol. VII, p. 426; IX, p. 302. Ab illo sumsit Eusebius Praep. Eu. V, 5. p. 187 D.

Vss. 20-23: *ἀτερπέα — ἠλάσκουσιν.*) Hos versus, omisso vs. 22, memorat Hierocles Aur. Carm. p. 186. Vss. 21 et 23, omisso item vs. 22, Synesius de Prov. I, p. 89 D;

ἔνθα Φόνος τε Κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κηρῶν,
* αὐχμηραί τε νόσοι καὶ σήψιες ἔργα τε ῥευστά.
. . . .
Ἄτης ἀν λειμῶνά τε καὶ σκότος ἠλάσκουσιν.

* * *

Ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἡλιόπη ταναῶπις,
Δῆρις θ' αἱματόεσσα καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις,
Καλλιστώ τ' Αἰσχρή τε, Θόωσά τε Δηναίη τε,
Νημέρτη τ' ἐρόεσσα μελάγκορσός τ' Ἀσάφεια.

* * *

Φυσώ τε Φθιμένη τε, καὶ Εὐναίη καὶ Ἔγερσις,
Κινώ τ' Ἀστέμφη τε, πολυστέφανος τε Μεγιστώ
καὶ Φορύη, Σόμφη τε καὶ Ὀμφαίη.

* * *

Ἠλύθομεν τόδ' ὑπ' ἄντρον ὑπόστεγον . . . .

* * *

Στεινωποὶ μὲν γὰρ παλάμαι κατὰ γυῖα κέχυνται,
πολλὰ δὲ δείν' ἔμπαια τά τ' ἀμβλύνουσι μέριμνας·
παῦρον δὲ ζωῆς ἀβίου μέρος ἀθλήσαντες,

---

posteriorem horum idem Ep. 148, p. 283. Vss. 21 et 22 Proclus in Cratyl. p. 103, non addito Empedoclis nomine; sed posterior horum, asterisco a me notatus, spurius videtur.

Vss. 24-27: *Ἔνθ' ἦσαν Χθονίη κτλ.*) Plutarchus de An. tranq. p. 474; Vol. VII, p. 854. Vs. 25 tangit Id. de Is. et Os. p. 370 D; Vol. VII, p. 460. Vs. 27 *μελάγκ. Ἀσάφ.* Tzetzes Chil. XII, vs. 575.

ubi et Caedes et Livor et aliorum agmina Fatorum,
putridique morbi et squalores et opera fluxa.
. . . .
Noxae per pratum perque tenebras vagantur.

* * *

Ibi erant et Terricola et longe spectans Heliopaea,
Rixaque cruenta et placido Harmonia vultu,
Callisto et Taetra, Properantia tardaque Cura,
grataque Sinceritas et ore Fallacia fusco.

* * *

Genitrix Natura Letumque, et Sopor Curaque vigil,
Vigor atque Torpor, et honorata Majestas
ac Squalor, et Vox raucisona Eloquiumque divinum.

* * *

Devenimus hocce sub antrum opacum.

* * *

Angusta enim intelligendi facultas per artus fusa est,
multaque urgent fata, mentis hebetantia curam;
breve vero vitae vix vitalis spatium eluctati

Vss. 28-30: *Φυσώ τε — Ὀμφαίη.*) Phurnutus de N. D. p. 176 Gale.

Vs. 31: *ἠλύθομεν κτλ.*) Porphyrius de Antr. Nymph. c. 8. Istud *ἄντρον* tangunt etiam Plotinus Ennead. IV, VIII, 1. p. 469 B; Aeneas Gaz. Theophr. in M. Bibl. PP. T. XII, p. 620 A.

Vss. 32-40: *Στεινωποὶ —— ὄρωρε.*) Versus hos refert Sextus Emp. adv. Math. VII, 123. Vs. 33 *πολλὰ κτλ.* memorat Proclus in Tim. p. 175. Vs. 35 *ὠκύμο-*

ὠκύμοροι κάπνοιο δίκην ἀρθέντες ἀπέπταν,
αὐτὸ μόνον πεισθέντες ὅτῳ προσέκυρσεν ἕκαστος,
πάντοσ' ἐλαυνόμενοι· τὸ δὲ οὖλον ἐπεύχεται εὑρεῖν
αὔτως· οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἄνδρασιν οὔτ' ἐπακουστὰ
οὔτε νόῳ περιληπτά. Σὺ οὖν, ἐπεὶ ὧδ' ἐλίασθης,
πεύσεαι οὐ πλέον' ἠὲ βροτείη μῆτις ὄρωρε.

*   *   *

Ἀλλὰ, θεοί, τῶν μὲν μανίην ἀποτρέψατε γλώσσης,
ἐκ δ' ὁσίων στομάτων καθαρὴν ὀχετεύσατε πηγήν·
καί σε, πολυμνήστη λευκώλενε πάρθενε Μοῦσα,
ἄντομαι, ὧν θέμις ἐστὶν ἐφημερίοισιν ἀκούειν.
πέμπε παρ' εὐσεβίης ἐλάουσ' εὐήνιον ἅρμα!
. . . .
μηδὲ σέ γ' εὐδόξοιο βιήσεται ἄνθεα τιμῆς
πρὸς θνητῶν ἀνελέσθαι, ἐφ' ᾧ θ' ὁσίης πλέον εἰπεῖν.
. . . .
Θάρσει, καὶ τότε δὴ σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάσσεις!
. . . .
Ἀλλ' ἄγε, ἄθρει παμπαλάμῃ, πῇ δῆλον ἕκαστον,
μήτε τιν' ὄψιν ἔχων πίστει πλέον ἢ κατ' ἀκουήν,
μήτ' ἀκοὴν ἐρίδουπον ὑπὲρ τρανώματα γλώσσης,
μήτε τι τῶν ἄλλων ὁππῃ πόρος ἐστὶ νοῆσαι·
γυίων πίστιν ἔρυκε, νόει δ' ᾗ δῆλον ἕκαστον!

ροι κτλ. Plutarchus de Is. et Osir. p. 360; Vol. VII, p. 422. Vss. 36 et 38 Diogenes Laërt. IX, s. 73. Vs. 38 sq. item Plutarch. aud. poët. p. 17; Vol. VI, p. 61.

Vss. 41-53: *Ἀλλὰ, θεοί — ἕκαστον.*) Hos vss. superioribus 32 sqq. *στεινωποὶ*

cita morte fumi instar absumti avolant, (cuit,
tantum habentes perspectum quantum cuique assequi li-
in omnes se partes versantes; universum vero se perspexisse
frustra quis gloriatur: nec visu illud mortali nec auditu
nec intellectu comprehendendum. Tu ergo, huc delatus,
cognosces non ultra quam humana ratio tendit.

* * *

Ast, o Dî, furorem istorum a lingua arcete mea,
et sancto ex ore purum deducite flumen!
Teque, Musa memor, candida virgo,
precor, quantum fas sit mortalibus, ex te audire.
Age, vehe mihi agilem religionis currum!
. . . .
neque te corrumpet cupido famosi flores honoris
a mortalibus carpendi, quo plura quam fas sit enunties.
. . . .
Aude, et sic in sapientiae culmen evolabis!
. . . .
Sed age, quantum potes cerne, qua quidque manifestum sit,
nec, si visu valeas, huic magis crede quam auditui,
nec auditui obtuso magis quam linguae perceptionibus,
nec ulli reliquarum cognoscendi viarum: (se appareat.
sensuum fidem declina, considera vero quale quidque per

κτλ. subjungit Sextus Empir. l. l. VII, 124. Vs. 46 sq. μήδε σέ γ' — εἰπεῖν, sine auctoris nomine citat Clemens Al. Strom. V, p. 576 A. Vs. 48 καὶ τότε δὴ κτλ. Proclus in Tim. p. 106; Plutarchus de Amic. mult. p. 93; Vol. VI, p. 346.

* * * * *

ΠΑΥΣΑΝΙΑ, σὺ δὲ κλῦθι, δαΐφρονος Ἀγχίτεω υἱέ!

* * *

Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε·
Ζεὺς ἀργὴς Ἥρη τε φερέσβιος ἠδ' Ἀϊδωνεὺς
Νῆστις δακρυόεσσά τ', ἐπικρούνωμα βρότειον.
. . . .
τῶν δὲ συνερχομένων ἐξ ἔσχατον ἵστατο Νεῖκος.

* * *

Οὕτως ἁρμονίης πυκινῷ κρύφῳ ἐστήρικται
σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ γαίων.

* * *

*Ἀλλ' ὅγε παντόθεν ἰσοπαλὴς καὶ πάμπαν ἀπείρων
(σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ γαίων.)

* * *

Vs. 54: *Παυσανία κτλ.*) Diogenes Laërtius VIII, s. 61.

Vss. 55-58: *Τέσσαρα — Νεῖκος.*) Quatuor hos vss. continuo ordine citat Stobaeus Ecl. I, c. 11, 11; p. 287. Tres primos multi; Sextus Emp. c. Gramm. IX, s. 362; X, s. 315. Plutarchus de plac. phil. I, 3; inde Eusebius Praep. Eu. XIV, p. 749; Probus in Virg. Ecl. VI, 31. Duos hosce *Ζεὺς — βρότειον* Athenagoras Legat. p. Chr. p. 22 Colon. Laërtius VIII, 76; Heraclides Alleg. Hom. p. 443 Gale. Postremus

* * * * *

PAUSANIA, tu haec audi, sapiente Anchito nate!

* * *

Primum, quae sint quatuor omnium radices, audi:
Jupiter candens et Juno vitalis atque Dis
et Nestis lacrymosa, mortalia fonte suo humectans.
. . . .
His autem coëuntibus ultima recessit Discordia.

* * *

Sic harmoniae occultâ compage constricta est
sphaera orbiculata, omni ex parte quiete gaudens.

* * *

At illa undique aequalis est et omnes in partes infinita,
(sphaera orbiculata, omni ex parte quiete gaudens.)

* * *

---

denique *Νῆστις κτλ.* refertur a Suida h. v. et in Viol. ms. Bibl. Laur. cod. XXVI, plutei IV. cit. Sturz. Cf. infra ad vss. 74-76.

Vss. 59 et 60: *Οὕτως ἁρμονίης — γαίων.*) Citat Simplicius Phys. VIII, f. 272 B, et in Peyroni excerptis Emped. p. 52; vs. posteriorem id. de Coel. f. 145 B Ald. ap. Peyr. p. 47; Antoninus Phil. XII, 3; Achill. Tatius in Arat. p. 77 Antv. Scholiastes Arati ibid. p. 96. Ultima verba *μονίῃ κτλ.* Proclus in Tim. p. 160. Cf. mox vs. 62.

Vss. 61 et 62: *Ἀλλ' ὅγε πάντ. — γαίων.*) Stobaeus Ecl. I, 16; p. 354.

Οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει οὐδὲ περισσόν.

* * *

Σφαῖρον ἔην . . . . .
ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο διείδεται ὀξέα αὐγή.

* * *

Αὐτὰρ ἐπεὶ μέγα Νεῖκος ἐνὶ μελέεσσιν ἐθρέφθη,
ἐς τιμάς τ' ἀνόρουσε, τελειομένοιο χρόνοιο,
ὅ σφιν ἀμοιβαῖος πλατέος παρελήλαται ὅρκου, . . .

* * *

(Χάρις) στυγέει δύστλητον Ἀνάγκην.

* * *

Πάντα γὰρ ἑξείης πελεμίζετο γυῖα θεοῖο.

* * *

Χωρὶς πᾶν τὸ βαρύ, χωρίς τε τὸ κοῦφον (ἔθηκεν)·

Vs. 63: *οὐδέ τι κτλ.*) Memorant Aristoteles de X. Z. G. c. 2; p. 942 A. Stobaeus Ecl. I, 19; p. 378. Plutarchus de Plac. phil. I, 18. Galenus Hist. phil. X. Theodoretus Therap. Serm. IV; T. IV, p. 529 C.

Vs. 64: *Σφαῖρον ἔην.*) Simplicius Phys. VIII, f. 258 A.

Vs. 65: *ἔνθ' οὔτ' κτλ.*) Idem Phys. VIII, f. 272 B.

Nec quidquam universi vacuum nec abundans.

* * *

Rotundum erat . . . .
ibi nec solis dignoscitur splendor acutus.

* * *

Sed postquam increvit divino in corpore Discordia,
ad regnumque intendit, impleto tempore,
quod mutatis vicibus certo foedere exigunt, . . .

* * *

(Gratia) horret gravem Necessitatem.

* * *

Namque omnia deinceps quassabantur membra Dei.

* * *

Seorsim omne grave, seorsim leve posuit;

Vss. 66-68: *Αὐτὰρ ἐπεὶ — ὅρκου.*) Aristoteles Metaph. II, 4. p. 662 F; Simplicius Phys. VIII, f. 272 B.

Vs. 69; *στυγέει κτλ.* Plutarchus Symp. IX, p. 745; Vol. VIII, p. 971.

Vs. 70: *πάντα γὰρ κτλ.*) Simplicius Phys. VIII, f. 272 B.

Vss. 71-73: *Χωρὶς πᾶν — θάλασσα.*) Plutarchus de Facie Lun. p. 926; Vol. IX, p. 663

ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο δεδίσσεται ἀγλαὸν εἶδος,
οὐδὲ μὲν οὐδ' αἴης λάσιον δέμας οὐδε θάλασσα.

* * *

(Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε·
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖαν ἰδ' αἰθέρος ἄπλετον ὕψος·
ἐκ γὰρ τῶν ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔσσεται, ὅσσα τ' ἔασιν.)

* * *

(ἐκ τοῦ πρώτου τῶν Φυσικῶν.)

Ἄλλο δέ τοι ἐρέω· Φύσις οὐδενός ἐστιν ἁπάντων
θνη τῶν, οὐδέ τις οὐλομένου θανάτοιο τελευτή,
ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων
ἐστὶ, Φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν.

* * *

. . . ἔκ τε μὴ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι,
τό τ' ἐὸν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπρηκτον·
αἰεὶ γὰρ στήσονται ὅπη κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ.

* * *

Vss. 74-76: *Τέσσαρα — ἔασιν.*) Clemens Alex. Strom. VI, p. 624 D.

Vss. 77-80: *Ἄλλο δέ τοι — ἀνθρώποισιν.*) Refert Plutarchus adv. Col. p. 1111; Vol. X, p. 573; idem de plac. phil. I, 30. Vss. 77 *φύσις κτλ.* tum 79 et 80 Aristoteles Metaph. IV, 4; p. 677 D. Vss. 77 et 79 idem de Gener. et corr. I, 1; p. 384 E. Vss. 79 et 80 idem de X. Z. G. c. 2; p. 940 F. Praeterea vs. 77 tangit Philoponus

ibi nec solis coruscat splendida facies,
nec vero terrae (exstat) hirsutum corpus neque mare.

* * *

(Quatuor rerum omnium radices primum audi:
ignem et aquam terramque immensumque aethera:
ex his enim orta, quaecumque sunt et fuerunt eruntque.)

* * *

(E PRIMO PHYSICORUM.)

Aliud vero tibi dicam: nec ortus naturalis est ullius rerum
mortalium, nec funestae mortis exitium,
sed non nisi mistio et mistorum dissipatio:
his autem naturae nomen indiderunt homines.

* * *

Et e non ente incongruum est quidquam oriri,
et ens interire absonum absurdumque est:
semper enim stabunt quacumque ratione quis urgeat.

* * *

---

de Gener. et Inter. I, f. 4 A; idem Metaph. f. 18 B. Vs. 79 tangunt Aristoteles de Gen. et Corr. II, 6. p. 404 G; Philoponus de Gen. et Int. l. l. Simplicius Phys. I, f. 34 B, 39 A, 51 B; alii.

Vss. 81-83: *ἔκ τε μὴ ὄντος — ἐρείδῃ.)* Aristoteles de X. Z. G. c. 2; p. 940 E.

Ἀλλὰ κακοῖς μὲν κάρτα πέλει κρατέουσιν ἀπιστεῖν·
ὡς δὲ παρ' ἡμετέρης κέλεται πιστώματα Μούσης,
γνῶθι, διατμηθέντος ἐνὶ σπλάγχνοισι λόγοιο.

* * *

(ἐκ τοῦ πρώτου τῶν Φυσικῶν.)

(Πείρατα μύθων)
δίπλ' ἐρέω· τοτὲ μὲν γὰρ ἓν ηὐξήθη μόνον εἶναι
ἐκ πλεόνων, τοτὲ δ' αὖ διέφυ πλέον' ἐξ ἑνὸς εἶναι.
τοιήδε θνητῶν γένεσις, τοίη δ' ἀπόλειψις·
τὴν μὲν γὰρ πάντων σύνοδος τίκτει τ' αὔξει τε,
ἡ δὲ πάλιν διαφυομένων θρυφθεῖσα διέπτη·
καὶ ταῦτ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,
ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,
ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει.
Οὕτως ᾗ μὲν ἓν ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι,
ἠδὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς πλέον' ἐκτελέθουσι,
τῇ μὲν γίγνονταί τε καὶ οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών·
ᾗ δὲ τάδ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,
ταύτῃ δ' αἰὲν ἔασιν ἀκίνητα κατὰ κύκλον.
Ἀλλ' ἄγε, μύθων κλῦθι, μάθη γάρ τοι φρένας αὔξει.
ὡς γὰρ καὶ πρὶν ἔειπα πιφαύσκων, πείρατα μύθων
δίπλ' ἐρέω· τοτὲ μὲν γὰρ ἓν ηὐξήθη μόνον εἶναι

Vss. 84-86: *Ἀλλὰ κακοῖς — λόγοιο.)* Clemens Al. Strom. V, p. 554 C. Vss. 84 et 85 Theodoretus Therap. Serm. I, Opp. T. IV, p. 476.

Vss. 88-123: *δίπλ' ἐρέω — αἰὲν ὁμοῖα.)* Affert Simplicius Phys. I, f. 34 A, omissis vss. 96 et 117, quos aliunde interposui. Vss. 94-100: *ἄλλοτε μὲν — κατὰ κύκλον*, idem (omisso rursus vs. 96) de Coelo bis apud Peyron. l. l. p. 47. Cf. infra

Sed malis utique mos est non credere certis;
tu vero, quemadmodum nostrae effata jubent Musae,
teneto, argumenta in praecordiis dissecans.

* * *

(E PRIMO PHYSICORUM.)

(Placitorum summas)
binas effabor: modo enim unum crescit solum
e pluribus, modo rursus plura ex uno discreta nascuntur.
Talis est mortalium ortus, talis item interitus:
alterum enim coïtus omnium gignit et alit,
alter rursus, discretis iisdem, rumpitur et dissilit;
atque haec perpetuo variari haudquaquam cessant,
modo per amicitiam coëuntia in unum cuncta,
modo rursus seorsum quaeque acta discordiae odio.
Ita quatenus unum e pluribus fieri suevit,
rursusque, uno discreto, plura exoriuntur,
eatenus et nascuntur et caduco fluunt aevo;
quatenus vero eadem perpetuo mutari haud cessant,
eatenus semper immota consistunt per orbem.
Age vero, verba mea audi, doctrina enim mentem auget.
Namque, ut ante dixi, placitorum summas
binas eloquar: modo enim unum crescit solum

---

vs. 142 sqq. Vss. 94 et 95, idem Phys. I, f. 6 B; VIII, f. 310 A; Diogenes Laërt. VIII, s. 76; Stobaeus Ecl. I, c. 11. p. 290; Auctor Vitae Hom. p. 327 Gale. Vss. 96-100: ἧ μὲν ἓν — κατὰ κύκλον, Aristoteles Phys. VIII, 1; p. 319 D. Vss. 98 et 100 Simplicius Phys. VIII, f. 258 B. Vs. 101 Jo. Damascenus in Stobaei Append. Gaisf. p. 34; tangit Clemens Al. Strom. V, p. 589 C.

ἐκ πλεόνων, τοτὲ δ' αὖ διέφυ πλέον' ἐξ ἑνὸς εἶναι·
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθέρος ἤπιον ὕψος,
Νεῖκός τ' οὐλόμενον δίχα τῶν, ἀτάλαντον ἁπάντῃ,
καὶ Φιλότης μετὰ τοῖσιν ἴση μῆκός τε πλάτος τε·
τὴν σὺ νόῳ δέρκευ, μήδ' ὄμμασιν ἧσο τεθηπώς·
ἥτις καὶ θνητοῖσιν ἐνίζεται ἔμφυτος ἄρθροις,
τῇ τε φίλα φρονέουσ' ἴδ' ὁμοίϊα ἔργα τελοῦσι,
γηθοσύνην καλέοντες ἐπώνυμον ἠδ' Ἀφροδίτην·
τὴν οὔτις μεθ' ἅπασι ἑλισσομένην δεδάηκε
θνητὸς ἀνήρ. σὺ δ' ἄκουε λόγων στόλον οὐκ ἀπατηλόν.
Ταῦτα γὰρ ἶσά τε πάντα καὶ ἥλικα γένναν ἔασι,
τιμῆς δ' ἄλλης ἄλλο μέδει, πάρα δ' ἦθος ἑκάστῳ·
ἐν δὲ μέρει κρατέουσι, περιπλομένοιο κύκλοιο,
καὶ φθίνει εἰς ἄλληλα καὶ αὔξεται ἐν μέρει αἴσης.
καὶ πρὸς τοῖσιν ἂρ οὔτ' ἐπιγίγνεται οὔτ' ἀπολήγει·
εἴτε γὰρ ἐφθείροντο διαμπερὲς, οὐκέτ' ἂν ἦσαν·
. . . .
τοῦτο δ' ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν τί κε καὶ πόθεν ἐλθόν;
πῇ δέ κε καὶ ἀπόλοιτο; ἐπεὶ τῶνδ' οὐδὲν ἔρημον·
ἀλλ' αὔτ' ἔστι γε ταῦτα, δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα
γίγνεται ἄλλοτε ἄλλα διηνεκὲς, αἰὲν ὁμοῖα.

* * *

Ἀλλ' ἄγε, τῶνδ' ὀάρων προτέρων ἐπιμάρτυρα δέρκευ,

Vss. 104-107: *τοτὲ δ' αὖ διέφυ — μῆκ. τε πλάτος τε,* Simplicius Phys. I, f. 6 B. Vss. 105-107: *Πῦρ — πλάτος τε,* Sextus Empir. adv. Mathem. IX, s. 10. Vss. 105 et 106, idem ibid. X, s. 317. Vs. 105 Plutarchus de Adul. et amic. p. 63; Vol. VI, p. 233. Vss. 107 et 108: *καὶ Φιλ. — τεθηπώς,* Plutarchus Amator. p. 756; Vol. IX, p. 30. Vs. 108 Clemens Alex. Strom. V, p. 552 C; Simplicius Phys. I,

e pluribus, modo rursus plura ex uno diversa oriuntur:
ignis, aqua et terra et clementis altitudo aetheris,
et seorsim ab illis funesta Discordia undique aequalis,
et inter ipsa Amicitia ex aequo longa atque lata.
Quam tu animo cerne, nec oculis alucinans sede:
haec etiam mortalibus insidet innata artubus;
hac amicitiam colunt et consuetudinem exercent,
benevolentiam cognominantes et Venerem:
quam nemo inter omnes gradientem agnovit
mortalium. At tu audi sermonis cursum non fallacem.
Haec enim paria sunt cuncta et aequalia genere,
aliud autem alii munus et sua cuique est indoles;
vicissim vero regnant, volvente temporis orbe,
et evanescunt in se et increscunt fatalibus vicibus;
neque ad haec subnascitur nec deperit quidquam.
Sive enim interirent penitus, non amplius forent;
. . . .
Illud autem universum quae vis suppleret et unde orta?
quorsum item occideret? quoniam nil horum est vacuum.
At ipsa sunt illa, meantia autem per se invicem
alias alia existunt perpetuo, ipsa sui semper similia.

* * *

Age vero, ante-dictorum testimonia cerne,

---

f. 41 A. Vs. 114 tangit Aristoteles de Gen. et Corr. II, 6; p. 404 D. Vs. 116 Simplicius Phys. VIII, f. 273 A. cf. infra vs. 138 sq. Vs. 120 Aristoteles de X. Z. G. c. 2; p. 940 G.

Vss. 124-137: Ἀλλ᾽ ἄγε — ἀμείβει.) Vss. hos citat Simplicius Phys. I, f. 34 A, paullo post antecedentes. Vss. 126-135: ἠέλιον — φέριστοι, idem Phys. I, f. 7 B.

εἴ τι καὶ ἐν προτέροισι λιπόξυλον ἔπλετο μορφῇ·
ἠέλιον μὲν λευκὸν ὁρᾷν καὶ θερμὸν ἁπάντῃ,
ἄμβροτα θ' ὅσσ' ἕπεταί τε καὶ ἀργέτι δεύεται αὐγῇ,
ὄμβρον δ' ἐν πᾶσι δνοφόεντά τε ῥιγαλέον τε,
. . . .
ἐκ δ' αἴης προρέουσ' ἐθελυμνά τε καὶ στερεωπά.
ἐν δὲ κότῳ διάμορφα καὶ ἄνδιχα πάντα πέλονται,
σὺν δ' ἔβη ἐν Φιλότητι καὶ ἀλλήλοισι ποθεῖται.
ἐκ τῶν πάνθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω,
δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες,
θῆρές τ' οἰωνοί τε καὶ ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς,
καί τε θεοὶ δολιχαίωνες τιμῇσι φέριστοι.
αὐτὰ γὰρ ἔστι γε ταῦτα, δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα
γίγνεται ἀλλοιωπά· τὰ γὰρ διάπτυξις ἀμείβει.

* * *

ἐν δὲ μέρει κρατέουσι περιπλομένοιο κύκλοιο,
καὶ φθίνει εἰς ἄλληλα καὶ αὔξεται ἐν μέρει αἴσης·
αὐτὰ γὰρ ἔστι γε ταῦτα, δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα
γίγνοντ' ἄνθρωποί τε καὶ ἄλλων ἔθνεα θηρῶν,
ἄλλοτε μὲν Φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἕνα κόσμον,
ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει,
εἰσόκεν ἂν συμφύντα τὸ πᾶν ὑπένερθε γένηται.
(Οὕτως ᾗ μὲν ἓν ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι,
ἠδὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς πλέον' ἐκτελέθουσι,

Vss. 126 et 128, omisso vs. 127, Aristoteles de Gen. et Corr. I, 1; p. 385 A; Plutarchus de pr. frig. p. 949; Vol. IX, p. 741. Vs. 126 Galenus περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμ. κρ. L. II, pr. T. XIII, p. 31 Chart. Vss. 132-135: ἐκ τῶν

si quid in praecedentibus formâ claudum fuerit:
solem album adspectu et omni ex parte calidum,
et coelestia quot sequuntur et candenti jubare irrigantur,
tum imbrem penitus obscurum ac frigidum,
. . . .
e terra autem profluunt spissa quaeque et densa.
Per litem autem difformia et divisa evadunt omnia,
coëunt vero per amicitiam et se invicem exoptant.
Ex illis omnia quae fuere, quae sunt, quaeque olim erunt,
et arbores pullulant et viri feminaeque,
feraeque et volucres et quos aequor alit pisces,
Diique adeo longaevi, honore praecellentes.
Ipsa enim sunt illa, commeantia autem inter se
variantur: mutua enim conversio ea ultro citroque agit.

* * *

Vicissim autem regnant, volvente temporis orbe,
et evanescunt in se invicem et increscunt certis vicibus:
ipsa enim ea sunt, commeantia autem inter se
fiunt homines et aliarum genera animantum,
modo per amicitiam in unum ordinem coëuntia,
modo rursus distracta singula litis contentione;
donec coalescentia universum hoc subtus facta sint.
(Ita quatenus unum e pluribus exsistere solet,
rursusque uno discreto plura inde oriuntur,

πάνθ' — *δολιχαίωνες*, Aristot. Metaph. II, 4. p. 662 D. Vss. 132-134 idem de Mundo c. 6. p. 474 A.

Vss. 138-149: *ἐν δὲ μέρει — κατὰ κύκλον.*) Simplicius Phys. I, f. 8 A. cf. supra vss. 116 sq. et 94 sqq.

τῇ μὲν γίγνονταί τε καὶ οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών·
ᾗ δὲ τάδ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,
ταύτῃ δ' αἰὲν ἔασιν ἀκίνητα κατὰ κύκλον.)

* * *

Εἰ δ' ἔτι σοι περὶ τῶνδε λιπόξυλος ἔπλετο πίστις,
πῶς, ὕδατος γαίης τε καὶ αἰθέρος ἠελίου τε
κιρναμένων, εἴδη τε χρόαι τε γενοίατο θνητῶν,
τόσσ' ὅσα νῦν γεγάασι συναρμοσθέντ' Ἀφροδίτῃ,

* * *

Ὡς δ' ὁπόταν γραφέες ἀναθήματα ποικίλλωσιν,
ἀνέρες ἀμφὶ τέχνης ὑπὸ μήτιος εὖ δεδαῶτες,
οἵ τ', ἐπεὶ οὖν μάρψωσι πολύχροα φάρμακα χερσίν
ἁρμονίῃ μάξαν τε, τὰ μὲν πλέω, ἄλλα δ' ἐλάσσω,
ἐκ τῶν εἴδεα πᾶσιν ἀλίγκια πορσύνουσι,
δένδρεά τε κτίζουσι καὶ ἀνέρας ἠδὲ γυναῖκας,
θῆράς τ' οἰωνούς τε καὶ ὑδατοθρέμμονας ἰχθῦς,
καί τε θεοὺς δολιχαίωνας τιμῇσι φεριστούς·
οὕτω μή σ' ἀπάτα φρένα, ὡς νύ κεν ἄλλοθεν εἶναι
θνητῶν, ὅσσα γε δὴ γεγάασιν ἄσπετα, πηγήν·
ἀλλὰ τόρως ταῦτ' ἴσθι, θεοῦ πάρα μῦθον ἀκούσας.

* * * * *

Αὐτὰρ ἐγὼ παλίνορσος ἐλεύσομαι ἐς πόρον ὕμνων,
τὸν πρότερον κατέλεξα, λόγῳ λόγον ἐποχετεύων

Vss. 150-153: *Εἰ δ' ἔτι — Ἀφροδίτῃ.)* Simplicius de Coelo e cod. Taur. prolatus a Peyrono l. l. p. 28.

eatenus et nascuntur et incerto fruuntur aevo;
quatenus vero haec perpetuo converti haud desinunt,
eatenus semper immota consistunt per orbem.)

* * *

Si tibi de his rebus claudicans adhuc sit fides,
quomodo ex aqua, terra, aëre et igni
inter se mixtis formae et colores fiant mortalium,
tot numero quot nunc exstant Venere conflata, . . .

* * *

Ut quum pictores ornamenta adumbrant,
homines artem solerti mente penitus docti:
qui postquam varia pigmenta manibus sumserint
apteque concinnaverint, hinc plura, illinc pauciora,
ex his figuras omnigenas informant,
panguntque et arbores et viros et feminas,
ferasque volucresque et aquigenas pisces,
et deos longaevos honore praecellentes;
sic tibi animo persuadeto non aliam esse
mortalium, quot genera exstitere innumera, originem;
sed certo illud teneto, ut a deo tibi traditum.

* * * * *

At ego retrorsum ingrediar viam carminum,
iis quae prius exposui dictis dicta affundens

Vss. 154-164: *Ὡς δ' ὁπόταν — μῦθον ἀκούσας.)* Simplicius Phys. I, f. 34 A.
Vss. 165-181: *Αὐτὰρ ἐγὼ — ἰδέσθαι.)* Vss. 165-179: *Αὐτὰρ ἐγὼ — κελεύθους,*

κεῖνον. Ἐπεὶ Νεῖκος μὲν ἐνέρτατον ἵκετο βένθος
δίνης, ἐν δὲ μέσῃ Φιλότης στροφάλιγγι γένηται,
ἐν τῇ δὴ τάδε πάντα συνέρχεται ἓν μόνον εἶναι,
οὐκ ἄφαρ, ἀλλ' ἐθελυμνὰ συνιστάμεν' ἄλλοθεν ἄλλο.
τῶν δέ τε μισγομένων, χεῖτ' ἔθνεα μυρία θνητῶν.
πολλὰ δ' ἄμικτ' ἕστηκε κεραιομένοισιν ἐναλλάξ,
ὅσσ' ἔτι Νεῖκος ἔρυκε μετάρσιον· οὐ γὰρ ἀμεμφέως
πω πᾶν ἐξέστηκεν ἐπ' ἔσχατα τέρματα κύκλου,
ἀλλὰ τὰ μέν τ' ἐνέμιμνε μελέων, τὰ δέ τ' ἐξεβεβήκει.
ὅσσον δ' αἰὲν ὑπεκπροθέοι, τόσον αἰὲν ἐπῄει
ἠπιόφρων Φιλότητος ἀμεμφέος ἄμβροτος ὁρμή.
Αἶψα δὲ θνήτ' ἐφύοντο, τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι,
ζωρά τε τὰ πρὶν ἄκρητα, διαλλάξαντα κελεύθους.
τῶν δέ τε μισγομένων, χεῖτ' ἔθνεα μυρία θνητῶν,
παντοίῃς ἰδέῃσιν ἀρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι.

* * * * *

Εἰ δ' ἄγε, νῦν τοι ἐγὼ λέξω πρῶθ' ἥλιον ἀρχήν,
. . . .
ἐξ ὧν δὴ γεγάασι τὰ νῦν ἐσορώμενα πάντα,
γαῖά τε καὶ πόντος πολυκύμων ἠδ' ὑγρὸς ἀήρ,
Τιτὰν ἠδ' αἰθὴρ σφίγγων περὶ κύκλον ἅπαντα.

* * *

Ἥλιος ὀξυβελὴς ἠδ' ἀγλαΐεσσα σελήνη.

---

citat Simplicius de Coelo II, e cod. Taur. prolatos a Peyrono p. 27; iidem versus corrupti exstant in ed. Ald. f. 128 B. Vss. 167-181: *Ἐπεὶ Νεῖκος — ἰδέσθαι*, citat idem Phys. I, f. 7 B. Vss. 174-177: *οὔ πω πᾶν ἐξέστηκεν — ὁρμή*, idem de Coelo ap. Peyron. p. 37 (f. 144 B. Ald.) Vss. 178 sq. *αἶψα δὲ — κελεύθους*, citat Theophrastus apud Athenaeum X, p. 423 sq. Eadem verba

haecce. Postquam Discordia in profunda recessit
vorticis, quum Amicitia in medium globum penetraverit,
per hanc omnia in unum plane coëunt,
non de repente, sed continuo tenore alia aliunde coorta.
His autem mixtis, funduntur millia mortalium genera;
multa tamen immixta restant mixtis opposita,
quotquot Discordia contumax adhuc teneret: non enim
tota prorsus recessit ad extremas orbis oras,
sed pars ejus membrorum remansit, pars excessit.
Quantum autem haec refugeret, tantum insequebatur
usque clementis et fidae Amicitiae divina vis.
Statim mortalia facta sunt quae prius erant immortalia,
et mixta quae prius pura, commeantia in se invicem.
His autem conflatis, funduntur millia mortalium genera,
omnibus instructa formis, mirabile visu!

*   *   *   *   *

Age vero, nunc tibi dicam primum principem solem,
. . . .
e quibus exstiterunt quae nunc cernuntur omnia,
terra atque mare undosum et liquidus aër,
Titan atque aether circumcirca omnia coërcens.

*   *   *

Sol acute jaculans serenaque luna.

---

usque ad ἄκρητα memorat Aristoteles, Poët. c. 25, p. 518 H; et Eustathius in Iliad. I, p. 746, 57. Denique initium versus 179, Plutarchus Sympos. V, 4, p. 677; Vol. VIII, p. 696.

Vss. 182-185: *Εἰ δ' ἄγε — ἅπαντα.*) Clemens Al. Strom. V, p. 570 A.

Vs. 186: *Ἥλιος κτλ.*) Plutarchus de fac. Orb. Lun. p. 920; Vol. IX, p. 642.

* * *

Ἀλλ' ὁ μὲν ἁλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει.

* * *

Ἀνταυγεῖ πρὸς Ὄλυμπον ἀταρβήτοισι προσώποις.

* * *

Ἅρματος ὥσπερ ἀν' ἴχνος ἑλίσσεται γῆν περὶ ἄκραν.

* * *

Κυκλοτερὲς περὶ γαῖαν ἑλίσσεται ἀλλότριον φῶς.

* * *

Ἀθρεῖ μὲν γὰρ ἄνακτος ἐναντίον ἁγέα κύκλον.

* * *

ὡς αὐγὴ τύψασα σεληναίης κύκλον εὐρὺν . . .

* * *

Vs. 187: *Ἀλλ' ὁ μὲν κτλ.*) Etymolog. M. Orion Etym. et Suidas in v. ἥλιος. Macrobius Saturn. I, 17.

Vs. 188: *Ἀνταυγεῖ κτλ.*) Plutarchus de Pyth. orac. p. 400; Vol. VII, p. 574. Galenus de usu Part. L. III, 3; T. IV, p. 343 F.

* * *

Ille se volvendo magnum circumvehitur coelum.

* * *

Refulget ad Olympum intrepida fronte.

* * *

Currûs velut tramite circum terrae oram revolvitur.

* * *

Orbis in modum circum terram volvitur, lumen alienum.

* * *

Intuetur enim ex adverso sanctum Phoebi orbem.

* * *

Sic solis jubar feriens latum lunae orbem.

* * *

Vs. 189: *῞Αρματος κτλ.*) Plutarchus de Fac. orb. Lun. p. 925; Vol. IX, p. 658.
Vs. 190: *Κυκλοτερὲς κτλ.*) Achill. Tatius Introd. in Arat. c. 21; p. 83 Antv.
Vs. 191: *ἀθρεῖ κτλ.*) Grammat. in Bekkeri Anecd. Vol. I, p. 337.
Vs. 192: *ὡς αὐγὴ κτλ.*) Plutarchus de Fac. orb. Lun. p. 929; Vol. IX, p. 673.

Ἡ δὲ φλὸξ ἱλάειρα μινυνθαδίης τύχεν αἴσης.

* * *

ἀπεσκέδασεν δ' οἱ αὐγὰς
ἐς γαῖαν καθύπερθεν, ἐπεσκνίφωσε δὲ γαίης
τόσσον ὅσον τ' εὖρος γλαυκώπιδος ἔπλετο μήνης.

* * *

Νύκτα δὲ γαῖα τίθησιν ὑφισταμένη φαέεσσιν.

* * *

νυκτὸς ἐρημαίης ἀλαώπιδος . . .

* * *

Εἴπερ ἀπείρονα γῆς τε βάθη καὶ δαψιλὸς αἰθήρ,
ὡς διὰ πολλῶν δὴ βροτέων ῥηθέντα ματαίως
ἐκκέχυται στομάτων, ὀλίγον τοῦ παντὸς ἰδόντων, . . .

* * *

(πῦρ μὲν ὄρουσε) καρπαλίμως ἀνόπαιον.

Vs. 193: ἡ δὲ φλὸξ κτλ) Simplicius Phys. I, f. 74 B.
Vss. 194-196: ἀπεσκέδασεν — εὖρος.) Plutarchus de Fac. Lun. p. 929; Vol. IX, p. 672.
Vs. 197: Νύκτα δὲ κτλ.) Idem Qu. Platon. p. 1006; Vol. X, p. 185.
Vs. 198: νυκτὸς ἐρημ.) Idem Sympos. VIII, 3; p. 720. Vol. VIII, p. 875.

Laeta autem lux brevis horae sortem nacta est.

* * *

dispellit solis radios
desuper in terram pertinentes, et terrae obumbrat
spatium tantum, quanta est latitudo glaucae lunae.

* * *

Noctem vero facit terra solis objecta luminibus.

* * *

noctis solitariae caecae . . .

* * *

Si infinita sint et terrae profunda et vastus aether,
ut multi mortales temere dictitantes
effutiunt ore, exiguam universi partem contuentes, . . .

* * *

Protinus (ignis emicuit) sursum latus.

Vss. 199-201: *Εἴπερ ἀπείρονα — ἰδόντων.*) Aristoteles de X. Z. G. c. 2, p. 941 F; de Coelo II, 13, p. 364 D, Simplicius de Coel. f. 127 A. Versum 200 sq. citat Clemens Al. Strom. VI, p. 688 D.

Vs. 202: *καρπαλ. ἀν.*) Eustathius Od. *α*, vs. 320; p. 1419.

* * *

(Ἀλλ' αἰθὴρ) μακρῇσι κατὰ χθόνα δύετο ῥίζοις.

* * *

οὕτω γὰρ συνέκυρσε θέων τότε, πολλάκι δ' ἄλλως.

* * *

(θάλασσα)
Φῦλον ἄμουσον ἄγουσα πολυσπορέων καμασηνῶν.

* * *

Ἅλς ἐπάγη ῥιπῇσιν ἐωσμένος ἠελίοιο.

* * *

Πολλὰ δ' ἔνερθ' ὕδεος πυρὰ καίεται . . .

* * * * *

ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας . . .

* * *

Vss. 203, 204: μακρῆσι — ἄλλως.) Aristoteles Gen. et Corr. II, 6; p. 405 B.
Vs. 205: φῦλον ἄμ. κτλ.) Plutarchus Sympos. V extr. Vol. VIII, p. 733.
Vs. 206: Ἅλς κτλ.) Hephaestion Enchir. c. 1, p. 4 Gaisf.

* * *

Aether longis terram stridoribus subit.

* * *

Ita enim tum forte concurrebant, saepe vero aliter.

* * *

(Mare)
stupidum genus vehens foecundorum piscium.

* * *

Sal concretus est, solis ictibus pulsatus.

* * *

Multi autem sub aqua ignes ardent.

* * *

farinam aquâ conglutinans . . .

* * *

Vs. 207: πολλὰ δ' κτλ.) Proclus in Tim. III, p. 141.
Vs. 208: ἄλφιτον κτλ.) Aristoteles Meteor. IV, 4. p. 444 H; Problem. XXI, s. 22. p. 599 B; Olympiodorus in Meteor. f. 66 B; Alexander Aphrod. in eundem libr. f. 131 B.

Ὡς δὲ τότε χθόνα Κύπρις, ἐπεί τ' ἐδίηνεν ἐν ὄμβρῳ,
εἴδεα ποιπνύουσα θοῷ πυρὶ δῶκε κρατύναι.

* * *

(ἐκ τοῦ πρώτου τῶν Φυσικῶν.)

Ἡ δὲ χθὼν ἐπίηρος ἐν εὐτύκτοις χοάνοισι
τὰ δύο τῶν ὀκτὼ μερέων λάχε Νήστιδος Αἴγλης,
τέσσαρα δ' Ἡφαίστοιο· τὰ δ' ὀστέα λευκὰ γένοντο,
Ἁρμονίης κόλλῃσιν ἀρηρότα θεσπεσίηθεν.

* * *

Ἡ δὲ χθὼν τούτοισιν ἴση συνέκυρσε μιγεῖσα,
Ἡφαίστῳ τ' ὄμβρῳ τε καὶ αἰθέρι παμφανόωντι,
Κύπριδος ὁρμισθεῖσα τελείοις ἐν λιμένεσσιν·
εἴτ' ὀλίγον μεῖζόν γ', εἴτε πλέον ἐστὶν ἔλασσον·
ἐκ τῶν αἷμά τε γέντο καὶ ἄλλης εἴδεα σαρκός.

* * *

Τοῦτο μὲν ἐν κόγχαισι θαλασσονόμοις βαρυνώτοις,
καὶ μὴν κηρύκων τε λιθοῤῥίνων τε χελωνῶν,
. . . .
ἔνθ' ὄψει χθόνα χρωτὸς ὑπέρτατα ναιετάουσαν.

* * *

Vss. 209 sq. Ὡς δὲ τότε — κρατύναι.) Simplicius de Coel. ap. Peyron. l. l. p. 28.
Vss. 211-214: ἡ δὲ χθὼν — θεσπεσίηθεν.) Simplicius Phys. II, f. 66 B. Primos tres versus: ἡ δὲ χθὼν — γένοντο, Aristoteles de An. I, 5, p. 484 C; et interpretes in h. l. ut Themistius f. 72 A; Philoponus lit. E, p. 16; Simplicius f. 18 B; Syrianus Metaph. XIII, f. 118 A. lat. Vss. 211 et 213 Philoponus Metaph. XIV, f. 66 B. lat.

ita tum Venus terram, postquam imbre humectaverat,
placide adflans, rapido igni dedit durandam.

* * *

(E PRIMO PHYSICORUM.)

At Tellus benigna in bene fabricatis vasis
duas ex octo partibus nacta est pellucidae Lymphae,
quatuor autem Vulcani: quae ossa alba facta sunt,
Harmoniae vinculo divinitus colligata.

* * *

Fortuito terra aequâ portione commixta est
cum Vulcano et imbre et perlucido aethere,
in Veneris jugali portu quiescens:
quo quodque tenuius est, eo plus, quo densius, eo minus
ex his sanguis et reliqua caro facta est. (admixtum:

* * *

Id quidem in conchis marinis gravi tergo praeditis,
et vero buccinorum et saxeâ cute testudinum
. . . .
in quibus videbis terram corporis summa tenentem.

* * *

Vss. 215-219: Ἡ δὲ χθὼν τούτοισιν — σαρκός.) Simplicius Phys. I, f. 7 B. Vs. 215 ibid. II, f. 74 B.

Vss. 220-222: τοῦτο μὲν — ναιετάουσαν.) Habet Plutarchus Symp. I, p. 618; Vol. VIII, p. 443. Duos posteriores idem de Fac. orb. Lun. 927; Vol. IX, p. 667.

Ταὐτὰ τρίχες καὶ φύλλα καὶ οἰωνῶν πτερὰ πυκνὰ
καὶ φλονίδες γίγνονται ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.

* * *

αὐτὰρ ἐχίνοις
ὀξυβελεῖς χαῖται νώτοις ἐπιπεφρίκασιν.

* * *

ἐξ ὧν ὄμματ᾽ ἔπηξεν ἀτειρέα δῖ᾽ Ἀφροδίτη.

* * *

γόμφοις ἀσκήσασα καταστόργοις Ἀφροδίτη.

* * *

Κύπριδος ἐν παλάμῃσιν ὅτε ξὺμ πρῶτ᾽ ἐφύοντο.

* * *

τῶν δ᾽ ὅσ᾽ ἔσω μὲν πυκνὰ, τὰ δ᾽ ἔκτοθι μανὰ πέπηγε,
Κύπριδος ἐν παλάμῃς πλάσιος τοιῆσδε τυχόντα.

* * * * *

Vs. 223 sq. *ταὐτὰ τρίχες κτλ.*) Aristoteles Meteor. IV, 9. p. 460 F.
Vs. 225 sq. *αὐτὰρ ἐχίνοις κτλ.*) Plutarchus de Fort. p. 98; Vol. VI, p. 371.
Vss. 227-231: *ἐξ ὧν ὄμματ᾽ — τοιῆσδε τυχόντα.*) Habet Simplicius de Coelo,

Eadem sunt pili et frondes et densae avium plumae
et cortices, quae validis membris innascuntur.

* * *

at echinis
terga setis tanquam spiculis horrent.

* * *

e quibus oculos formavit vividos diva Venus

* * *

vinculis amabilibus colligans Aphrodite.

* * *

Quando primum Veneris arte exstiterunt.

* * *

Horum interiora densa, exteriora rara facta sunt,
Veneris arte talem adepta figuram.

* * * * *

---

a Peyrono prolatus l. l. p. 28; corrupti leguntur in ed. Ald. f. 128 B. Vs. 231 *Κύπριδος κτλ.* affert etiam Simplicius Phys. II, f. 74 B.

ᾗ πολλαὶ μὲν κόρσαι ἀναύχενες ἐβλάστησαν.

* * *

γυμνοὶ δ' ἐπλάζοντο βραχίονες εὔνιδες ὤμων,
ὄμματά τ' οἶα πλανᾶτο πενητεύοντα μετώπων.

* * *

Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μεῖζον ἐμίσγετο δαίμονι δαίμων,
ταῦτά τε συμπίπτεσκον ὅπῃ συνέκυρσεν ἕκαστα,
ἄλλα τε πρὸς τοῖς πολλὰ διηνεκὲς ἐξεγένοντο.

* * *

Πολλὰ μὲν ἀμφιπρόσωπα καὶ ἀμφίστερν' ἐφύοντο·
βουγενῆ ἀνδρόπρωρα, τὰ δ' ἔμπαλιν ἐξανέτελλον
ἀνδροφυῆ βούκρανα· μεμιγμένα τῇ μὲν ἀπ' ἀνδρῶν,
τῇ δὲ γυναικοφυῆ, χλιεροῖς ἠσκημένα γυίοις.

* * *

εἰλίποδ' ἀκριτόχηλα.

* * * * *

Vss. 232-237: ᾗ πολλαὶ — ἐξεγένοντο.) Ex eodem Simplicii cod. protulit rursus Peyron. p. 46; corrupti exstant in ed. Ven. f. 144 B. Primum horum versuum, ᾗ πολλαὶ, exhibet Aristoteles de Coelo III, 2 p. 371 A; de An. III, 6. p. 505 A; de Gener. Anim. I, 18. p. 804 H; item alii, ut Simplicius de An. f. 70 A; in

Qua ratione multa pullularunt capita cervicibus orba.

* * *

nuda vagabantur brachia humeris vidua,
oculique soli oberrabant frontibus carentes.

* * *

At postquam magis consociatae sunt divinae naturae,
et ista coierunt, prouti fors quaeque ferret,
et alia ad haec multa continenter orta sunt.

* * *

Multa quidem creverunt bifrontia et bipectora;
haec bovino corpore, humanâ facie, haec rursus exstitere
humanâ staturâ, bovino capite; alia conflata partim e ma-
partim e feminis, mollibus praedita membris. (ribus

* * *

Vaccinis pedibus, solidis ungulis.

* * * * *

Categor. f. 85 B; Philoponus de An. lit. Q, p. 15; Tzetzes in Lycophron. vss. 507, 711.

Vss. 238-241: πολλὰ μὲν ἀμφιπρ. — γυίοις) Affert Aelianus Hist. Anim. XVI, 29.

Vs. 241: εἰλίπ. ἀκριτόχηλα.) Plutarchus adv. Colot. p. 1123. Vol. X, p. 617.

πῶς καὶ δένδρεα μακρὰ καὶ εἰνάλιοι καμασῆνες . . .

* * *

(τοὺς ἰχθῦς)
ἐν ξηρῷ τετοκυῖα Φύσις μεταείρει ἐς ὑγρόν.

* * *

οὕτω δ' ᾠοτοκεῖ μακρὰ δένδρεα πρῶτον ἐλαίας.

* * *

οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι καὶ ὑπέρφλοια μῆλα.

* * *

οἶνος ἀποφλοίον πέλεται σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ.

* * * * *

(ἐκ τοῦ δευτέρου τῶν Φυσικῶν.)

Νῦν δ' ἄγ', ὅπως ἀνδρῶν τε πολυκλαύτων τε γυναικῶν
ἐννυχίους ὅρπηκας ἀνήγαγεν ὀρνύμενον πῦρ,
τῶνδε κλύ' · οὐ γὰρ μῦθος ἀπόσκοπος οὐδ' ἀδαήμων.

Vs. 243: *πῶς καὶ δένδρεα κτλ.*) Athenaeus Deipn. VIII, p. 334 B.

Vs. 244: *ἐν ξηρῷ κτλ.*) Theophrastus de Caus. plant. I, c. 22. Schn.

Vs. 245: *οὕτω δ' ᾠοτοκεῖ κτλ.*) Aristot. de Gen. Anim. I, 23. p. 813 B, et Philoponus in h. l. f. 31 A. Tangit Theophrastus de Caus. plant. I, 7.

Vs. 246: *οὕνεκεν ὀψίγονοι κτλ.*) Plutarchus Symp. V, 8, p. 683. Vol. VIII, p. 721 sq.

Quomodo et arbores procerae et marini pisces . . .

* * *

(Pisces)
in arido genitos natura in humidum transportat.

* * *

Sic arbores procerae quasi ova pariunt, primum olivas.

* * *

Quare tarde maturescunt punica et succo abundant poma.

* * *

Vinum est exaestuans humor in vitis ligno putrefactus.

* * * * *

(E SECUNDO PHYSICORUM.)

Nunc, ut discas, quomodo virorum mulierumque lacrimo-
nocturna germina suscitaverit insurgens flamma, (sarum
haec audi: haud enim aliena nec inutilis est narratio.

Vs 247: οἶνος ἀποφλοίον κτλ.) Citat Plutarchus Qu. Nat. p. 912 et 919; Vol. IX, p. 613 et 638. Posteriorem versûs partem σαπὲν κτλ. Aristoteles Top. IV, 5, extr. p 178 C; et Alexander Aphrod. in h. l. p. 179.

Vss. 248-255: Νῦν δ' ἄγ', — γῆρυν.) Simplicius Phys. II, f. 86 B.

Οὐλοφυεῖς μὲν πρῶτα τύποι χθονὸς ἐξανέτελλον,
ἀμφοτέρων ὕδατός τε καὶ οὔδεος αἶσαν ἔχοντες·
τοὺς μὲν πῦρ ἀνέπεμπ' ἐθέλον πρὸς ὁμοῖον ἱκέσθαι,
οὔτε τι πω μελέων ἐρατὸν δέμας ἐμφαίνοντας,
οὔτ' ἐνοπὴν, οὔτ' οὖν ἐπιχώριον ἀνδράσι γῆρυν.

* * *

τῷ δ' ἐπὶ καὶ πόθος εἶσι δι' ὄψιος ἄντ' ἀΐσσων.

* * *

ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις · ἡ μὲν ἐν ἀνδρὸς,
ἡ δὲ γυναικὸς . . . .

* * *

ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι · τὰ μὲν τελέθουσι γυναῖκες,
ψύχεος ἀντιάσαντα . . . .

* * *

σχιστοὺς λιμένας Ἀφροδίτης.

* * *

Vs. 256: τῷ δ' ἐπὶ κτλ.) Plutarchus Qu. Nat. p. 917; Vol. IX, p. 631.
Vss. 257-260: ἀλλὰ διέσπασται — ἀντιάσαντα.) Ambo haec fragmenta, nonnullis interjectis, citat Aristoteles de Gener. Anim. I, 18; p. 804 H et 805 E;

Primum integra hominum specimina e tellure editā sunt,
utriusque elementi, aquae et terrae, consortia:
haec extulit ignis ad sui similem naturam tendens,
nec venustam membrorum figuram habentia,
nec vocem, neque adeo proprium hominibus sermonem.

* * *

Hunc incessit desiderium coram per visum intrans.

* * *

Sed discerpta est membrorum natura, partim in viri
partim in mulieris (semine inclusa.)

* * *

inque vacuos (semen) fusum est locos; feminae fiunt
quae frigidum nacta sint uterum, (quae calidum, mares.)

* * *

bifidos Veneris portus.

* * *

---

prius horum in eodem opere IV, 1; p. 848 A. Verba ἡ δὲ γυναικὸς suggerit Philoponus Comment. in h. l. f. 81 B.

Vs. 261: σχιστοὺς κτλ.) Scholiastes Euripidis Phoen. p. 600 Valck.

ἐν γὰρ θερμοτέρῳ τὸ κατ' ἄῤῥενα ἔπλετο γαστρός·
καὶ μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἀνδρωδέστεροι ἄνδρες
καὶ λαχνήεντες μᾶλλον . . .

* * *

ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐγόμφωσεν καὶ ἔδησεν.

* * *

(τὸ γάλα)
μηνὸς ἐν ὀγδοάτου δεκάτῃ πύον ἔπλετο λευκόν.

* * * * *

Γνῶθ', ὅτι πάντων εἰσὶν ἀποῤῥοαὶ ὅσσ' ἐγένοντο.

* * *

ὣς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσεν,
ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, δαλερὸν δαλερῷ δ' ἐποχεῦτο.

* * *

πυρὶ δ' αὔξάνεται πῦρ,

Vss. 262-264: *ἐν γὰρ θερμοτέρῳ — μᾶλλον.*) Galenus in Hippocrat. Epidem. IV, 2; T. IX, p. 430.

Vs. 265: *ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς κτλ.*) Plutarchus de Amic. mult. p. 95; Vol. VI, p. 357.

Vs. 266: *μηνὸς ἐν ὀγδ. κτλ.*) Aristoteles Gen. Anim. IV, 8; p. 861 A; Philoponus in h. l. f. 101 B.

In calidiore enim ventris parte est marium locus;
ideoque nigri sunt viri et robustiores
et magis hirsuti (quam feminae.)

* * *

uti quum coagulum constringit et colligat lac niveum.

* * *

(lac)
decimo octavi mensis die fit pus album.

* * * * *

Scito, effluxiones esse omnium quae in natura sunt.

* * *

Sic dulcia quaerunt dulcia, amara advolant ad amara,
acuta petunt acuta, calida coëunt cum calidis.

* * *

igne augescit ignis,

Vs. 267: γνῶθ', ὅτι κτλ.) Plutarchus Qu. Nat. p. 916; Vol. IX, p. 627.

Vs. 268 sq. ὥς γλυκὺ — ἐποχεῦτο.) Plutarchus Symp. IV, p. 663; Vol. VIII, p. 632. Macrobius Saturn. VII, 5.

Vs. 270 sq. πυρὶ δ' αὐξάν. κτλ.) Aristoteles de Gen. et Corr. II, 6. p. 404 E.

αὔξει δὲ χθὼν μὲν σφέτερον δέμας, αἰθέρα δ' αἰθήρ.

* * *

Ὕδωρ οἴνῳ μᾶλλον ἐνάρθμιον, αὐτὰρ ἐλαίῳ
οὐκ ἐθέλει.

* * *

βύσσῳ δὲ γλαυκῆ κόκκου καταμίσγεται (ἄνθος.)

* * * * *

Ὧδε δ' ἀναπνεῖ πάντα καὶ ἐκπνεῖ. πᾶσι λίφαιμοι
σαρκῶν σύριγγες πύματον κατὰ σῶμα τέτανται,
καί σφιν ἐπὶ στομίοις πυκναῖς τέτρηνται ἄλοξιν
ῥινῶν ἔσχατα τέρθρα διαμπερὲς, ὥστε φόνον μὲν
κεύθειν, αἰθέρι δ' εὐπορίην διόδοισι τετμῆσθαι.
ἔνθεν ἔπειθ' ὁπόταν μὲν ἀπαΐξῃ τέρεν αἷμα,
αἰθὴρ παφλάζων καταΐσσεται οἴδματι μάργῳ,
εὖτε δ' ἀναθρώσκῃ, πάλιν ἐκπνεῖ· ὥσπερ ὅταν παῖς
κλεψύδρῃ παίζουσα διϊπετέος χαλκοῖο,
εὖτε μὲν αὐλοῦ πορθμὸν ἐπ' εὐειδεῖ χερὶ θεῖσα
εἰς ὕδατος βάπτῃσι τέρεν δέμας ἀργυφέοιο,
οὐδέ τ' ἐς ἄγγοσδ' ὄμβρος ἐσέρχεται, ἀλλά μιν εἴργει
ἀέρος ὄγκος ἔσωθε πεσὼν ἐπὶ τρήματα πυκνά,
εἰσόκ' ἀποστεγάσῃ πυκινὸν ῥόον· αὐτὰρ ἔπειτα,

Vs. 272 sq. ὕδωρ οἴνῳ κτλ.) Philoponus in Aristot. de Gener. Anim. II, f. 59 A.
Vs. 274: βύσσῳ δὲ κτλ.) Plutarchus Orac. def. p. 433; Vol. VII, p. 704.

terra terrenum auget corpus, aërem aër.

* * *

Aqua cum vino facilius se consociat, sed cum oleo misceri non vult.

* * *

bysso autem flavae coccineus color se admiscet.

* * *

Sic animam ducunt redduntque omnia: omnibus exsangues
carnis fistulae summum per corpus tendunt,
quarum ad oscilla crebris foraminibus terebrata est
penitus cutis superficies, ita ut cruorem quidem
cohibeant, aëri vero facilis via per meatus pateat.
Illinc porro quum resiluerit tenuis sanguis,
aër fervens illabitur cito impetu;
quum vero prosiluerit, rursus exspirat aër. Ut puella,
clepsydrâ ludens fulgentis aeris,
quum tubi os manu venustâ clausum tenens
immerserit vas in mollem argenteae aquae liquorem,
lympha quidem in ipsum non intrat, sed arcet eam
aëris moles intrinsecus crebris foraminibus allapsa;
donec manu emittat densum aëris fluxum; tum vero

Vss. 275-299: ὧδε δ' ἀναπνεῖ — ἶσον ὀπίσσω.) Aristoteles de Respirat. c. 7, p. 556 sq.

πνεύματος ἐλλείποντος, ἐσέρχεται αἴσιμον ὕδωρ.
ὡς δ' αὔτως ὅθ' ὕδωρ μὲν ἔχῃ κάτα βένθεα χαλκοῦ,
πορθμοῦ χωσθέντος βροτέῳ χροῒ ἠδὲ πόροιο,
αἰθὴρ ἐκτὸς ἔσω λελιημένος ὄμβρον ἐρύκει
ἀμφὶ πύλας ἰσθμοῖο δυσηχέος, ἄκρα κρατύνων,
εἰςόκε χειρὶ μεθῇ· τότε δ' αὖ πάλιν ἔμπαλιν ἢ πρίν,
πνεύματος ἐμπίπτοντος, ὑπεκθέει αἴσιμον ὕδωρ.
ὡς δ' αὔτως τέρεν αἷμα κλαδασσόμενον διὰ γυίων,
ὁππότε μὲν παλίνορσον ἐπαΐξειε μυχόνδε,
θάτερον εὐθὺς ῥεῦμα κατέρχεται οἴδματι θῦον,
εὖτε δ' ἀναθρώσκῃ, πάλιν ἐκπνεῖ ἶσον ὀπίσσω.

* * *

(κύων)
τέρματα θηρείων λεχέων μυκτῆρσιν ἐρευνῶν . . .

* * *

Ὧδε μὲν οὖν πνοιῆς τε λελόγχασι πάντα καὶ ὀσμῶν.

* * *

Ὡς δ' ὅτε τις πρόοδον νοέων ὡπλίσσατο λύχνον,
χειμερίην διὰ νύκτα πυρὸς σέλας αἰθομένοιο,
ἅψας παντοίων ἀνέμων λαμπτῆρας ἀμουργούς·
οἵ δ' ἀνέμων μὲν πνεῦμα διασκιδνᾶσιν ἀέντων,

Vs. 300: τέρματα κτλ.) Plutarchus de Curios. p. 520, et Quaestt. Nat. p. 917; Vol. VIII, p. 67, et Vol. X, p. 632.

Vs. 301: ὧδε μὲν οὖν κτλ.) Exstat apud Theophrastum de Sensu c. 22; p. 656.

deficiente aurâ, intrat irriguus humor.
Similiter quando aqua teneat fundum aheni,
tubo atque ostio humanâ manu obstructo,
aër exstrinsecus ingruens cohibet imbrem
circum isthmi strepitantis portas, extrema obsidens,
donec manu remittat; tum vero rursus, contra quam antea,
illabente aurâ, effugit irriguus humor.
Similiter ergo tenuis sanguis per membra vibratus
quando refugiens interiora subeat,
statim aëris fluctus sese infert aestuans;
quando prosiliat, alter pariter retroactus exspirat.

* * *

(Canis)
vestigia pedum ferarum naribus indagans.

* * *

Sic igitur spiritum et odoratum cuncta sortita sunt.

* * *

Ut si quis iter meditans lychnum armaverit,
flagrantis per noctem hiemalem ignis facem,
lanternam aptans ventos quosvis arcentem,
quae spirantium flatus ventorum depellit;

Vss. 301-310: Ὡς δ' ὅτε τις — ταναώτερον ᾖεν.) Aristoteles de Sensu c. 2; p. 512. Alexander Aphrod. Comment. in h. l. f. 96 B.

Φῶς δ' ἔξω διαθρῶσκον ὅσον ταναώτερον ἦεν,
λάμπεσκεν κατὰ βηλὸν ἀτειρέσιν ἀκτίνεσσιν·
ὣς δὲ τό τ' ἐν μήνιγξιν ἐεργμένον ὠγύγιον πῦρ
λεπτῇσιν ὀθόνῃσι λοχάζετο κύκλοπα κούρην·
αἱ δ' ὕδατος μὲν βένθος ἀπέστεγον ἀμφινάοντος,
πῦρ δ' ἔξω διαθρῶσκον ὅσον ταναώτερον ἦεν, . . .

* * *

(ὀφθαλμῶν) μία γίγνεται ἀμφοτέρων ὄψ.

* * * * *

Τῇδε μὲν οὖν ἰότητι Τύχης πεφρόνηκεν ἅπαντα.

* * *

Πάντα γὰρ ἴσθι φρόνησιν ἔχειν καὶ νώματος αἶσαν.

* * *

καὶ καθόσον μὲν ἀραιότατα ξυνέκυρσε πεσόντα . . .

* * *

αἵματος ἐν πελάγεσσι τεθραμμένη ἀμφιθροῶντος,
τῇ τε νόημα μάλιστα κυκλίσκεται ἀνθρώποισιν·

Vs. 311: *μία γίγνεται κτλ.*) Strabo VIII, p. 364 Cas.
Vs. 312: *τῇδε μὲν κτλ.*) Simplicius Phys. f. 74 B.
Vs. 213: *πάντα γὰρ ἴσθι κτλ.*) Sextus Emp. adv. Math. VIII, s. 286.
Vs. 314: *καὶ καθόσον κτλ.*) Simplicius Phys. f. 74 B.

lux autem foras emicans, quam late tendit,
illustrat viam indomitis radiis:
Sic igitur membranis inclusus nativus ignis
tenuibus tunicis se involvit in pupillari orbe,
quae aquae vim defendunt circumfluentis,
ignis autem foras emicans quam late tendit, . . .

* * *

(oculorum) unus est amborum obtutus.

* * * * *

Hoc igitur Fortunae arbitrio sapiunt cuncta.

* * *

Omnia enim scias intellectûs et mentis esse consortia.

* * *

et quatenus tenuissimae partes forte congregatae sunt.

* * *

(Mens) sanguinis in undis alitur circumstrepentis,
ubi intellectus praecipue versatur in hominibus:

Vss. 315-317: *αἵματος — νόημα.*) Affert Porphyrius apud Stob. Ecl. Phys. P. II, p. 1026. Vs. 318 Etymolog. M. et Orion. v. *αἷμα;* eundem latine exhibent Tertullianus de An. c. 15; p. 272. Paris. Chalcidius in Tim. p. 305.

αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.

* * *

πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισιν.

* * *

ὅσσον γ' ἀλλοῖοι μετέφυν, τόσον ἄρ σφισιν αἰεὶ
καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίστατο.

* * *

Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,
στοργῇ δὲ στοργὴν, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ·
ἐκ τούτων γὰρ πάντα πεπήγασιν ἁρμοσθέντα,
καὶ τούτοις φρονέουσι καὶ ἥδοντ' ἠδ' ἀνιῶνται.

* * *

Ἄρθμια μὲν γὰρ πάντα ἑαυτῶν αὐτὰ μέλεσσιν, —

Vss. 318-320: *πρὸς παρεὸν κτλ.* et *ὅσσον γ' ἀλλ.*) Primum horum versuum citat Aristoteles de An. III, 3; p. 502 A. Sequentes partim ibidem, plenius vero Metaph. III, 5, p. 671 F. Ex priore Aristotelis loco eosdem descripsit Philoponus Comment. de An. III, lit. P. Primum versum refert quoque Themistius in Aristot. de An. I, f. 72 A.

Vss. 321-323: *γαίῃ — λυγρῷ.*) Tres hos versus citant Aristoteles de An. I, 2. p. 479 A; Metaph. II, 4; p. 662 E. Sextus Empir. adv. Math. I, s. 303; VII, s. 92, 121; Philoponus in Arist. de Gen. et Corr. II, 6; f. 59 B. Vs. *γαίῃ κτλ.*

sanguis enim cor ambiens hominibus est intellectus.

* * *

Pro re praesenti consilium succrescit hominibus.

* * *

ut quisque variato corpore mutatur, ita cuique
semper varie sapere suppetit.

* * *

Terram enim terrena parte conspicimus, aquam aqua,
aethere aetherem clarum, igni ignem edacem;
amorem amore, litemque lite funesta:
ex his enim omnia conflata constant,
perque haec sapiunt gaudentque dolentque.

* * *

Congruunt enim omnia cum suis quaeque membris, —

---

affert Galenus de Hippocr. et Plat. plac. VII, 5; T. V, p. 218 Chart. Philoponus in Arist. de An. I, lit. E, p. 4, et saepius in eodem commentario; ibidem lit. F, p. 3, citat vss. 321 et 323 conjunctim, omisso versu medio; similiter Proclus in Tim. III, p. 232. Latine hos versus reddidit Chalcidius in Tim. p. 131. Vss. 324 et 325: *ἐκ τούτων γὰρ κτλ.* laudat Theophrastus de sensu, s. 10, p. 651 Schneid.

Vss. 326-334: *Ἄρθμια — ὀργᾷ.*) Citat Simplicius Phys. I, f. 34 A B. Vss. 331 sq. *ἐχθρὰ — ἐκμακτοῖσι*, etiam Theophrastus de Sensu s. 16, p. 653.

ἠλέκτωρ τε χθών τε καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα, —
ὅσσα Φιν ἐν θνητοῖσιν ἀποπλαγχθέντα πέΦυκεν·
ὡς δ' αὔτως ὅσα κρᾶσιν ἐπαρτέα μᾶλλον ἔασιν,
ἀλλήλοις ἔστερκται, ὁμοιωθέντ' Ἀφροδίτῃ.
ἐχθρὰ δὲ πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων διέχουσιν, ἄμικτα
γέννῃ τε κράσει τε καὶ εἴδεσιν ἐκμακτοῖσι,
πάντῃ συγγίγνεσθαι ἀήθεα καὶ μάλα λυγρά,
νεικεογεννητῇσιν ὅτι σφισι πᾶν δέμας ὀργᾷ.

* * *

. . . .
τοῦτον μὲν βροτέων μελέων ἀριδείκετον ὄγκον·
ἄλλοτε μὲν Φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα
γυῖα, τὰ σῶμα λέλογχε, βίου θαλέθουσιν ἐν ἀκμῇ·
ἄλλοτε δ' αὖτε κακῇσι διατμηθέντ' ἐρίδεσσι,
πλάζεται ἄνδιχ' ἕκαστα περὶ ῥηγμῖνι βίοιο.
ὡς δ' αὔτως θάμνοισι καὶ ἰχθύσιν ὑδομελάθροις,
θηρσί τ' ὀρειλεχέεσσιν ἰδὲ πτεροβάμοσι κύμβαις.

* * *

Οἱ δ', εὖτ' ἢ κατὰ Φῶτας ἴδῃ Φάος αἰθέριόν γε,
ἢ κατὰ θηρῶν ἀγροτέρων γένος ἢ κατὰ θάμνων
ἠὲ κατ' οἰωνῶν, τότε μὲν δοκέουσι γενέσθαι·
εὖτε δ' ἀποκριθῶσι, τὸ δ' αὖ δυσδαίμονα πότμον
εἰκαίως καλέουσι, νόμῳ δ' ἐπίΦημι καὶ αὐτός.

Vss. 335-341: *τοῦτον μὲν — κύμβαις.*) Simplicius Phys. VIII. f. 258 A B.
Vss. 342-353: *οἱ δ' εὖτ' ἢ κατὰ φῶτας —— ἐπεὶ λύθεν οὐδ' ἄρ ἔασι.*) Citat Plutarchus adv. Colot. p. 1113; Vol. X, p. 578-580. Vs. 346 citatur ab eodem

lux, terra, coelum atque mare, —
quaecumque inde discerpta inter mortalia errant.
Similiter quae ad miscendum magis convenientia sunt,
mutuo sese amant, Venere consociata.
Infesta vero a se invicem longe dissident, dissociabilia
genere et temperie et formarum effigie,
coalescere omnino nescia valdeque misera,
quoniam ipsis discordi ingenio natis corpus omne turget.

* * *

(Adspice)
formosam hanc humanorum membrorum compagem:
modo amore conspirantia in unum cuncta
quae corpori obtigere membra in vitae flore vigent;
modo rursus malo divulsa dissidio,
seorsim singula circum vitae marginem oberrant.
Similiter in arboribus piscibusque aquigenis
ferisque monticolis et aligeris avibus.

* * *

At illi, quum aut inter homines aliquis lucem adspexerit,
aut ex animantum ferarum genere aut arborum
aut volucrium, tum natum putant;
quum vero se secernant, miserandum fatum
appellant, temere; sed consuetudini ipse me accommodo.

Reip. ger. praec. p. 820; Vol. IX, p. 266. ejusdem versûs pars posterior νόμῳ κτλ.
adv. Colot. p. 1112; Vol. X, p. 577.

* * *

Νήπιοι· οὐ γάρ σφιν δολιχόφρονές εἰσι μέριμναι,
οἳ δὴ γίγνεσθαι πάρος οὐκ ἐὸν ἐλπίζουσιν,
ἠὲ καταθνήσκειν τε καὶ ἐξόλλυσθαι ἁπάντη.

* * *

οὐκ ἂν ἀνὴρ τοιαῦτα σόφος φρεσὶ μαστεύσαιτο,
ὡς, ὄφρα μέν τε βιῶσι, τὸ δὴ βίοτον καλέουσι,
τόφρα μὲν οὖν εἰσὶν καί σφιν πάρα δεινὰ καὶ ἐσθλά,
πρὶν δὲ πάγεν τε βροτοὶ καὶ ἐπεὶ λύθεν, οὐδ' ἄρ ἔασι.

* * * * *

Ὄλβιος ὃς θείων πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
δειλὸς δ' ᾧ σκοτόεσσα θεῶν πέρι δόξα μέμηλεν.

* * *

οὐκ ἔστιν πελάσασθ' οὐδ' ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτὸν
ἡμετέροις ἢ χερσὶ λαβεῖν, ἧπερ γε μεγίστη
πειθοῦς ἀνθρώποισιν ἁμαξιτὸς εἰς φρένα πίπτει.

* * *

(ἐκ τοῦ τρίτου τῶν Φυσικῶν.)

οὔτε γὰρ ἀνδρομέῃ κεφαλῇ κατὰ γυῖα κέκασται,

Vs. 354 sq. Ὄλβιος — μέμηλεν.) Clemens Alex. Strom. VI, p. 615 A.
Vss. 356-358: οὐκ ἔστιν — πίπτει.) Idem V, p. 587 B; Theodoret. Therap. I, p. 476 D.

* * *

Infantes: haud enim longe meditata iis cogitatio est,
qui videlicet fieri sperant quod prius non erat,
vel emori aliquid et pessumdari penitus.

* * *

non talia vir sapiens in animo verset,
quamdiu vivant mortales, quam illi certe vitam nominant,
tamdiu ipsos esse, et bona malaque ipsis obtingere;
priusquam vero concreti et postquam dissoluti sint, non esse.

* * * * *

Felix, qui divinae mentis opes nactus est;
Miser, cui mendax de diis sententia insidet!

* * *

(Deum) attingere nequimus, nec oculis assequi
nostris, nec manibus prehendere, quae amplissima
persuasionis via in hominum mentem se insinuat.

* * *

(E LIBRO TERTIO PHYSICORUM.)

neque enim humano capite in corpore ornatus est

Vss. 359-363: *οὔτε γὰρ ἀνδρ. — θοῇσιν.*) Ammonius in Aristot. *περὶ Ἑρμην.* Sect. 4, f. 54 A. Tzetzes Chiliad. XIII, 80 sqq. Vss. 362 sq item Tzetzes Chil. VII, 525.

οὔτ' ἀπό οἱ νώτων γε δύω κλάδοι ἀΐσσουσιν,
οὐ πόδες, οὐ θοὰ γοῦν', οὐ μήδεα λαχνήεντα·
ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ καὶ ἀθέσφατος ἔπλετο μοῦνον,
φροντίσι κόσμον ἅπαντα καταΐσσουσα θοῇσιν.

* * * * *

Ἔνθ' ἦσαν κτίλα πάντα καὶ ἀνθρώποισι προσηνῆ,
θῆρές τ' οἰωνοί τε, φιλοφροσύνη τε δεδήει.

* * *

δένδρεα δ' ἐμπεδόφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπα τέθηλε,
καρπῶν ἀφθονίῃσι κατήρεα πάντ' ἐνιαυτόν.

* * *

Οὐδέ τις ἦν κείνοισιν Ἄρης θεὸς οὐδὲ Κυδοιμὸς,
οὐδὲ Ζεὺς βασιλεὺς οὐδὲ Κρόνος οὐδὲ Ποσειδῶν,
ἀλλὰ Κύπρις βασίλεια. —
τὴν οἵ γ' εὐσεβέεσσιν ἀγάλμασιν ἱλάσκοντο,
γραπτοῖς τε ζώοισι μύροισί τε δαιδαλεόδμοις
σμύρνης τ' ἀκρήτου θυσίαις λιβάνου τε θυώδους,
ξουθῶν τε σπονδὰς μελιτῶν ῥιπτοῦντες ἐς οὖδας·
ταύρων δ' ἀκρήτοισι φόνοις οὐ δεύετο βωμός,

Vs. 364 sq. ἔνθ' ἦσαν — δεδήει.) Scholiastes Nicandri Theriac. p. 81 Schneid.

Vss. 366 sq. δένδρεα —— ἐνιαυτόν.) Theophrastus de Caus. plant. I, 13 (14). Priorem versum spectat Plutarchus Symp. III, 2, p. 649. Vol. VIII, p. 574.

Vss. 368-377: οὐδέ τις ἦν — ἠέα γυῖα.) Versus hos citat Porphyrius de Abstin. II,

neque ei e dorso duo eminent rami,
non pedes, non agilia genua, non penis hirsutus,
sed mens tantum est sancta atque immensa,
cogitatione celeri mundum universum permeans.

* * * * *

Ibi erant mansueta omnia et mitia hominibus,
feraeque volucresque, et mutuus amor vigebat.

* * *

arbores florebant perpetuo frondes fructusque ferentes,
copiâ pomorum obsitae totum per annum.

* * *

Neque iis Mars ullus erat deus neque Furor,
neque rex Jupiter neque Saturnus neque Neptunus,
sed regina Venus:
quam illi piis placare solebant signis
et pictis imaginibus unguentisque fragrantibus
myrrhaeque purae et turis redolentis suffitu,
et flavi libamina mellis in solum fundentes.
Non vero taurorum immoderatâ caede spargebatur ara,

---

§ 21 et 27, priore loco usque ad vs. 375: *ταύρων — βωμός.* altero loco inde ab hoc versu usque ad *ἠέα γυῖα.* Vss. 368-374: *οὐ δέ τις — οὖδας,* Athenaeus XII princ. p. 510 D. Primos tres versus Eustathius Iliad. *χ*, p. 1261, 44; postremos tres e Porphyrio Eusebius Praep. Eu. IV, p. 152 C; Cyrillus. c. Julian. IX, p. 307.

ἀλλὰ μύσος τοῦτ᾽ ἔσκεν ἐν ἀνθρώποισι μέγιστον,
θυμὸν ἀποῤῥαίσαντας ἐέδμεναι ἠέα γυῖα.

* * * * *

ἐκ μὲν γὰρ ζώων ἐτίθει νεκρὰ, εἴδε᾽ ἀμείβων.

* * *

σαρκῶν ἀλλοιοχρῶτι περιστέλλουσα χιτῶνι.

* * *

ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε,
θάμνος τ᾽ οἰωνός τε καὶ εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθύς.

* * *

ἐν θήρεσσι λέοντες ὀρειλεχέες χαμαιεῦναι
γίγνονται, δάφναι δ᾽ ἐνὶ δένδρεσιν ἠϋκόμοισιν.

* * *

εἰς δὲ τέλος μάντεις τε καὶ ὑμνοπόλοι καὶ ἰητροὶ

Vs. 378: *ἐκ μὲν γὰρ κτλ.*) Clemens Alex. Strom III, p. 432 B.

Vs. 379: *σαρκῶν κτλ.*) Porphyrius in Stobaei Ecl. I, 52; p. 1050. Plutarchus de Esu Carn. II, p. 998; Vol. X, p. 154. Hic sive auctoris nomine.

Vss. 380 sq. *ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ κτλ.*) Citant hos versus Clemens Al. Strom VI, p. 627 D; Philostratus Apoll. vit. I, 1. p. 2; Athenaeus Deipn. VIII, p. 365 E; Diogenes Laërt. VIII, s. 77; Themistius in Arist. de An. I, f. 72 B; Philoponus de An. I, lit. D, p. 16; Olympiodor. in Plat. Phaed. c. 15 cit. Fischer. p. 295. Cyrillus

sed piaculum id erat inter homines maximum,
ereptâ animâ mansueta comedere membra.

* * * * *

E vivis mortua facit, species commutans.

* * *

(Natura) vario induens eos carnis amictu.

* * *

namque et ipse olim puer fui atque puella
et frutex et ales et praepes in aequore piscis.

* * *

inter feras leones montivagi humicubae
evadunt, inter comatas arbores lauri.

* * *

postremo vates hymnorumque cantores et medici

---

c. Julian. VII, p. 243 D; Origenes Philos. III; Antholog. Gr. Bosch. T. I, p. 338; Eustathius Od. σ, p. 1838, 52; Suidas in v. Ἐμπεδ. Cedrenus Chron. T. I, p. 157 Par. Arsenius in Viol. Ms. Dresd. p. 163, cit. Sturz. Latine redditos exhibet Chalcidius in Tim. p. 286.

Vs. 382 sq. *ἐν θήρεσσι κτλ.*) Aelianus Hist. Anim. XII, 7; Schol. in Aphthon. Progymn. cit. Gesnero Orph. fragm. ined. n. 32, p. 511 Herm.

Vss. 384-386: *εἰς δὲ τέλος — φέριστοι.*) Clemens Alex. Strom. IV, p. 534 C; Theodoretus Therapeut. Serm. VIII, p. 599 D.

καὶ πρόμοι ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισι πέλονται,
ἔνθεν ἀναβλαστοῦσι θεοὶ τιμῇσι φέριστοι.

* * *

ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέστιοι ἔν τε τραπέζαις
εὔνιες ἀνδρείων ἀχέων, ἀπόκηροι, ἀτειρεῖς.

ΚΑΘΑΡΜΟΙ.

(ἀρχὴ τῶν καθαρμῶν.)

Ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος
ναίετ᾽ ἀν ἄκρα πόλευς, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
ξείνων αἰδοῖοι λιμένες, κακότητος ἄπειροι,
χαίρετ᾽· ἐγὼ δ᾽ ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητός
πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε,
ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείοις·
τοῖσιν ἅμ᾽ εὖτ᾽ ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθόωντα,
ἄνδρασιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι· οἱ δ᾽ ἅμ᾽ ἕπονται
μυρίοι, ἐξερέοντες ὅπῃ πρὸς κέρδος ἀταρπός,
οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δ᾽ ἐπὶ νούσων,
δηρὸν δὴ χαλεπῇσι πεπαρμένοι ἀμφ᾽ ὀδύνῃσιν,

Vs. 387 sq. ἀθανάτοις — ἀτειρεῖς.) Clemens ibid. V, p. 607 B; Eusebius Praep. Eu. XIII, 13. p. 684 sq.

Vss. 389-400: Ὦ φίλοι — εὐηχέα βάξιν.) Exstant apud Laërtium, VIII, 62. et in Anthol. Gr. Bosch. L. I, t. 86, T. I. p. 338; exceptis vss. 391 et 399. Vs. 389 sq. ὦ φίλοι — πόλευς, item vs. 392: χαίρετ᾽ — πωλεῦμαι, memorantur a Laërtio

et principes terrestribus hominibus exsistunt,
e quibus oriuntur dii honoribus praecellentes.

* * *

immortalium convictu fruentes et inter mensae gaudia
humanis vacui aerumnis, fati seniique immunes.

Carmina Lustralia.

(Initium.)

O amici, qui magna flavi Acragantis moenia
incolitis summâ in urbis parte, honestatis studiosi,
generosa hospitum refugia, pravitatis immunes,
salvete! ego vobis non amplius mortalis sed immortalis deus
versor inter omnes honoratus, ut par est,
vittis cinctus sertisque virentibus:
quorum simulatque intraverim florentes urbes,
a viris et mulieribus honoror, qui me comitantur
innumeri, percontantes quae ad salutem conducant,
alii vaticinia poscentes, alii morborum,
diu quippe saevis cruciati doloribus,

VIII, 54 et 66; posteriorem hunc vs. 392 afferunt item Philostratus Apoll. vit. I, 1; Lucianus pro lapsu inter salut. T. I, p. 726. Hemst. Cedrenus Chron. T. I, p. 157; Sextus Empir. adv. Math. I, s. 302, usque ad τετιμένος. Vs. 391 ξείνων κτλ. insertus est e Diodoro Sic. XIII, 83. Vs. 399 δηρὸν δὴ κτλ. e Clemente Alex. Strom. VI, p. 630 D.

παντοίων ἐπύθοντο κλύειν εὐηχέα βάξιν.

* * *

Ἀλλὰ τί τοῖσδ' ἐπίκειμ', ὡσεὶ μέγα χρῆμά τι πρήσσων,
εἰ θνητῶν περίειμι πολυφθορέων ἀνθρώπων;

* * *

(Οὐ πέλεται τοῖς μὲν θεμιτὸν τόδε, τοῖς δ' ἀθέμιστον,)
ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων νόμιμον διά τε εὐρυμέδοντος
αἰθέρος ἠνεκέως τέταται διά τ' ἀπλέτου αὐγῆς.

* * *

νηστεῦσαι κακότητος.

* * *

Ὦ φίλοι, οἶδα μὲν οὖν, ὅτ' ἀληθείη παρὰ μύθοις
οὓς ἐγὼ ἐξερέω· μάλα δ' ἀργαλέη γε τέτυκται
ἀνδράσι καὶ δύσζηλος ἐπὶ φρένα πίστιος ὁρμή

* * *

Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας

Vs. 401 sq. Ἀλλὰ τί τοῖσδ' — ἀνθρώπων.) Sextus Emp. adv. Mathem. I, s. 302.
Vss. 404-405: ἀλλὰ τὸ μὲν — αὐγῆς.) Aristoteles Rhetor. I, 13. p. 418 G.
Vs. 406: νηστεῦσαι κακ.) Plutarchus de Ira coh. extr. p. 464. Vol. VII, p. 818.

variorum lenientia audire effata optant.

*   *   *

Cur vero his insisto, quasi magnum quid agam,
si caducis antecello mortalibus?

*   *   *

(Non aliis fas est illud, aliis nefas,)
sed communis omnium lex perque late patentem
aërem perque immensum coelum extenta est.

*   *   *

abstemius esto malitiae.

*   *   *

O amici, scio equidem, veritatem inesse verbis
quae enuntio, sed difficile est admodum
hominibus et invisum, fidem in animum illabi.

*   *   *

Mutatâ filium formâ pater trahens amatum

Vss. 407-409: *ὦ φίλοι — ὁρμή.*) Clemens Alex. Strom. V, p. 549 B.

Vss. 410-417: *Μορφὴν δ' ἀλλάξ. — νόοιο;*) Citat Sextus Empir. adv. Math. IX, 129. Vs. 410 sq. *μορφὴν — νήπιος*, Plutarch. de Superst. p. 171; Vol. VI,

σφάζει ἐπευχόμενος, μέγα νήπιος· ὃς δὲ πορεῦται
λισσόμενος θύοντ'· ὁ δ' ἀνηκούστησεν ὁμοκλέων,
σφάξας δ' ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλεγύνατο δαῖτα.
ὣς δ' αὔτως πατέρ' υἱὸς ἑλὼν καὶ μητέρα παῖδες,
θυμὸν ἀποῤῥαίσαντε, φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσιν.

* * *

Οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος; οὐκ ἐσορᾶτε
ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;

* * *

Δειλοί, πανδειλοί, κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθε!

* * *

δάφνης φύλλων ἀπὸ πάμπαν ἔχεσθε!

* * *

τοιγάρτοι χαλεπῇσιν ἀλύοντες κακότησιν
οὔποτε δειλαίων ἀχέων λωφήσετε θυμόν.

* * *

κρηνάων ἀπὸ πέντ' ἀνιμῶντα ἀτειρέϊ χαλκῷ
χρὴ ἀπορύπτεσθαι.

---

p. 654; abruptius Origenes c. Celsum, V, 49, p. 615. Caeterum latine hos versus expressit Chalcidius in Tim. p. 286.

Vs. 418; *Δειλοί, κτλ.*) Gellius N. A. IV, 11; Didymus Geopon. II, 35, 8.

caedit, preces fundens, stolidus: ille vadit supplicans furenti; hic vero increpans eum non exaudit, sed jugulat, dapesque improbas in aedibus parat. Pariter patrem arripiens filius, matremque liberi, ereptâ animâ, cognata devorant membra.

* * *

Nonne desistetis a caede nefanda? nonne videtis viscera vos vestra mandere inscitiâ mentis?

* * *

Miseri, heu miseri, a fabis abstinete manus!

* * *

a lauri ramis plane abstinete!

* * *

propterea, quia feroci exsultatis improbitate, numquam a miseriis animo respirabitis.

* * *

haurientem quinque e fontibus aere adamantino sordibus purgari oportet.

Vs. 419: δάφνης κτλ.) Plutarchus Sympos. II, 1. p. 646; Vol. VIII, p. 562.
Vs. 420 sq. τοιγάρτοι — θυμόν.) Clemens Al. Protrept. p. 17 A.
Vs. 422 sq. κρηνάων κτλ.) Theon Smyrn. Arithm. Platon. c. 1, p. 21 Gelder.

ΕΚ ΤΩΝ ΙΑΤΡΙΚΩΝ, ὡς ἔοικεν.

Φάρμακα δ' ὅσσα γεγᾶσι κακῶν καὶ γήραος ἄλκαρ
πεύσῃ, ἐπεὶ μούνῳ σοι ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα·
παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν
ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἄρουραν,
καὶ πάλιν, εὖτ' ἐθέλῃσθα, παλίντιτα πνεύματ' ἐπάξεις·
θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα, κατὰ θέρος αἰθύσσοντα·
ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων' Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου
κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτεω υἱὸν,
φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα·
ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
φῶτας ἀπέστρεψεν Περσεφόνης θαλάμων.

Vss. 424-432: *Φάρμακα — ἀνδρός.*) Diogenes Laërt. VIII, 59; Eudocia p. 170; Suidas v. *ἄπνους*. Tzetzes Chil. II, 906 sqq. Vss. 426-428: *παύσεις — ἐπάξεις*, Clemens Alex. Strom. VI, p. 630 D.

Vs. 433 sq. *Ἄκρον ἰητρὸν κτλ.*) Diogen. Laërt. VIII, 65; Hesychius Mil. p. 16.

E MEDICO CARMINE, UT VIDETUR.

Medicamina quotquot sunt, morborum seniique remedia,
percipies, quoniam tibi uni haec ego omnia praesto.
Compesces et rapidorum vim ventorum, qui terris
incumbentes spiramine vastant agros;
rursusque, si velis, ultores flatus immittes.
E nigro imbre opportunam reddes siccitatem
hominibus, et vicissim e siccitate aestivâ reduces
imbres arboribus salubres, segetem irrigantes.
Suscitabis ex Orco defuncti animam viri.

EPIGRAMMATA.

A c r o n e m Acragantinum clarum claro patre medicum
celsus habet tumulus praecelsae patriae.

Medicum P a u s a n i a m vere nominatum, Anchiti f.
germanum Aesculapi nepotem Gela aluit patria:
qui multos morbis marcescentes tristibus
viros a Proserpinae thalamis retinuit.

Meurs. Suidas in Ἄκρων. Eustathius Od. ι, p. 1634, 10; Anthol. Bosch. T. III, p. 332. Anonymus Rhetor in ed. Rhett. Gr. Walz. Vol. III, p. 641.

Vss. 435-438: Παυσανίην ἰητρὸν κτλ.) Diogenes Laërt. VIII, 61; Anthol. Bosch. T. II, p. 148.

ΣΥΜΜΙΚΤΑ ΤΙΝΑ.

(πρὸς Τηλαυγῆ, ὥς φασιν.)

. . . κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε.

* * *

(εἰς Πυθαγόραν, ἄλλοι δὲ, εἰς Παρμενίδην.)

Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδώς,
ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
παντοίων τε μάλιστα σόφων ἐπιήρανος ἔργων.
ὁππότε γὰρ πάσῃσιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσι,
ῥεῖά γε τῶν ὄντων πάντων λεύσεσκεν ἕκαστα,
καί τε δέκ' ἀνθρώπων καί τ' εἴκοσιν αἰώνεσσιν.

* * *

. . . καὶ δὶς γὰρ ὃ δὴ καλόν ἐστιν ἐνίσπειν.

* * *

. . . κορυφὰς ἑτέρας ἑτέρῃσι προσάπτων
μύθων, μήτε λόγων ἀτραπὸν μίαν . . .

Vs. 439: *κλυτὲ κοῦρε.*) Hippobotus apud Laërt. VIII, 43.

Vss. 440-445: *Ἦν δέ τις — αἰώνεσσιν.*) Citat Jamblichus Vit. Pythag. s. 67; Porphyrius Vit. Pyth. s. 30. Primos duos versus Timaeus apud Laërtium VIII, 54.

VARIA.

(ad Telaugen, ut fertur.)

. . . inclyte Theanûs et Pythagorae fili!

* * *

(in Pythagoram, ut alii, in Parmenidem.)

Erat inter illos vir quidam eximie doctus,
qui amplissimas ingenii opes possidebat,
omnique doctrinae genere unice excellebat.
Quando enim tota mente contenderet,
facile universae naturae singula perspiciebat,
supra decem, immo viginti hominum secula sapiens.

* * *

nam et bis dicatur quod pulcrum sit.

* * *

argumentorum capita diversa inter se
copulans, nec unum disserendi tenorem (sequens.)

Vs. 446: *καὶ δὶς κτλ.*) Plutarchus in lib. Non posse suaviter vivi sec. Epicur. p. 1103; Vol. IX, p. 541.

Vs. 447 sq. *κορυφὰς κτλ.*) Plutarchus de def. Orac. p. 418; Vol. VII, p. 647.

Aristoteles de Respir. c. 14, p. 560 E:

449. Ἐμπεδοκλῆς δ' οὐ καλῶς τοῦτ' εἴρηκε, φάσκων τὰ θερμότατα καὶ πῦρ ἔχοντα πλεῖστον τῶν ζώων ἔνυδρα εἶναι, φεύγοντα τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐν τῇ φύσει θερμότητος· . . . . ὅλως μὲν οὖν ἄτοπον, πῶς ἐνδέχεται γενόμενον ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ ξηρῷ μεταβάλλειν τὸν τόπον εἰς τὸ ὑγρόν· . . . ὁ δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν σύστασιν λέγων γενέσθαι μὲν ἐν τῷ ξηρῷ φησὶ, φεύγοντα δ' ἐλθεῖν εἰς τὸ ὑγρόν.

Eodem pertinet locus Theophrasti de Caus. Plant. I, c. 21 (26):

Οὕτω γὰρ εὐθὺς καὶ τὴν φύσιν γεννᾷν, ὡς ὑπὸ μὲν τοῦ ὁμοίου φθειρομένων (τῶν ζώων) διὰ τὴν ὑπερβολὴν, ὑπὸ δὲ τοῦ ἐναντίου σωζομένων, οἷον εὐκρασίας τινὸς γενομένης, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ τῶν ζώων· τὰ γὰρ ὑπέρπυρα τὴν φύσιν ἄγειν εἰς τὸ ὑγρόν.

* * *

Aristoteles de Gen. Anim. II, 8; p. 830:

450. Τὸ δὲ τῶν ἡμιόνων γένος ὅλον ἄγονόν ἐστιν· περὶ δὲ τῆς αἰτίας . . . . . Ἐμπεδοκλῆς αἰτιᾶται τὸ μίγμα τὸ τῶν σπερμάτων γίνεσθαι πυκνὸν ἐκ μαλακῆς τῆς γονῆς οὔσης ἑκατέρας· συναρμόττειν γὰρ τὰ κοῖλα τοῖς πυκνοῖς ἀλλήλων, ἐκ δὲ τῶν τοιούτων γίνεσθαι ἐκ μαλακῶν σκληρόν, ὥσπερ τῷ καττιτέρῳ μιχθέντα τὸν χαλκόν.

* * *

Aristotel. Meteor. II, 3. p. 430 B; Plutarch. Plac. Phil. III, 16:

451. Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκεν, ἱδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλατταν.

* * *

Plutarchus adv. Colot. p. 1113; Vol. X, p. 579:

452. Τοὺς τῇ συγκρίσει ταύτῃ καὶ διακρίσει φύσιν τινὰ καὶ πότμον δυσδαίμονα καὶ θάνατον ἀλοιτὴν ἐπικατηγοροῦντας ᾗ σφάλλονται διδάξας, οὐκ ἀφείλετο τὸ χρῆσθαι ταῖς εἰθισμέναις φωναῖς περὶ αὐτῶν.

* * *

Plutarchus Sympos. V, p. 683; Vol. VIII, p. 722:

453. Τοῦ ἀνδρὸς (Ἐμπεδοκλέους) οὐ καλλιγραφίας ἕνεκα τοῖς εὐπροσωποτάτοις τῶν ἐπιθέτων ὥςπερ ἀνθηροῖς χρώμασι τὰ πράγματα γανοῦν εἰωθότος, ἀλλ' ἕκαστον οὐσίας τινὸς ἢ δυνάμεως δήλωμα ποιοῦντος· οἷον ἀμφιβρότην χθόνα τὸ τὴν ψυχὴν περικείμενον σῶμα, καὶ νεφεληγερέτην τὸν ἀέρα, καὶ πολυαίματον τὸ ἧπαρ.

* * *

Jo. Philoponus in Aristot. de Gen. et Corr. II, f. 70 A:

454. Εἰ λέγοι τις, καὶ αὐτὰ ταῦτα τὰ στοιχεῖα κατ' ἀριθμὸν τὰ αὐτὰ διαμένειν· τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἀριθμῷ (f. l. ἶσα δὲ ταῦτα ἀριθμῷ), ὥςπερ Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγε· ῥητέον, ὅτι ὁ τοιοῦτος ἀγένητα φησὶν εἶναι τὰ στοιχεῖα.

Hesychius:

455. Βαυβώ· τιθήνη Δήμητρος· σημαίνεται δὲ καὶ κοιλίαν, ὡς παρ' Ἐμπεδοκλεῖ.

* * *

Plato Gorg. p. 493 A:

456. Ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν (Ἡρακλείτου) ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ ἐπιθυμίαι εἰσὶ, τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω κάτω, — καὶ τοῦτο (τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος) ἄρα τις μυθολογῶν κομψὸς ἀνήρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός (Ἐμπεδοκλῆς?), παράγων τῷ ὀνόματι διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πειστικὸν ὠνόμασε πίθον, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀμυήτους· τῶν δ' ἀμυήτων τοῦτο τῆς ψυχῆς, οὗ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσί, διὰ τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανόν, ὡς τετρημένος εἴη πίθος, διὰ τὴν ἀπληστίαν ἀπεικάσας.

* * *

Aristoteles de Insec. lin. extr. p. 929 F:

457. Τὸ ἄρθρον διάφορόν πως ἐστί, διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησε· διὸ δεῖ ὀρθῶς.

Martianus Rota illud sic exhibet latine:

Articulis semper constat junctura duobus.

Gracce fortasse hoc vel tali modo legendum:

δοιῶν δὴ ἄρθρον μελέων ἐκ πήγνυται αἰεί.

Aristoteles Poët. c. 21. (c. 22 Bip.)

458. Loquitur de *metaphora:* ὁμοίως ἔχει ἑσπέρα πρὸς ἡμέραν καὶ γῆρας πρὸς βίον· ἐρεῖ τοίνυν (ποιητὴς) τὴν ἑσπέραν γῆρας ἡμέρας, καὶ τὸ γῆρας ἑσπέραν βίου, ἢ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, δυσμὰς βίου.

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

Diogenes Laërt. VIII, 63.

Οἱ Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι, οἰκίας δὲ κατασκευάζονται ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι.

Maximus Conf. Serm. T. II, p. 581.

Ἐρωτηθεὶς, διατί σφόδρα ἀγανακτεῖς κακῶς ἀκούων; ἔφη· Ὅτι οὐδὲ ἐπαινούμενος αἰσθήσομαι, εἰ μὴ κακῶς ἀκούων ἀχθήσομαι.

Aristoteles M. Moral. II, 11; Ethic. Eud. VII, 1. p. 138 H, et p. 201 C.

Φασὶ, κυνός ποτε ἀεὶ καθευδούσης ἐπὶ τῆς αὐτῆς κεραμῖδος, ἐρωτηθέντα τὸν Ἐμπεδοκλέα, διατί ποτε ἡ κύων ἐπὶ τῆς αὐτῆς κεραμῖδος καθεύδει; εἰπεῖν· Ὅτι ἔχει τι τῇ κεραμῖδι ὅμοιον ἡ κύων· ὡς διὰ τὸ ὅμοιον τὴν κύνα φοιτῶσαν.

Maximus Conf. Serm. T. II, p. 585.

Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικὸς πρὸς τὸν λέγοντα, ὅτι οὐδένα σοφὸν δύναμαι εὑρεῖν, Κατὰ λόγον, εἶπε, τὸν γὰρ ζητοῦντα σοφὸν αὐτὸν πρότερον εἶναι δεῖ σοφόν.

COMMENTARIUS.

COMMENTARIUS

IN

EMPEDOCLIS CARMINA.

DE NATURA.

Vss. 1—8. Ἔστιν Ἀνάγκης κτλ.) Hos versus in carminis prooemio positos fuisse ostendunt verba Plutarchi, l. l. ὁ δ' Ἐμπεδοκλῆς ἐν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας προαναφωνήσας, Ἔστιν Ἀνάγκ. Plutarchus tamen Empedoclis versus non continua serie sed carptim refert, quaedam hic illic intermittens, quae alii scriptores suggerunt; unde ea interponere non dubitavi.

Vss. 1 et 2. Ἀνάγκης χρῆμα, non sign. *rem necessitatis* s. *rem necessariam*, ut interpretatur Sturz. sed χρῆμα hîc notat *fatum* s. *decretum*. Plato in Phaedro p. 248, in quo loco poëticus et paene Empedocleus color inest, simili sensu dicit θεσμὸς Ἀδραστείας. Appositum quoque Gorgiae dictum cit. Sturzio, Encom. Hel. p. 94 Reisk. ἀνάγκης ψήφισμα. Duplex ista significatio inest quoque in cognato vocabulo χρῆσις, quod tam *usum* quam *vaticinium* notat. — ἔστιν Ἀνάγκης ed. Reisk. pro vulg. ἐστί τι Ἀν. vel ἔστι τῆς Ἀν. Pro ψήφισμα in Simplicio legitur σφράγισμα, ortum facile per librariorum negligentiam e sequenti κατεσφρηγισμένον. — πλατέεσσι ὅρκοις, ut vs. 68: πλατέος ὅρκου.

Vs. 3. ἀμπλακίῃσι, *per scelus*; ut vs. 417: ἀκηδείῃσι νόοιο. Homer. Il. κ, 350: ἀφραδίῃσιν. ibid. 122: ἀφραδίῃσι νόοιο, alia. φίλα γυῖα μιήνῃ est nihil aliud quam ἑαυτὸν μιήνῃ, quod moneo, ne quis Sturzii interpretatione in errorem ducatur.

Illud autem φόνῳ μιαίνεσθαι ita accipit Plutarchus, ut universe violentam et improbam voluptatis cupiditatem significet, de Esu Carn. Orat. I extr. Vol. X. p. 144 Reisk. ἀλληγορεῖ γὰρ ἐνταῦθα (ὁ Ἐμπεδοκλῆς) τὰς ψυχὰς, ὅτι φόνων καὶ βρώσεως σαρκῶν καὶ ἀλληλοφαγίας δίκην τίνουσαι σώμασι θνητοῖς ἐνδέδενται.

δαίμονες οἵ τε βίοιο κτλ.) Pluralis οἵ τε post praecedens τις nihil habet insolitum: cf. e. g. Homer. Il. ω, 650:

μή τις Ἀχαιῶν
ἐνθάδ' ἐπέλθῃσιν βουληφόρος, οἵ τε μοι αἰεὶ
βουλὰς βουλεύουσι παρήμενοι.

quod autem δαίμονες cum sq. οἵτε congruat, ac non potius cum praecedenti τις, aegre tulerunt viri docti: idcirco Heerenus in Stob. Ecll. P. I, p. 895 et Sturzius mutarunt in δαίμων. Frustra, opinor. Nam si scriptum esset οἵτε δαίμονες κτλ. nihil, credo, haberet molesti; unum ergo quod offendat hoc est, quod inversus sit istorum verborum ordo. Sed istiusmodi licentiam facile dat metrum: sic Sophocles Trachin. vs. 152:

τότ' ἄν τις εἰσίδοιτο, τὴν αὑτοῦ σκοπῶν
πρᾶξιν, κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαρύνομαι.

pro quo usitatius foret: οἷς ἐγὼ κακοῖσι βαρ. Deinceps vulgo legitur: οἵτε μακραίωνες λελόγχ. βίοιο, in quibus primum cum Scaligero reliquisque intpp. recepi μακραίωνος pro — ες; deinde, ut metro satisfieret, vocabula μακραίωνος et βίοιο transposui. Haeserant tamen in eo interpretes: Scaliger in Leyd. ms. pro λελόγχασι scripsit λελόχασι; ad exemplum fortasse Homerici φάρυγος pro φάρυγγος, Od. ι, 373. Hoeschelius ad Origen. reponit λελάχασι, quod recepit Sturzius; id vero nihilo melius: nam λέλαχα (factum ex εἴληχα) habet penultimam α longam, nec confundendum cum epica forma λελαχεῖν, λελάχητε, λελάχωσι, α brevi. In λελόγχασι autem metri gratia penultima correpta est, ut vs. 301. cf. Homer. Od. λ, 304.

μακραίων βίος. Sic θεοὶ δολιχαίωνες infra vs. 135. Μοῖραι μακραίωνες Sophocl. Antig. 987. Riserunt hoc Epicurei, ὡς οὐ δυνατόν ἐστι (δαίμονας) φαύλους καὶ ἁμαρτητικοὺς ὄντας μακαρίους καὶ

μακραίωνας εἶναι. Plutarch. de Orac. def. p. 420. (Vol. XII, p. 655.)· Quasi μακραίων idem sit atque μακάριος.

Vs. 5. τρίς μιν μυρίας κτλ.) Origenes perperam τρὶς μὲν —— ἀλαλῆσθαι. vid. annot. ad vs. sq. Numerus *ternarius* antiquitus quasi consecratus: sic τρὶς μυρίοι daemones versantur in terris, secundum Hesiod. Op. et D. vs. 252 Cler. Quod autem magis appositum, τρισχιλίοισι ἔτεσι Aegyptii absolvebant animarum per varia corpora migrationem, auctore Herodoto, II, 123. Qui *ter* (ἐς τρίς) utrimque, in terris et in inferis, sine labe vixissent, his aditum in beatorum insulas patere canit Pindarus. Olymp. II, 75. Boeckh. Denique secundum Platonem, qui integre et caste philosophantes, *ter* deinceps hoc vitae genus secuti essent, illorum animae τρισχιλιοστῷ ἔτει in coelum evolabant: Phaedr. p. 249 A. cf. quae de ternario numero monet Rittersh. in Porphyr. vit. Pyth. n. 38, p. 55. Empedocles autem dicit ὥρας, indefinitum temporis spatium pro finito; videtur *annos* significare. Caeterum in talibus explicandis non nimia sedulitas ponenda, ut facit Sturzius h. l. qui ὥρας interpretans *menses*, omnem illum numerum ad *triginta hominum aetates* referre studet.

Vs. 6. γεινόμενον κτλ.) Apud Origenem l. l. haec leguntur: ἐπειδὴ δὲ σώματι συνδεθέντες ἄνθρωποι γεγόνασιν, εἴτε οἰκονομίας τῶν ὅλων ἕνεκεν, εἴτε ποινὰς ἁμαρτίας ἀποτιννύντες, εἴθ' ὑπὸ παθημάτων τινῶν τῆς ψυχῆς βαρυνθείσης, μέχρις ἂν τεταγμέναις περιόδοις ἐκκαθαρθῇ· δεῖ γὰρ κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα,

τρὶς μὲν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλαλῆσθαι,
γινομένην παντοίαν διὰ χρόνον ἰδέαν θνητῶν.

Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 113 et Ast. in Platon. Phaedr. p. 309, hunc locum citantes male exhibent ἀλαλᾶσθαι et γενομένην. Ultima autem verba Sturzius hoc modo in numeros redigit vs. 163:

εἴδεα τῶν θνητῶν παντοῖα διὰ χρόνον ὄντα.

Parum feliciter. Simplicior emendandi ratio sponte se offerebat. παντοίαν — ἰδέαν in παντοῖα — εἴδεα mutandum esse,

ipsum indicat metrum. γινομένην autem, quod Origenes refert ad ψυχὴν, mutandum esse in γεινόμενον s. γιγνόμενον, intell. μιν sive δαίμονα, ostendit verborum constructio. Denique ineptum istud χρόνον eo facilius mutavi in χρεῶ sive χρεὼν, quod ista vocabula non semel confusa videntur; exemplum protuli Comment. in Parmen. vs. 95 p. 105; alterum affert Bast. Comm. Palaeogr. p. 849. Ordo est: χρεώ (χρή) μιν γεινόμενον ἀλάλησθαι διὰ παντοῖα εἴδεα θνητῶν. Posset quoque pro χρεῶ legi χρέος, *necessitas*, et verba sic ordinari: (ψήφισμά ἐστι) ἀλάλησθαί μιν γιγνόμ. παντοῖα εἴδεα θν. διὰ χρέος, *necessitate varias induentem mortalium formas.* Sic πάντα γίγνεσθαι Homer. Od. δ, 417, 458; Emped. vs. 144. Plato, Tim. p. 49 C. Vocabulum χρέος, *necessitas*, usurpat etiam Parmen. vs. 64, ad q. l. cf. Comment. p. 91.

Vs. 7. τὴν καὶ ἐγὼ κτλ.) Etiam haec verba interpretum curam exercuerunt: plerique pro εἶμι legerunt εἰμὶ, et τὴν mutandum censuerunt, alii in τῇ, alii in τῶν, intell. μακάρων. Windetus in Crenii fascic. IV Opuscul. hist. ac philol. p. 85, legendum proponit: δὴν καὶ ἐγὼ νῦν εἶμι, quod non displicebat Sturzio. Sed τὴν retinendum est, intellecto ὁδόν vel πλάνην. Quum tamen Plutarchus in his referendis plures versus omiserit, non mirarer, si ante hunc quoque versum unus alterve excidisset, unde vocabulum illud repetendum foret. Lectio autem εἶμι satis constat. Non aliter legit Philoponus l. l. verba sic citans: ὡς καὶ ἐγὼ δεῦρ' εἶμι. item Plotinus l. l. dicens: Ἐμπεδοκλῆς εἰπὼν, ἁμαρτανούσαις νόμον εἶναι ταῖς ψυχαῖς πεσεῖν ἐνταῦθα, καὶ αὐτὸς Φυγὰς θεόθεν γενόμενος ἥκειν, πίσυνος μαινομένῳ νείκει.

Φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης.) Plutarchus l. l. haec addit: τὴν γένεσιν ἀποδημίαν ὑποκορίζεται, τῷ πρᾳοτάτῳ τῶν ὀνομάτων· τὸ δ' ἀληθέστατον, φεύγει (ἡ ψυχὴ) καὶ πλανᾶται θείοις ἐλαυνομένη δόγμασι καὶ νόμοις. Cum hac autem Empedoclis sententia, homines esse daemones coelo tanquam patriâ extorres, recte compararunt interpretes, quae Plato in Phaedro p. 246, de

animis quasi vaticinatur, fingens, eas olim cum Diis in coelo versatas, mox fractis alis in terram delapsas esse. Empedoclis δαίμων φυγὰς καὶ ἀλήτης Platonis ψυχῇ πτεροῤῥυησάσῃ similis est. Longius vero processit Hermannus, quum e Platonis oratione Empedocleos versus eruere conatus est, Dissert. de officio interpretis, p. 10 sq. quem jure redarguit Boeckh. in Annal. crit. Berolin. Januar. 1835. Quae Plato ab Empedocle delibavit, jam animadversa sunt Astio Comm. in Phaedr. p. 291, 294, al. — φυγὰς θεόθεν, similiter Aeschylus dixit φυγάδ' οὐρανοῦ θεόν. apud Plutarch. de Exsil. Vol. VIII, p. 395 sq.

Vs. 8. Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος.) πίσυνος, i. e. *parens*, *obsequens*, ut vi coactus: qua significatione recte accepit Gesner. in Orph. Argon. vs. 263 et 705 (710). Νεῖκος μαινόμενον, *Discordia demens*, Virgil. Aen. VI, 280.

Vss. 9 et 10. οἴμοι ὅτ' οὐ πρόσθεν κτλ.) Diem exsecratur quo primum cruentis dapibus et caede se polluisset, quippe qui initium ei omnium malorum fuisset. Apte hi versus quadrare mihi visi sunt in hunc locum, ubi ut reliquorum daemonum sic suam quoque sortis miseriam deplorat. Tamen si quis inter καθαρμοὺς referre malit, ut fecit Sturzius, nihil obstat.

νηλεὲς ἦμαρ Homerice: ut Il. λ, 484. — μαστεύσασθαι scripsi pro vulg. μητίσασθαι. nam etsi μητίσασθαι ἔργον recte dicitur *facinus moliri*, *inceptare*, tamen χείλεσι μητίσασθαι parum congruum est; incongruum item additum istud περί. Reiskii interpretatio, *callide et artificiose* (i. e. περὶ) *committere scelera labiis*, haud satisfacit. Aptissimum contra χείλεσι μαστεύσασθαι, uti infra vs. 350, φρεσὶ μαστεύσασθαι, ubi verbum istud item obliteratum erat. Significat autem, similiter ut μαίεσθαι a quo derivatum est, *attrectare*, tum, *experiri*, *inquirere*; posterior significatio usitatior quidem, altera tamen non minus propria. Utramque notat Hesychius: μαστεύει· ζητεῖ — ψηλαφᾷ. Praepositio περὶ huic verbo optime congruit, *circum attrectare labiis*. Cf. quae annotata sunt vs. 350.

Vs. 11 sq. ἐξ οἵης τιμῆς κτλ.) Clemens l. l. haec dicit, de

justo loquens: οὐχ ὑβρίζων τὸν πειράζοντα (i. e. diabolum), παιδεύων δὲ, οἶμαι, καὶ ἐλέγχων,

ἐξ οἵης τιμῆς καὶ οἵου μήκεος ὄλβου,

ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, ὧδε λιπὼν κατὰ θνητῶν ἀναστρέφεται. Dicta sunt ista e persona Empedoclis, prioris vitae beatitatem desiderantis. In priore versu pro καὶ οἵου potius cum Plutarcho legendum esse τε καὶ ὅσσου, sponte patet; sed posteriora etiam verba versûs vestigia continere, quisque, opinor, admonitus sentiet: indicat tum vocabulum ὧδε, tum magis etiam verborum numerus. Pro λιπὼν autem sensus postulare videbatur πεσὼν (cf. Plotini verba citata ad vs. 7.), et pro ἀναστρέφεται, — ομαι. Deëst autem nomen quo referatur praepositio κατὰ. Fortasse Empedocles tale quid scripserit: ὧδε πεσὼν δειλαῖος ἀναστρέφομαι μετὰ θνητῶν. vel: ὧδε πεσὼν κευθμῶνας ἀναστρέφομαι κάτα θνητῶν, quemadmodum vs. 31 ἄντρον terram vocat. — μῆκος ὄλβου, ut infra vs. 441: μήκιστον πλοῦτον. Pindar. Pyth. II, 26: μακρὸς ὄλβος. Sophocles Antig. vs. 393: μῆκος (ἡδονῆς).

Vs. 13. κλαῦσα κτλ.) Indicat poëta, quo sensu afficeretur, quum primum in terram delapsus corpus intraret. Imaginem recens nati infantis in se transfert.

Vs. 14 sq. Ὦ πόποι, κτλ.) ὦ δειλὸν scripsit Scaliger ad Steph. Poës. phil. pro ἦ δειλὸν, probante Sturzio. δυσάνολβος similiter formatum ut δυσάμμορος, Iliad. χ, 428; ne quis, ut Naekius Choeril. conj. δὶς ἄνολβον. — οἵων ἐξ ἐρίδων spectat ad aerumnas et fata, quibus homines, vel potius daemones coelo dejecti, jam prius quam mundum intrarent, conflictati essent. Multos similes poëtarum locos vitam lugentium suppeditat Clemens l. l.

Vss. 16-19. Αἰθέριον μὲν γὰρ κτλ.) Talem sortem, dicit Plutarchus, nacti sunt οἱ θεήλατοι καὶ οὐρανοπετεῖς ἐκεῖνοι δαίμονες (vid. vs. 4 sq.), poenas delictorum luentes, donec purgati rursus in suam et naturalem sibi sedem revertantur. Plutarchus de Is. de Os. l. l. male ἐξαῦθις pro ἐς αὐγὰς; idem de

vit. aer. alien. πόντος δὲ χθονὸς, omisso ἐς; similiter Eusebius; denique posteriore loco Plut. ἀν-έπτυσε, altero ἀπ-, item Eus. sed ἀνέπτυσε convenientius de mari in terram *ejiciente*. Hac autem jactatione per diversa elementa intelligi puto formarum mutationem, qua daemones isti modo in aërias, modo aquaticas, modo terrenas animantes converterentur, variasque figuras induerent, ut modo dixit vs. 6. Caeterum Empedoclea haec de daemonibus placita apud seriores quoque admodum pervulgata et celebrata fuisse, ostendit Plutarchi locus de Orac. defectu, p. 418; Vol. VII, p. 648, ubi de illis dicitur: τὸ δὲ τοῖς δαίμοσι τούτοις, μονονουχὶ ῥάγδην λαμβάνοντας ἐκ τῶν ἐπῶν τῶν Ἐμπεδοκλέους, ἁμαρτίας καὶ ἄτας καὶ πλάνας θεηλάτους ἐπιφέρειν, . . . θρασύτερον ἡγοῦμαι καὶ βαρβαρικώτερον. Similis color est in Virgilii descriptione animarum quae in inferis plectuntur, quamquam dissimili sensu, Aen. VI, 740:

Ergo exercentur poenis, veterumque malorum
Supplicia expendunt. Aliae panduntur inanis
Suspensae ad ventos, aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Vss. 20-23. ἀτερπέα χῶρον — ἠλάσκουσιν.) Hierocles l. l. memorato daemonis sive hominis lapsu in terram, deinceps addit: ἄνεισι δὲ καὶ τὴν ἀρχαίαν ἕξιν ἀναλαμβάνει, εἰ φύγοι τὰ περὶ γῆν καὶ τὸν »ἀτερπέα χῶρον," ὥς αὐτὸς λέγει, »ἔνθα Φόνος — Κηρῶν," εἰς ὃν οἱ ἐμπεσόντες »Ἄτης ἀνὰ λειμῶνα — ἠλάσκουσιν." E quibus colligi probabiliter licet v. ἠλάσκουσι non referendum esse ad Φόνος et Κότος, sed ad homines sive daemones e coelo in terram delapsos (οἱ ἐμπεσόντες), adeoque hos versus non ita jungendos esse, ut facit Synesius: ἔνθα Φόνος τε Κότος — ἠλάσκουσιν, sed a se invicem dirimendos. Lectio paullum variat. Hieroclis ed. Ἄτης ἀνὰ (codd. ἂν) λειμ. τε καὶ σκότος Ita quoque Scaliger. Synesius Ἄ. ἐν λειμῶνι κατὰ σκότον. Porro alter φόνος, alter φθόνος. Proclus inverso ordine κότος τε φόνος τε.

Vs. 20 sqq. *ἀτερπέα χῶρον, ἔνθα Φόνος κτλ.*) De *terra* dicit, quod de *Orco* Homerus Od. λ, 94:

ἤλυθες, ὄφρα ἴδῃ νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον.

Porro in terra item collocat monstra illa, quae poëtae ad inferos relegare solebant, unde in Empedoclem transferri possunt, quae de priscis mysteriorum auctoribus dicit Macrobius Somn. Scip. I, 10: »Qui per diversas gentes auctores constituendis sacris ceremoniarum fuerunt, aliud esse inferos negaverunt quam ipsa corpora, quibus inclusae animae carcerem foedum tenebris, horridum sordibus et cruore, patiuntur: hoc *animae sepulcrum*, hoc *Ditis concava*, hoc *inferos* vocaverunt." Quae autem in Empedoclea hac descriptione desiderantur, suppleri paene possint e Virgiliana descriptione Orci, Aen. VI, 273 sqq.

Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci
Luctus et ultrices posuere cubilia Curae,
Pallentesque habitant Morbi, tristisque Senectus,
Et Metus, et malesuada Fames, ac turpis Egestas;
Terribiles visu formae; Letumque, Labosque,
Tum consanguineus Leti Sopor, et mala mentis
Gaudia; mortiferumque adverso in limine Bellum,
Ferreique Eumenidum thalami, et Discordia demens.

Alter vero versus, *αὐχμηραί τε νόσοι* — quem Proclus, etsi non nominato auctore, cum superiore connectit, Empedocle indignus mihi videtur; profectum credo a seriore quodam *χρησμολόγῳ*, qui interdum Empedocleos versus tanquam splendidos pannos suis neniis adsuere soliti erant. Namque istud *σήψιες ἔργα τε ῥευστὰ* olet seriorem aetatem, quae vocabula ista a *fluminis* et *undae* similitudine, qua jam Heraclitus et Plato usi erant, petita frequenter ad res humanas transferre solebat. Sic rerum natura vocatur *ἡ ῥευστὴ οὐσία* a Plutarcho Qu. Rom. Vol. VII, p. 87; et a Scriptore Incredib. c. 9, p. 88 Gal., ubi de Narcisso loquitur: *οὐ γὰρ εἰς ὕδωρ ἀπεπνίγη, ἀλλ' ἐν τῇ ῥευστῇ τοῦ ἐνύλου σώματος φύσει τὴν ἑαυτοῦ θεασάμενος σκιὰν, ἤτοι τὴν ἐν τῷ σώματι ζωήν.* Eodem sensu a Proclo in Tim. V

p. 339, ubi Empedoclis etiam mentio fit, memorantur ex oraculo quodam σκολιὰ ῥεῖθρα, intell. *res fluxae*. Ipsius verba excerpsisse non poenituerit: ὁ μὲν ποταμὸς (παρὰ Πλάτωνι) οὐ τὸ ἀνθρωπινὸν δὴ σῶμα σημαίνει μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσων τὴν περικειμένην ἔξωθεν ἡμῖν γένεσιν. . . . οὕτω δὲ καὶ ἐν Πολιτείᾳ (ὁ Πλάτων) τὸν τῆς Λήθης ποταμὸν ἀπεκάλεσε πᾶσαν τὴν γενεσιοῦργον φύσιν, ἐν ᾗ καὶ ἡ Λήθη, καὶ ὁ τῆς Ἄτης λειμὼν, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, . . . καὶ τὰ σκολιὰ ῥεῖθρα, ὑφ᾽ ὧν οἱ πολλοὶ κατασύρονται, ὡς τὰ λόγια φησίν. — σκολιὰ ῥεῖθρα atque ἔργα ῥευστὰ fere paria sunt. Ut autem Proclus h. l. cum Ἄτης λειμῶνι conjungit Λήθης ποταμόν, similiter fere Themistius Orat. XX. p. 240 C: ἐν τῷ κλύδωνι καὶ τῷ λειμῶνι τῆς Ἄτης. Apparet inde, serioris aevi scriptores lubenter notiones istas conjunxisse; ex hoc fonte etiam versiculus iste fluxisse videtur.

Vs. 23. Ἄτης λειμὼν, vocatur terrestris habitatio, exsulantium daemonum sedes. Vocabulum λειμών post Empedoclem multi figurate usurparunt: ἀληθείας λειμὼν καὶ πέδιον dicit Plato Phaedr. p. 248; Ἅιδου λειμῶνες Plutarchus de fac. orb. Lun. p. 943 C; ἀρετῆς λειμὼν Orph. Lithic. vs. 81; cf. Jo. Gazaeus vs. 90. Plura exempla suppeditant Creuzer. in Plotin. de pulcr. p. 102, n. 67; Ast. in Platon. Phaedr. p. 305 sq. Empedocleum dictum tangunt Proclus et Themistius modo citati; Nicephor. Progymn. in Rhett. Gr. Vol. I, p. 487 Walz. item p. 493, ubi jungit Ἐριννύων ἄλσος, λειμὼν Ἄτης. — σκότος item frequenter in vitam terrestrem transferri solet. Lucretius II, 14:

> O miseras hominum mentes! O pectora caeca,
> Qualibus in t e n e b r i s vitae quantisque periclis
> Degitur hocce aevi quodcumque est!

Praecipue hoc usurpant Neo-Platonici, ut Plotinus de pulcr. p. 56 (Creuz.) Empedoclis haud immemor: »Qui corporeae voluptati se dediderit, οὐ τῷ σώματι, τῇ δὲ ψυχῇ καταδύσεται εἰς σκοτεινὰ καὶ ἀτερπῆ τῷ νῷ βάθη. Olympiodor. in Gorg.

cit. Creuz. ibid. p. 282, de Hercule: κατηγωνίσατο τὸν σκοτεινὸν καὶ χθόνιον βίον, καὶ λοιπὸν ἐν ἡμέρᾳ . . . ἔζη. Proclus in Tim. p. 339, de anima loquens: ἐνάψασα ἐν τῷ σώματι φῶς, αὐτὴ δὴ ἐν σκότῳ γεγονυῖα.

Vs. 24 sqq. ἔνθ' ἦσαν Χθονίη κτλ.) Plutarchus hos versus referens, ostendit in vita hominum bona malis mixta esse, quapropter Empedoclem recte arbitratum esse, diversos Genios et diversa Fata nascentibus obtingere: ὡς Ἐμπεδοκλῆς, inquit, διτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες. quod deinceps his versibus declarat. Sunt ergo hi quasi Genii, partim boni, partim mali, hominum vitam moderantes: quibus Empedocles figurate hominum studia, motus, affectionesque expressit; quemadmodum Plutarchus ipse haec paullo post interpretatur, παθῶν σπέρματα appellans. Si autem haec cum praecedentibus comparentur, non improbabile videatur, Empedoclem finxisse se in terram delapsum in hanc Geniorum turbam incidisse, ipsi se duces offerentium. Eosdem loquentes inducit vs. 31. Illorum nomina partim quidem a fabulosa antiquitate desumta, pleraque tamen ipse finxit, eâdem usus licentiâ qua quondam Orpheus, Hesiodus, alii. In enumerandis autem iis paria inter se opposuit, quo singulorum significatio clarius elucet.

Vs. 24 sq. Χθονίη, terrenis, humilibus in rebus occupata; vulgo Χθόνιοι vocantur dii inferi, oppositi superis; Empedocli vero terra est quasi inferna sedes, coelesti opposita. Ἡλιόπη, coelestia spectans, quales fere Ἡλιάδες Parmen. vs. 6; ταναῶπις, ad remota et abdita aciem intendens. — Ἁρμονίη et Δῆρις, auctore Plutarcho, eaedem sunt atque Φιλία et Νεῖκος, quamquam hîc non intelliguntur vires universi moventes, sed singulorum hominum studia. θεμερῶπις, pro quo apud Plutarch. legebatur uno loco ἱμερῶπις, altero μέροπι, debetur Bentleii acumini: sic θεμερῶπις Αἰδὼς Aeschyl. Prom. vs. 134. Hesychius: θεμερόπις, ἐρασμία. ubi cf. intpp. Scaliger legit ἱερῶπις.

Vs. 26. Καλλιστώ, simili forma qua vs. 29: Μεγιστώ.

Δηναίη Bentleius dedit pro Δειναίη. Θόωσα et Δηναίη, Celeritas et Tarditas, vel Temeritas et Cunctatio.

Vs. 27. Νημέρτη cum Scaligero scripsi pro Νημερτής, quoniam omnia haec daemonum nomina feminini generis facit Empedocles. Formatum est eodem modo ut Εὐτέρπη, Εὐκράτη, Εὐνείκη, al. cf. Hesiod Theog. vss. 243-247. Νημέρτη et Ἀσάφεια, Claritas et Obscuritas, sive Veritas et Fallacia — *μελάγκορσος* sive *μελάγκοῤῥος*, (a *κόρση*, *κόῤῥη*, *caput*) scripsi pro vulg. *μελάγκαρπος*, indicante Tzetza, qui Chil. XII, vs. 575 de Empedocle loquens dicit:

λέγει γὰρ τὴν ἀσάφειαν μ ε λ ά γ κ ο ρ ο ν ὑπάρχειν.

quem tamen nihil aliud voluisse quam *μελάγκοῤῥον*, ostendunt exempla aliorum poëtarum quae ibi cum Empedocle comparat, addens:

ὡς κ ε λ α ι ν ώ π α ν τὸν θυμὸν ὁ Σοφοκλῆς που λέγει·

τὴν φρόνησιν δὲ σύμπαντες γ λ α υ κ ώ π ι δ α βοῶσι.

μελάγκορσος idem fere significat quod *μελανῶπις*, *μελανόφρων*, epitheton *obscuritati* appositum. Simile est *μελαγκόρυφος* apud Hesychium. Sturzius vitiosam lectionem defendendo operam perdit.

Vs. 28-30. Sequitur aliud daemonum genus, quo variae mundi et fortunae vicissitudines, *ἡ ποικιλία τῶν ὅλων*, ut Cornutus dicit, significantur; quos daemones ille cum *Titanum* genere comparat. In his quoque paria sibi sunt opposita.

Vs. 28. Φυσώ τε Φθιμένη τε, i. e. non ut Tigurinus interpretatur, *inflatio* et *inflationis interitus*, sed *Natura* et *Interitus*. Φυσώ a *φύσις*, similiter fere ut *κερδώ*, *εἰδώ*, *ὑψώ*, *σιτώ*, alia. cf. Schol. Aristoph. Eq. vs. 1068.

Vs. 29 sq. Κινώ τ᾽ Ἀστέμφη τ᾽ κτλ.) In his plane discessi a Sturzio, qui verbis male ordinatis, eorum significationem mire detorsit. Scribit autem ita:

Καινὼ τ᾽ ἀστεμφής τε πολυστέφανός τε Μεγιστώ,

καὶ Φορίη Σοφίη τε, καὶ Ὀμφαίη —

quae in hunc modum interpretatur: Καινὼ ἀστεμφής, *Juventus*

interrita, *robusta*, opp. πολυστ. Μεγιστώ, *honorata Senectus.* Φορίη Σοφίη τε, *Temeritas* et *Sapientia.* Ὀμφαίη, *Vox*, cui supplendum putat oppositum Σιγή τε, *Silentium.* Ita ille. Nunc meam rationem explicabo.

Κινώ τ' Ἀστέμφη τε.) Editt. et Codd. in his variant. Cornuti ed. κινώ τε καὶ ἀστεμφῆ. Ms. Gal. καινώ τ' ἀστεμφής τε. Cod. Paris. καινώ τ' ἀστημφῆς, omisso τε. Flor. A: καίνω τ' ἀστεμφής τε. Flor. B: κινώ τ' ἀπέμφης τε. Cod. Reg. καινώ τ' ἀστυμφῆ τε. Ergo libri fluctuant. Jam vero ἀστεμφῆς quominus tanquam adjectivum ad praecedens vocabulum referatur, prohibet repetitum τε, quod tolli non sinit numerus. Itaque necesse est ambo illa nomina inter se opposita esse: sic pro ἀστεμφῆς sponte requiritur Ἀστέμφη, eadem ratione ut modo pro Νημερτῆς scr. Νημέρτη; Κινώ autem, quod derivatum a κινεῖν, ut Κλειώ a κλέειν, huic recte opponitur: significant *Motus* et *Immobilitas*, sive *Vigor* et *Torpor*.

Μεγιστώ est *Majestas*, *Opulentia*, cui optime convenit epitheton πολυστέφανος. Huic opponitur Φορύη, vel ut alii, Φορίη; utrum rectius, difficile dictu: derivatum est a φορύω (φορύνω, φορύσσω) *contamino*, *polluo*; unde φορυτός, *excrementa*, *quisquiliae*; φορειά, βόρβορος; item latinum *foria* (*stercora*) et *conforiare*: unde satis effici potest, Φορύην significare *Miseriam*, *Sordes*, quod apte *Opulentiae* opponitur.

Σόμφη. Omnes fere libri σόφη, uno excepto cod. Flor. qui habet σοφίη. Jam Galeus correxerat Σόμφη, quod praeteriit Sturzius, scribens σοφίη, parum considerate. Vocabulum σομφός Hesychius interpretatur χαῦνος, i. e. *vanus*, *tumidus*. σομφὸν de voce valet idem quod φαιὸν de colore: vox *rauca*, *fusca*: cf. Aristot. Topic. I, 15. p. 151 G. Unde Σόμφη apte usurpari potest de obscuro murmure, inani strepitu, opposito Ὀμφαίῃ, i. e. voci clarae et quasi fatidicae, ab Ὀμφή, *vox divina*, *oraculum*.

Vs. 31. ἠλύθομεν κτλ.) Loquuntur haec et quae plura interciderunt αἱ ψυχοπομποὶ δυνάμεις, ut appellat Porphyrius,

quae non aliae esse videntur atque eae quas modo memoratas vidimus: Χθονίη, Ἡλιόπη cet. cf. annot. ad vs. 24. — ἄντρον veteres interpretantur mundum s. terrestrem regionem; ex Empedoclis exemplo Platonem duxisse volunt nobilem illam imaginem initio libri VII de Rep. p. 514: ἰδὲ γὰρ ἀνθρώπους οἷον ἐν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει κτλ. Ambos locos comparant scriptores hunc versum citantes, Plotinus, Porphyrius, Aeneas Gazaeus, ll. ll. Eodem spectat Proclus in Tim. p. 101 (Basil.): ἔνιοι δὲ, inquit, τὸ πᾶν τοῦτο αἰτιῶνται, καὶ παραφέρουσι τὰ τῶν παλαιῶν, ἄντρον καλούντων καὶ σπήλαιον. Ibidem p. 95, affert Orphicum huncce versum:

ταῦτα Πατὴρ ποίησε κατὰ σπέος ἠεροειδές,

relatum in Orphic. Herm. p. 456; cui tamen non multum fidei potest haberi. Imitatur idem Hymn. 3: κλῦτε, θεοὶ, οἳ ψυχὰς

ἕλκετ᾽ ἐς ἀθανάτους, σκότιον κευθμῶνα λιποῦσας.

Placitum hoc ab Oriente in Graeciam delatum esse nonnulli volunt, testimonio usi Eubuli apud Porphyrium Antr. Nymph. c. 6, qui refert, Zoroastrum Mithrae, summo Persarum Deo, antrum dedicasse mundi imaginem: de quo cf. Creuzer Symbol. T. I. p. 17. Sed haec nimis longe arcessita.

Vss. 32-53. Στεινωποὶ μὲν γὰρ κτλ.) Hi versus, a Sexto Emp. servati, querelas continent de vitae brevitate et miseria, de humanae cognitionis angustiis, de sensuum fallacia; inseruntur monita, ne quis supra humani ingenii modum sapere audeat, neve sensuum testimoniis confidat; vituperantur qui universi vim et naturam se nosse jactent; implorat Deos, ut modestiam et sapientiam sibi largiantur. Tam argumentum horum versuum, quam dictio, quae commotum et incitatum animum prodit, optime mihi quadrare visa sunt in carminis exordium, quo legentes ad reliquam disputationem exacuantur. Non docet his versibus, non demonstrat, quae sit humanae naturae vis, quae scientiae facultas, sed queritur, precatur, hortatur. Quocirca, quum Sturzius hos versus collocasset in

libro III, ubi de anima agitur, ego ad carminis initium retrahendos censui.

Vss. 32-40. στεινωποὶ — ὄρωρε.) Dubium utrum ipse philosophus haec loquatur, an Deum aliquem fingat loquentem, sicut Parmenides vs. 22 sqq. Hoc non improbabile visum, non modo ob sermonis gravitatem, sed etiam propter ultima illa verba: σὺ οὖν ἐπεὶ ὧδ' ἐλιάσθης, quae ad Empedoclem potius quam ab ipso dicta videntur. Finxerit fortasse exemplo Parmenidis, se a Diis προπόμποις ex antro in lucem evectum, Musam audivisse rerum arcana sibi pandentem. Musae suae saepius meminit, ut vs. 43, 85; clarius etiam vs. 164: θεοῦ πάρα μῦθον ἀκούσας.

Vs. 32. στεινωποὶ παλάμαι.) παλάμαι, *intelligentiae facultates*, ut bene interpretatur Sturzius; eodem sensu vs. 49: ἄθρει παμπαλάμῃ. Parum recte Fabricius ad Sext. Empir. l. l. p. 397, explicat *mensuram* qua rerum veritatem homo metiatur. — στεινωπὸς proprie dicitur de via, semita: Homer. Il. η, 143; unde commode transfertur ad sensus, qui sunt cognoscendi viae. Huc spectasse videtur Lactantius III, 28, 12: »Empedocles angustas esse sensuum semitas queritur; tanquam illi ad cogitandum rheda et quadrigis opus esset." γυῖα, *membra*, praecipue *sensus*, ut vs. 53: γυίων πίστιν.

Vs. 33. πολλὰ δὲ δείν' ἔμπαια.) Fabric. ed. δειλεμπῆα; Mss. δειλεμπέα; Steph. Poës. phil. correxit δείν' ἔπεα; sicut legitur in ed. Procl. in Tim. l. l. Scaliger not. in Steph. δῆνε' ἔπειτα, quod etiam in ms. Leyd. exaravit; Sturzius edidit δείν' ἔπεσον. Nuper Bergk. conjecit δείν' ἔμπυα, *ulcera;* Preller. δείλ' ἔπεα, *prava verba.* Horum nihil satisfacit. Fabricii et mss. lectio manifesto vitiata est; Stephani, Scaligeri rell. emendationes frigidae sunt; pleraeque etiam metro pugnant, inferendo hiatu: τά τε ἀμβλ. Meo arbitratu scripsi δείν' ἔμπαια, quod cum a codd. ductu nihil paene discrepat, tum sensui aptissimum est. ἔμπαιος, item πρόςπαιος, occurrit tum alibi tum apud Aeschyl. Agam. 180 (195): ἐμπαίοις τύχαισι. ibid.

338 (355): *πρόςπαια κακά.* Schol. interpretatur alterum *τύχαις ἐμπεσούσαις*, alterum *κακὰ προςπαίσαντα καὶ προςκρούσαντα αὐτοῖς.* Hesychius: *ἔμπαιον .... ἐπίσσυτον*, ex emendatione Abreschii. Etiam Proclus, quamquam ejus editio habet *δείν' ἔπεα*, ipse tamen veram lectionem nosse videtur, quantum effici licet ex interpretatione, etsi parum accurata, quam his dictis subjicit: *πολλὰ γὰρ ἐμπίπτοντα τοῖς ὄντως ἡμῖν δειλοῖς ὡς φυγάσι θεόθεν.* Fortasse legerit *δειλέμπαια*, uno vocabulo, quod Empedocle, qui non vulgaribus verbis delectatur, haud indignum foret. Sed nolui sine graviore auctoritate novum vocabulum inducere. — *δεινὰ* aptius quam *δειλά*; in hoc enim *malitiae* et *pravitatis*, in illo *calamitatis*, *molestiae*, notio inest. Sic dici solet *δεινὰ πάσχειν*, et hoc sensu opponuntur *δεινὰ καὶ ἐσθλά*, ut infra vs. 352. — *μέριμναι*, *bonarum rerum studia*, non semel apud Pindarum, ut Olymp. I, 108. Fragm. 250. Boeckh. Hîc *cogitationis curae*, ut vs. 347.

Vs. 34. *ζωῆς ἀβίου μ. ἀθλήσαντες.*) Sexti ed. Aurel. *ζωοῖσι βίου μ. ἀθρήσαντες.* Codd. Fabric. *ζωῇσι β. μ. ἀθροίσαντος.* Stephanus: *ζοησι βίου μ. ἀθρήσαντος.* Scaliger correxit: *ζωῆς ἀβίου μ. ἀθρήσαντες.* Gatakerus ad M. Antonin. X, 31, malebat *ἐν ζωοῖσι.* Harum lectionum praeferenda procul dubio Scaligerana, quam Sturzius secutus est, et partim quoque nos, nisi quod pro *ἀθρήσαντες*, *contemplati*, reposuimus verbum commodius et significantius *ἀθλήσαντες*, quod nemini, credo, temere factum videbitur, qui reputaverit, quam saepe literae λ et ρ sint confusae: vid. Schaefer. ad Gregor. de Dial. p. 269.

καπνοῖο δίκην. Eadem metaphora utitur Homer. Il. ψ, 100: *ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνὸς ᾤχετο.* Appositum hoc Jacobi Apostoli, Epist. c. IV, 14: *ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ ἐστιν ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ καὶ ἀφανιζομένη.* cf. Gatakerus in Antonin. l. l. p. 309.

Vs. 36. *αὐτὸ μ. πεισθέντες ὅτῳ κτλ.*) Diogenes vitiose: *αὐτὸ μ. πεισθὲν τῷ.* Sententia congruit fere cum versu 318:

πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισιν.

Vs. 37. τὸ δὲ οὖλον ἐπεύχεται κτλ.) Sexti Emp. libri: τὸ δ' ὅλον εὔχεται, contra metrum. Scaliger margini ms. annotavit: τὸ δ' λώϊον εὐχ. Perperam. Secutus sum Sturzii emendationem. τὸ οὖλον (ὅλον), *universa naturae vis*, quod inferius vocat τὸ πᾶν, vs. 201: ὀλίγον τοῦ παντὸς ἰδόντων. Pervagata vox illa Eleaticis ὅλον appellantibus τὸ ὄν, ut Parmen. vs. 59.

Vs. 38. αὔτως · οὔτ' ἐπιδερκτὰ) In Diogene turbata sunt verba ita: οὕτως · ἐπεὶ οὐδ' ἐρκτά. Steph. punctum ponit post εὑρεῖν, et deinceps legit οὕτως οὔτ' ἐπιδερκτὰ. similiter Scaliger. Sed isto modo haec verba non cohaerent cum antecedd. et statuendum esset post εὑρεῖν nonnulla excidisse; quod nunc non necesse. Fabricius cum his comparat illud Pauli, I Corinth. II, 9: ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Cf. quae notavimus ad Xenophan. fr. II. p. 37.

Vs. 39. σὺ οὖν ἐπεὶ ὧδ' ἐλίασθ.) Videtur haec, ut modo dixi, deus aliquis loqui, Empedoclem tanquam discipulum aut amicum compellans, similiter ut apud Parmenidem vs. 24 sqq. dea hunc ita alloquitur: ὦ κοῦρ' . . . ἱκάνων ἡμέτερον δῶ, . . οὔτι σε μοῖρα κακὴ προὔπεμπε νέεσθαι τήν δ' ὁδόν . . . χρεὼ δέ σε πάντα πυθέσθαι κτλ. — ὧδ' ἐλιάσθης, eodem sensu ut infra vs. 292: ἔσω λελιημένος.

Vs. 40. πεύσεαι οὐ πλέον' ἠὲ.) Sextus: πεύσεαι, οὐ πλεῖόν γε, in qua lectione acquieverunt interpretes. Hervetus reddit: *Scitare: haud ultra nam hominis solertia tendit.* Sturzius: *audies haec: Plus non efficere solet mortalium ingenium.* Utrovis modo parum aptam effici sententiam, quis non sentit? Empedocles, quantum e Sexti interpretatione huic versui addita efficere possumus, hoc fere voluit: μὴ εἶναι εἰς τὸ παντελὲς ἄληπτον τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἱκνεῖται ὁ ἀνθρώπινος λόγος, ληπτὴν ὑπάρχειν, i. e. veritatem comprehendi a nobis posse tantum, quantum capiat humanae intelligentiae modus. Huic sententiae, quam ratio postulare videtur, verba accommodavi, refingendo γὲ in ἠὲ. Verborum structura,

πεύσεαι οὐ πλέον' ἠὲ βρ. μῆτις ὄρωρε, etsi non perusitata, tamen haud vitiosa est. Sic ex. gr. Herodot. IV, 127: οὐδέ τι νεώτερόν εἰμι ποίησας νῦν ἢ καὶ ἐν εἰρήνῃ ἐώθεα ποιέειν. Mallem tamen, hujusmodi quid scriptum esset: πεύσεαι ὅσσον ἔπι σε — vel, ὅσσ' ἀΐειν σε βροτείη μῆτις ὄρωρε. i. e. *disces, quantum assequi te sinit humana intelligentia.* — ὄρωρε tam activam quam neutram habet potestatem.

Vs. 41 sqq. Ἀλλὰ, θεοί κτλ.) Versus qui sequuntur a superioribus non longo intervallo disjuncti fuerunt; intercesserunt nonnulli, quibus invehebatur poëta in eos, qui majora quam hominem deceat se scire jactent. Intelligitur id e Sexti verbis, quibus praecedentia cum his connectit: διὰ τῶν ἑξῆς ἐπιπλήξας τοῖς πλέον ἐπαγγελλομένοις γινώσκειν, παρίστησιν ὅτι κτλ.

Ibid. τῶν μὲν μανίην κτλ.) Jonicas formas μανίην, καθαρήν, reposuerunt jam Steph. et Scalig. Iidem ὀχετεύσατε pro ὀχεύσατε. ἀποτρέψατε Fabricius e codd. dedit pro ἀπετρέψατε, quod habent Stephanus et Scaliger. — μανίην vocat, eorum audaciam qui majora quam in hominem cadant, se sapere profiteantur. Erat Empedoclea aetas in increpando satis vehemens, ut patet etiam e vss. 84, 200 sq. Parmenid. vs. 47 sqq. Caeterum Sturz. jungit: μανίην γλώσσης, i. e. *furentem illorum sermonem.* Mihi rectius visum est jungere ἀποτρέψ. γλώσσης (ἐμῆς).

ὀχετεύσατε. Infra vs. 166: λόγῳ λόγον ἐποχετεύων. Hujus dictionis elegantiam non semel imitatus est Proclus, ut hymn. I, ad Solem dicens:

ὕψοθεν ἁρμονίης ῥύμα πλούσιον ἐξοχετεύων.

in Plat. Theol. I, c. 24. p. 59: ἐράσμιόν ἐστι τὸ θεῖον πᾶν· ἐκεῖθεν γὰρ ἀποχετεύονται πάντες οἱ θεοὶ τὸ κάλλος, καὶ πληρούμενοι τὰ μεθ' ἑαυτοὺς πληροῦσιν, . . . ἐπαντλοῦντες ἄνωθεν τοῖς πᾶσι τὴν ἔνθεον ἀποῤῥοὴν τοῦ κάλλους.

Vs. 43 sq. καί σε, πολυμνήστη, — ἄντομαι κτλ.) πολυμνήστη

quasi nomen proprium, ductum ab adjectivo πολύμνηστος; significatur eadem quae vulgo Μνημοσύνη dicta. — ἄντομαι, ὧν θέμις, similiter Aratus in Phaenomenôn exordio Musas invocans dicit:

ἐμοί γε μὲν ἀστέρας εἰπεῖν
ᾗ θέμις εὐχομένῳ τεκμήρατε πᾶσαν ἀοιδήν!

Vs. 45. πέμπε παρ' εὐσεβίης κτλ) Ambiguum, παρ' utrum jungi praestet cum participio ἐλάουσα an cum εὐσεβίης; neutrum male. Eadem ambiguitas est in vs. 85:

ὡς δὲ παρ' ἡμετέρης κέλεται πιστώματα Μούσης,

ubi παρὰ vel cum κέλεται jungi licet vel cum Μούσης. Eleganter autem finxit *Pietatis currum*, sicut ante eum poëtae *Musarum* et *Gratiarum currus* sibi finxere. Simonides Fragm. CCV, 10 (Schneidew.): ἅρμασιν ἐν Χαρίτων φορηθείς. Pindar. Pyth. X, 65. Cf. Hemst. in Lucian. Somn. c. 15; T. I, p. 20. Empedoclis εὐήνιον ἅρμα obversatum videtur fuisse Platoni Phaedr. p. 247 B; cf. Ast. p. 290 sq.

Vs. 46 sq. μηδὲ σέ γ' εὐδόξοιο — εἰπεῖν.) Ut in praecedentibus poëta Musam alloquitur, ita his vss. Musa vicissim poëtam alloqui videtur; in Pausaniam certe, cui carmen dedicatum est, ista non conveniunt. Quocumque modo accipias, transitio est durior, neque dubium mihi videtur, quin Sextus et hoc loco et in sequentibus aliqua omiserit, quod punctis indicavi. Jam Prellerus sensit, post verba πλέον εἰπεῖν (vs. 47) nonnulla excidisse.

μηδὲ σέ γ' . . βιήσεται . . . ἐφ' ᾧ θ' ὁσίης κτλ.) Bergkius haec ita corrigi jubet: μηδὲ σύ γ' εὐδ. β ι ή σ ε α ι ἄνθεα τιμ. . . ἀνελέσθαι, ἐφ' ᾧ θ ω ῇ πλέον εἰπ. Sed nulla correctione opus Verborum ordo hic est: μηδὲ (τὸ) ἀνελέσθαι ἄνθεα τ. βιήσεταί σε, ἐφ' ᾧ τ' εἰπεῖν πλέον ὁσίης (ἢ ὁσίη ᾖ.), *ne honoris praemia accepisse a mortalibus te expugnet*, i. e. ne ambitio vel hominum gratia et gloria te adigat, *ut plura quam fas sit dicas.* Ita istud βιήσεταί σε optime se habet. Lectionem ἐφ' ᾧ θ' ὁσίης et Stephanus agnoscit, et Clementis et Sexti libri, quamvis

corrupti, haud obscure prae se ferunt, quorum alii habent ἐφωθοείης, alii ἐφ' ᾧ θοείης, alii ἐφ' ᾧ θώης. Fabricius vero ed. ἐφ' ᾧ θ' ὁσίη, auctorem secutus Scaligerum ad Poës. Phil. qui tamen postea errorem suum agnovisse videtur: nam in ms. Leyd. exaravit ὁσίης. Fabricium secutus est Sturzius, etsi in annotatione meliorem lectionem suspicatus. ἐφ' ᾧ τε, *eâ lege* s. *conditione ut*, hîc idem valet quod ὥστε. cf. Kühner. Gr. Gr. § 827; T. II, p. 567. πλέον ὁσίης eodem modo dictum quo μεῖζον λόγου, ἐλπίδος κρεῖσσον, similia. Sensus hujus dicti religioso poëtae animo optime convenit; similis est Herodoti religio in rebus divinis enarrandis, ut L. II, c. 171: ταύτης εἰδότι μοι πέρι εὔστομα κείσθω, πλὴν ὅσον αὐτῆς ὁσίη ἐστὶ λέγειν.

Vs. 48. Θάρσει κτλ.) Etiam haec sententia nec cum praecedentibus nec cum sequentibus satis bene cohaeret. Nam quale illud est, quod uno velut tenore nunc modestia in philosophando et religio inculcatur, nunc ad audendum impellitur, nunc sensuum fides redarguitur? Haec si non contraria, diversa tamen; ideo sejunxi, praesertim quum Sextus pari confusione alios quoque veterum locos perturbaverit, ut jam in Parmenid. Carm. princ. vidimus.

θάρσει hanc habet vim: sapere aude! aude vulgi gratiam et vulgarem opinionem contemnere! Sequentia verba varie leguntur. Sextus ita exhibet: καὶ τότε δὴ σοφ. ἐπ' ἄκροισι θοάζει vel θοάζῃ. Proclus: καὶ τάδε τῆς σ. ἐπ' ἄκρ. θοάζει. Plutarchus: τὸ ὑπὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους λεγόμενον, σοφίας ἐπ' ἄκροισι θαμίζειν. qui tamen Empedoclis verba non nisi carptim et memoriter citat. θοάζειν, verbum poëticum, haud dubie retinendum; sed pro praesenti sensus postulat futurum, quod jam Scaliger sensit, in notis ad Poësin phil. corrigens θοάσεις; idem vero in ms. Leyd. leg. proponit θοάζε. Animadvertit, credo, θοάσεις, quod edidit Sturzius, repugnare metro; quamobrem scripsi θοάσσεις, similiter ut αἰχμάσσω, πελάσσω, φράσσομαι, aliaque apud poëtas. Interpretantur autem illud: in culmine *sedebis*; tribuunt quidem verbo θοάζειν hanc significationem grammatici, magis

tamen propria ei est *movendi*, *properandi*, *bacchandi* potestas (cf. Hesychius v. θοάζει, et intpp. h. l.), quae hic perquam congrua est, ut θοάζειν ἐπ' ἄκροισι grandius dictum sit pro vulgari ἐπ' ἄκρον ἐλθεῖν, εἰς ἄκρον ἐξικέσθαι. Plutarchi lectio θαμίζειν illius interpretatio potest videri. Prima in ἄκρος hîc corripitur, similiter ut vs. 434; etsi plerumque produci solet, ut in ipsius Empedoclis vss. 189, 293, 390, 431. Praepositio ἐπὶ h. l. optime posset abesse, qua ratione θοάζειν ἄκροισι pari modo dictum foret quo Ἄϊδι προΐαψε, Il. α, 3, et similia.

Vs. 49 sqq. Ἀλλ' ἄγε, ἄθρει παμπαλ. κτλ.) Ἀλλ' ἄγε scripsi pro ἀλλὰ γὰρ, quod est argumentantis, hîc autem minus congruum videtur. Hiatus commate interposito facile excusatur: sic vs. 121: ἀπόλοιτο; ἐπεὶ — Deinde παμπαλάμῃ dedi pro πᾶς παλάμῃ. Quae sequuntur, μήτε τιν' ὄψιν ἔχων πίστει πλέον ἢ κατ' ἀκουὴν, olim sic corrigenda putabam: μήτε κατ' ὄψιν ἔχων πίστιν πλέον (vel πλέον') ἢ κατ' ἀκουήν. nunc cum Sturzio vulgatam retineo, quam sic interpretor: μήτε τιν' ὄψιν ἔχων, (κατὰ ταύτην) πίστει πλέον ἢ κατ' ἀκουήν. Pronomen τις nomini substantivo additum significationem leniter auget. Porro sq. vs. μήτε ἀκοὴν scripsi pro ἢ ἀκοήν. Vocatur haec ἐρίδουπος, eodem sensu quo ἠχήεσσα a Parmenide vs. 54. τρανώματα γλώσσης Sturzius ad *vocem* et *orationem* refert; melius Schneiderus Lex. Gr. *gustum* intelligit. Vs. 52 ὅππῃ dedi pro vulg. ὁπόσῃ, quod alibi nusquam inveni; similiter vs. 397: ὅπῃ πρὸς κέρδος ἀταρπός. — μήτε τι τῶν ἄλλων, intell. γυίων, *sensuum*; cave vero, sic interpungas: τῶν ἄλλων ὅππῃ πόρος ἐστὶ νοῆσαι γυίων. πίστιν ἔρυκε κτλ. quemadmodum voluit Preller. Ephemer. Antiq. 1837, nr. 18. cf. not. sq.

Vs. 53. γυίων πίστις, i. e. *fides* seu *persuasio a sensibus ducta*; eodem sensu Parmenides de opinionibus dicit vs. 30: ταῖς (δόξαις) οὐκ ἔνι πίστις ἀληθής. Atque haec est propria ejus vocabuli significatio, quam secuti quoque rhetores πίστεις vocant omnia ea in quibus πειστικὴ δύναμις inest. Vid. Ernesti Lex. Technol. in v. Illa vero notio, qua πίστις per se po-

nitur ut contrarium τῇ ἀληθείᾳ Platonica est: cf. quae dixi in Comment. in Parmen. p. 68 sq. Porro νόει δ' scripsi pro νόει θ'. Facile autem quis putaret, in his νοεῖν (τὸν νοῦν) oppositum esse γυίων πίστει, ut *mentem sensibus*. Ita sane alibi Empedocles, ut vs. 108: νόῳ δέρκευ, μηδ' ὄμμασιν ἧσο τεθηπώς. In hunc tamen locum haec interpretatio verbi νοεῖν non cadit, quoniam proximo versu ipsum illud νοῆσαι de sensibus usurpavit. Itaque νοεῖν hîc de communi cognoscendi facultate accipiendum, quemadmodum usurpat quoque Parmenides vs. 146, 148. Opposita vero haec sunt: considerare res *quales sensus nobis ostendunt* (κατὰ τὴν γυίων πίστιν), et considerare *quales ipsae per se sunt* (ᾗ δῆλον ἕκαστον): quod tamen, si sensum spectes, idem valet ac si *mentem* a *sensibus* distinxisset. Placitum hoc Empedoclis, quasi in rerum natura contemplanda non sensibus sed mente utendum praecipiat, ridet et refellit Galenus, de simpl. medic. temp. L. II, princ. T. XIII, p. 30 sq. Chart. Illius tamen sententia non eo valet, ut omnis sensuum tollatur auctoritas, sed ut ne credatur sensuum visis, nisi simul ratione compertum sit, tale quidque esse, quale videatur. Huc redit Sexti Empir. l. l. s. 124 interpretatio: ὅτι τὸ δι' ἑκάστης αἰσθήσεως λαμβανόμενον πιστόν ἐστι, τοῦ λόγου τούτων ἐπιστατοῦντος.

Vs. 54. Παυσανίη κτλ.) Huic, nobili medico, de quo supra dixi p. 55, Empedocles carmen de Natura scripsit, teste Diogene Laërt. l. l. Παυσανίας . . . ᾧ δὴ καὶ τὰ περὶ φύσεως προσπεφώνηκεν οὕτως· Παυσανίη κτλ. Ἀγχίτεω scripsi pro Ἀγχίτου, ut infra vs. 435.

Vss. 55-57. Τέσσαρα τῶν πάντων κτλ.) Pro τῶν πάντων Sextus γὰρ πάντ. Proclus δὴ π. Idem pro ἄκουε legit ἐᾶσιν (ἔασιν); offenderit eum fortasse quod post illud verbum sequantur nominativi, Ζεὺς cet. Sed ejusmodi anacoluthon optimorum scriptorum testimoniis probatur, quale est illud Homeri Il. κ, 436:

τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον ἠδὲ μεγίστους·
λευκότεροι χίονος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

cf. Bernhardy Synt. Gr. p. 68. Porro pro Ζεὺς ἀργὴς Plut. Eus. Ζεὺς αἰθήρ, quod est interpretamentum. Vs. 57 lectio multum variat: Sext. Plut. Stob. Eus. Athenag. Heracl. exhibent ita:

Νῆστις θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

ut legunt Steph. Scalig. et Sturz. Diogenes ita: N. θ' ἣ δακρύοις ἐπιπικροῖ ὄμμα βρότ. Deterius Probus et Suidas: N. θ' ἣ δακρύοις γε πικροῖς νωμα vel νωμᾷ βρότειον γένος. Istud γένος additum ab interprete, qui verba non intelligeret. Arsenius denique, cit. Sturzio, ita legit ut edidi: nam quod ἐπικρούνομα habet pro — ωμα, nil nisi typographorum est error; eademque lectio paullum mutilata in Violar. ms. bibl. Laur. a Sturzio reperta est: Νῆστις . . κρυόεσσά τ' ἐπικρ. βρότ. Haec igitur unice vera mihi visa est. Nam lectt. Sext. et Laërt. satis probabilem quidem efficiunt sensum; altera hoc significat: *Nestis quae lacrymis genas mortales irrigat;* altera hoc: *N. quae lacrymis oculos mortales exulcerat* sive *contristat.* Neutra vero dicit id, quod dicendum erat, Nestin esse aquarum fontem: quem quidem sensum esse animadvertit etiam Struve, diss. de Elem. Emped. ita corrigens: N. θ' ἣ δακρύουσα πέλει κρούνωμα βροτοῖσι. Praeterea vocabulum Τ' ἘΠΙκρούνωμα quam facile in discrepantes lectt. ΤΕΓΓΕΙ κρούνωμα, ΕΠΙΠΙκροῖ ὄμμα, cet. abire potuerit, facile apparet. Vocabulum autem illud, quamquam inusitatum, est tamen optimae formae; et Νῆστις pari ratione ἐπικρούνωμα appellari potest, qua paullo ante Ζεὺς et reliqua elementa ῥιζώματα appellantur. Eadem lectio probatur Prellero in Ephemer. antiq. supra citatis.

Vs. 55. ῥιζώματα, h. e. interprete Philopono Phys. I, lit. C, p. 2, τὰ ὑλικὰ αἴτια, quae vulgo στοιχεῖα. Eadem vox in Orphicis usurpata fuisse videtur, quantum efficio e Proclo in Tim. p. 130, ubi de his disserens dicit: ὁ μὲν γὰρ (αἰθὴρ) ἐστὶ ῥίζωμα τῶν πάντων. item a Pythagoreis, ut in fragm. Athamanthis ap. Clement. Al. Strom. VI, p. 624 D: ῥιζώματα

τέτταρα τυγχάνοντι, πῦρ, ὕδωρ, ἀήρ, γῆ. ἐκ τούτων γὰρ ἡ γένεσις τῶν γινομένων. Ab his Empedoclem mutuatum esse arbitratur Clemens; credo potius, hos ab illo. Eodem modo Lucretius interdum *radices* vocat rerum primordia, ut L. II, vs. 102.

Vs. 56 sq. Ζεύς, Ἥρη, Ἀϊδωνεύς, Νῆστις.) In his Deorum nominibus interpretandis diversae jam olim fuerunt sententiae. Quod Ζεὺς *igneam materiem* significet, omnes conveniunt; de reliquis non item: ab aliis Ἥρη *aër*, Ἀϊδωνεὺς *terra*, ab aliis contra Ἥρη *terra*, Ἀϊδωνεὺς *aër* intelligitur. Prior explicatio est Plutarchi de plac. phil. l. l. altera Cornuti, Laërtii, Stobaei, reliquorum. Etiam seriorum divisae sunt opiniones, ut disci potest e Fabricio ad Sext. Empir. p. 620 H, et Scip. Aquil. de plac. philos. I, p. 143 sq. Plerique eam secuti sunt interpretationem cui major veterum auctorum numerus favebat. Perperam: nam licet multi veterum Ἥραν, ut Jovis sive coeli conjugem, *terram* (ἔραν) appellaverint, ab aliis tamen illa diserte dicta est *aër*, Ἅιδης *terra*. Testis Cicero, N. D. II, 26: »A ë r autem, ut Stoici disputant, interjectus inter mare et coelum, J u n o n i s nomine consecratur; . . . . T e r r e n a autem vis omnis atque natura D i t i patri dedicata est." Cf. intpp. in h. l. Utraque ergo significatio pari nititur auctoritate. Ἀϊδωνεὺς vero Empedocli nullus esse alius potest quam *terra*, quam tenebrarum regionem et malorum ac miseriarum domum fingit, ut vidimus vs. 20, 23, 31; ergo *Junoni* solum *aëris* regnum relinquitur. — Νῆστις, *Lympha*, ductum a νάω, *fluo*, secundum veteres (cf. infra ad vs. 212), unde fortasse et Νηρεύς. nam νηρός, ναρός, *fluidus* significat. Non novum illud nomen finxisse videtur Empedocles: nam Νῆστις fertur fuisse Deae cujusdam nomen apud Siculos, teste Eustathio in Il. τ, p. 1180, l. 14: καὶ Σικελική δέ τις, φασί, θεὸς Νῆστις ἐλέγετο. sed significationem pro suo arbitrio mutavit.

In usurpandis his Deorum nominibus agnoscimus morem Orphicorum et Pythagoreorum, qui similiter Deorum nomina

aliaque vocabula symbolice usurpare solebant: cujus generis exempla plura collegit Bode, de Orpheo, p. 28 not.

Vs. 58. τῶν δὲ συνερχομένων κτλ.) Hunc vs. cum proximis non cohaerere, patet. Spectat rerum concretionem per Amicitiam factam, a qua recedere coacta est Discordia. Verba illa in animo habuit Aristot. Metaph. II, 4, p. 662 D: εἰ γὰρ μὴ ἐνῆν τὸ Νεῖκος ἐν τοῖς πράγμασιν, ἓν ἂν ἦν ἅπαντα, ὥς φησίν· ὅταν γὰρ συνέλθῃ, τότε δ' ἔσχατον ἵστατο Νεῖκος.

Vs. 59 sq. Οὕτως Ἁρμονίης κτλ.) Referuntur haec ad universi harmoniam, quam in globi sive σφαίρου modum informavit, a quo tanquam ab ovo mundi primordia repetit. Simplicius Phys. l. 1. qui ambos illos versus citat, haec dicit: Εὔδημος οὖν τὴν ἀκινησίαν (παρ' Ἐμπεδοκλεῖ) ἐν τῇ τῆς φιλίας ἐπικρατείᾳ κατὰ τὸν σφαῖρον ἐκδέχεται, ἐπειδὰν ἅπαντα συγκριθῇ,

ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο διείδεται ὠκέα γυῖα·

ἀλλ', ὥς φησιν,

οὕτως ἁρμονίης πυκινῷ κρύφα ἐστήρικται,
σφαῖρος κυκλοτερὴς μονιῇ περιγηθέϊ αἰών.

ἀρξαμένου δὲ πάλιν τοῦ Νείκους ἐπικρατεῖν, τότε πάλιν κίνησις ἐν τῷ σφαίρῳ γίνεται·

πάντα γὰρ ἑξείης τελεμίζετο γυῖα θεοῖο.

Haec Simplicius, testem adhibens Eudemum, auctorem haud contemnendum, cujus nomen inconsideratius Peyron. mutavit in Empedoclem; at hujus nomen facile omitti licuit, cum neminem attento animo Simplicii verba legentem fugere possit, de Empedocle hîc agi. Jam de singulis videndum.

Ἁρμονίης πυκινῷ κρύφῳ.) Ed. Ald. ut vidimus, πυκινῷ κρύφα; cod. Taur. πυκινῷ κρυφῷ. Ἁρμονίη eadem quae Φιλία, Κύπρις. cf. vs. 111, 209, 214. πυκινὸς κρύφος, proprie *densa occultatio*, sive, ut verti, *occulta compages;* obscurum: mallem equidem vel πυκινῷ γόμφῳ στήρικται, *densa compage;* cf. vss. 214 et 228; vel πυκινῇ φρενὶ ἐστήρικται, *sapienti corde.*

σφαῖρος κυκλοτερὴς κτλ.) In hujus versus ultimis verbis magna est discrepantia. Simpl. Ald. μονιῇ περιγηθέϊ αἰών. similiter cod.

Taur. Phys. μονίῃ περιγηθέϊ αἰών. Taur. de Coel. pro αἰὼν, γαίων, ut ed. Gaisford. Stobaeus, μιμίης περιτείθη χαίρων, quae eadem lectio est, sed depravata; nam περιτείθη nihil aliud quam περιγηθεῖ, et χαίρων vulgare pro poëtico γαίων. Antoninus, κόνῃ περιήθεϊ γαίων; sed κόνῃ a librariis corruptum esse e μόνῃ seu μονίῃ, apparet inde, quod Antoninus verba illa transfert ad designandam sapientis vitam quietam, ἀτάρακτον καὶ ἵλεων. Schol. Arat. ita: καὶ ὁ Ἀσκραῖός φησι, σφαίρας κυκλοτερεῖ μανίᾳ περιηγέϊ χαίρων. quae pariter a librariis corrupta sunt; ipse auctor ita legit: καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνός φησι· σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ χαίρων. quemadmodum intelligi potest ex interpretatione quam huic versui subjicit: σφαῖρον μὲν καλέσας τὴν σφαῖραν, ὥς καὶ Ὅμηρος Ἕσπερον τὴν Ἑσπέραν· καὶ κυκλοτερῆ δὲ διὰ τὸ σφαιροειδές· μονίαν δὲ περιηγέα τῆς στροφῆς τὴν μονήν. Similiter Achilles Tatius et Proclus, nisi quod pro μονίῃ alter habet μούνῃ, alter μόνῃ. Ex hac notatione satis apparet, si librariorum mendae tollantur, unicam lectionis discrepantiam positam esse in vocabulis περιγηθέϊ et περιηγέϊ, quorum illud Simplicii libri, hoc Proclus, Achilles Tatius, item alter Arati schol. exhibent. Sed περιγηθέϊ appositum verbo γαίων, nisi ineptum, est certe supervacaneum, quod alienum ab Empedoclis more. Quis autem praestet, non ipsum quoque Simplicium legisse περιηγέϊ, quam lectionem manifesto agnoscit Simplicii editio Ald. de Coelo, quae, ut novimus, nihil aliud est quam interpretatio; ibi enim f. 145 B, Empedoclis versus ita depravatus legitur: ὁ σφαῖρος κυκλικὸς μόνῃ τῇ περιφορᾷ τῶν γαιῶν. Istud περιφορὰ ex quo alio nasci potuit nisi ex περιηγής? Sic unâ paene veterum consensione firmata est ea lectio quam secuti sumus; in eandem Sturzius quoque inciderat, sed mox eam sprevit, vocabulo μονίῃ substituens κώνῃ, h. e. *vortice*. Caeteras virorum eruditorum conjecturas memorare supersedeo, quas ipsi non tentassent, si Simplicii libros inspexissent. Videamus de interpretatione.

σφαῖρος κυκλοτερής. Empedoclem σφαῖρος dixisse pro σφαῖρα

notat Proclus in Parm. T. IV, p. 141: Ἐμπεδοκλῆς . . . ἅτε Πυθαγόρειος καὶ αὐτὸς ὤν, σφαῖρον ἀπεκάλει πᾶν τὸ νοητὸν, ὡς ἡνωμένον ἑαυτῷ. Idem in Alcib. Vol. I, p. 113 Cr. Schol. Arat. modo citatus et Eustath. Odyss. α, 422; p. 1427. Praeterea vero ὁ Ἐμπεδόκλειος σφαῖρος adeo celebratus est, ut mireris Heeren. in Stobaeo e conjectura edere potuisse σφαῖρ' ὡς κυκλ.

μονίη περιηγής, ambiguum: nam μονίη et *perpetuitas* et *quies* significat, περιηγὴς autem et *circumactus* et *rotundus*; ergo μονίη περιηγὴς utrumvis significare potest, *perpetua circumactio*, vel *quies per totum orbem patens*. Empedoclem interdum ambigue locutum esse jam monuit Aristoteles. Quid autem hoc loco appositum sit, quaerendum. Scholiastes Arati μονίην περιηγέα interpretatur τῆς στροφῆς τὴν μονήν, i. e. *circumactionis perpetuitatem*, adhibens hunc versum ad mundi motionem probandam. Idem significari censuit Salmasius, qui correxit δίνῃ (*circumrotatione*) περιηγεῖ; cui assentiuntur Fullebornius et Heerenus. Verum Empedocles loquitur de sphaera, quae quum elementorum inter se consensione contineatur, quiescere potius eam oportet quam moveri; quocirca potius interpretandum videtur *quies orbiculata, per totum globum diffusa;* quo sensu accepit etiam Eudemus, qui, teste Simplicio quem supra attulimus, in hoc τὴν ἀκινησίαν ponit. Caeterum Empedocles in hac sphaerae imagine imitatus videtur Parmenidem, de quo statim ad vs. 61 sq. Illius dictum multi celebrarunt, ad suam quisque sententiam accommodantes: alii ad mundi naturam, ut interpres Arati, quem saepius memoravimus; alii ad sapientis constantiam adumbrandam, ut Antoninus Imperator, qui saepius hac imagine utitur: vid. VIII, 41, 48; XI, 12. Eodem modo ab Horatio Sat. II, 7, 86, sapiens dicitur:

> Fortis et in se ipso totus teres atque rotundus.

et ab Ausonio Id. XVI, vir bonus et sapiens

> Quid proceres, vanique ferat quid opinio vulgi,
> Securus, mundi instar habens teres atque rotundus.

quae dudum comparavit Gataker. in Antonin. l. l. et Heindorf. in Horat. l. l.

Vs. 61 sq. *ἀλλ' ὅγε παντόθεν κτλ.*) Ambo hi versus, adscripto Parmenidis nomine, leguntur apud Stobaeum Ecl. I, 16, p. 354; huic vindicare praeter alios studuit Brandis in Comment. Eleat. p. 132; nos ei abjudicavimus. Nam quum posterior versus uno veterum consensu Empedocli sit tributus, et quum ipsum vocabulum *σφαῖρος* huic uni proprium adsignatum sit, contra haec nihil sane valet Stobaei auctoritas. At Stobaeo suffragari dicit Brandis Procli locum Comment. in Timaeum p. 160 Bas. a quo posteriora haecce verba, *μονίῃ περιηγέϊ χαίρων*, Parmenidi tribui: quod secus videtur. Procli verba haec sunt: *τὸ νοητὸν πᾶν τοιοῦτόν ἐστι, πανταχόθεν εἰς ἑαυτὸ συννεῦον, »παντόθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ μεσσόθεν ἰσοπαλὲς," καὶ »μόνῃ (μονίῃ) περιηγέϊ γαίων," φησὶν ὁ Παρμενίδης, τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς.* Horum versuum prior pars est Parmenidis, posterior Empedoclis, quae Proclus confudit, ut jam indicavi in Commentar. in Parmen. p. 109. Posteriorem ergo huncce versum: *σφαῖρος κυκλοτερὴς κτλ.* Empedoclis esse constat. De altero autem versu, *ἀλλ' ὅγε παντόθεν*, quid statuendum sit, difficilius dictu. Sicut in Stobaeo legitur, mancus est; habet enim *παντόθεν ἶσος*, quod alii supplerunt inserendo *ἔφυ*, alii, *ἐὼν*; nobis probabilius visum *ἶσος* mutare in *ἰσοπαλής*, quo vocabulo utitur et Parmenides. Quin etiam suspicatus sum, versiculum hunc, memoriter proditum aut minus diligenter notatum, ex illo Parmenidis versu, *παντόθεν — ἰσοπαλὲς πάντῃ*, vel ex hoc ejusdem (vs. 108), *παντόθεν ἶσον ὁμῶς*, manasse, et cum Empedocleo versu confusum hujus deinde nomini adscriptum esse. Verum suspicio haec est, si non improbabilis, tamen auctoritate carens; nec quidquam obstat, quominus versus talis, qualis legitur, ab alterutro illorum sit profectus. *παντόθεν ἰσοπαλὴς* sive *ἶσος* in globi imaginem convenit; vocabulum explicuimus in Comment. Parmen. p. 109, 111, ad vss. 103 et 108. *ἀπείρων* non mutandum in *ἄπειρος*, quod auctore

Salmasio fecit Brandis; nam ambae illae terminationes, -ων et -ος, interdum permutantur, ut vidimus in Commentar. Parmen. p. 82, vs. 53; similiter vs. 199: ἀπείρονα γῆς τε βάθη. Ut Empedocles σφαῖρος ἀπείρων dicit, ita Parmenides vs. 59, τὸ ὂν ἀτέλεστον praedicat.

Vs. 63. οὐδέ τι τοῦ παντὸς.) Pertinent haec ad universi aequabilitatem, qualis in sphaera potissimum cernitur; ut indicant verba Aristotelis l. l. ὅταν δὲ εἰς μίαν μορφὴν συγκριθῇ ὥσθ' ἓν εἶναι, οὐδέν φησι τό γε κενεὸν πέλει οὐδὲ περισσόν. Perperam nonnulli περισσὸν synonymum putarunt vocabulo κενεόν, ut Grotius apud Stobaeum, qui haec ita latine reddit:

Nil est in toto vacuum, nil exstat inane.

et Corsin. in Plutarch. plac. phil. I, 18. Potius hoc significat, nihil esse nec parum nec nimium, sed totum sui simile et aequale. Mutuatus haec videtur Empedocles a Parmenide, qui similiter de ente dicit, vs. 77 et vs. 103: πᾶν ἐστιν ὁμοῖον. — τὸ γὰρ οὔτε τι μεῖζον οὔτε τι βαιότερον πέλεναι χρεών ἐστι τῇ ἢ τῇ. Stobaeus autem et Theodoretus minus recte habent περιττόν; vitiosius Galenus: οὐδέ τι παντὸς κενὸν π. οὐδὲ περιττόν.

Vs. 64. σφαῖρον ἔην.) Simplicius l. l. τὸν σφαῖρον, ὃν καὶ θεὸν ἐπονομάζει καὶ οὐδετέρως ποτὲ καλεῖ· σφαῖρον ἔην. Usurpatum ergo ab Empedocle non solum ὁ σφαῖρος, sed etiam τὸ σφαῖρον. Caeterum haec verba operarum culpâ sequenti versui annexa sunt, a quo separentur.

Vs. 65. ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο κτλ.) E Simplicii verbis, quae attulimus ad vs. 59, apparebit, haec pertinere ad descriptionem naturae, qualis esset, quum omnia in sphaerae formam essent conglobata: una erat totius naturae facies, nihil discretum, nihil distinctum. Legitur ibi δείδεται ὠκέα γυῖα. Cod. Taur. praebet δειέεται ὠκέα γῆ. Bergkius Act. Societ. Gr. I, 1. p. 203 sqq. conjicit ὠκέα αἴγλη. Emendationem meam confirmat poëtarum usus, ut Homer. Il. ρ, 372: πέπτατο δ' αὐγὴ ἠελίου ὀξεῖα. Theogn. 426: ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου. Quam saepe ὀξὺς et ὠκὺς confusa sint, nemo ignorat. Caeterum huic versui ge-

minus paene est vs. 72; sed ut hic ad rerum omnium concordiam, sic alter ad naturae discordiam spectat.

Vss. 66-68. Αὐτὰρ ἐπεὶ μέγα Ν. —— ὅρκου.) Pertinent hi versus ad describendas mutuas vices, quibus Amicitia et Discordia regnant: alterius tempore elapso, altera in regnum succedit. Aristoteles utitur his versibus ad demonstrandum, Empedoclem vicissitudinis rerum nullam afferre caussam nisi necessitatem vel casum, ὅτι οὕτως πέφυκεν, ὡς ἀναγκαῖον ὄν.

αὐτὰρ ἐπεὶ. Aristoteles: ἀλλ' ὅτε δὴ, quod magis pedestre; pro ἐθρέφθη Simpl. vitiose ἐρέφθη. — τρέφειν μέγαν, ut αἴρειν, αὔξειν, alia, nota est dictio. — ἐνὶ μελέεσσι, puta τοῦ σφαίρου, quod idem est atque ἐν τῷ σφαίρῳ. Similiter vs. 175: τὰ μέν τ' ἐνέμιμνε μελέων. vs. 70: γυῖα θεοῖο.

ὅ σφιν. Aristot. ὅς σφιν. Simplic. ὅσφιν. Pro ἐλήλαται nonnulli libri ἐλήλατο, quod recepit Sturz. meo judicio, minus recte, siquidem illa vicissitudo non olim obtinuit, sed perpetuo durat. Porro idem scripsit πλατέος πάρ' (παρά σφιν) ἐλήλατο ὅρκου, *quod ipsis a naturae necessitate advectum est.* Parum recte, ut videtur. ἐλαύνεσθαι, *duci*, apte dicitur certus temporis orbis, κύκλος, ut ab Empedocle appellatur vs. 116.

Vs. 69. Χάρις . . στυγέει.) Χάρις eadem quae Φιλία; aversatur illa Necessitatem, quippe quae eam cogat Discordiae cedere. δύστλητον Ἀνάγκην, ut Sophocl. Antig. 1347, δυσκόμιστος πότμος. Scaliger in ms. perperam legit δύσληστον Ἀν.

Vs. 70. πάντα γὰρ ἑξείης κτλ.) Simpl. Ald. τελεμίζετο; cod. Taur. πολεμίζετο, unde facile erat veram lectionem dignoscere, quam confirmat cod. Reg. in quo, teste Brandisio, legitur πελεμίξετο. — γυῖα θεοῖο, intell. τοῦ σφαίρου, quem ab Empedocle Deum nominatum constat. γυῖα, *artus*, similiter de natura dicit Virgil. Aen. VI, 726: »totamque infusa per artus mens agitat molem (mundi)." Spectare hunc versum ad rerum discretionem a Discordia factam, docent Simplicii verba, quae ad vs. 59 retulimus: ἀρξαμένου δὲ πάλιν τοῦ Νείκους ἐπικρατεῖν, τότε πάλιν κίνησις ἐν τῷ σφαίρῳ γίνεται.

Vss. 71-73. *χωρὶς πᾶν τὸ βαρὺ — θάλασσα.*) Citat haec Plutarchus et refert ad Discordiae regnum. *Ὅρα*, inquit, *μὴ .... τὸ Νεῖκος ἐπάγῃς τὸ Ἐμπεδόκλειον τοῖς πράγμασι, ... καὶ φοβερὰν ἀκοσμίαν καὶ πλημμέλειαν ἐπιδεῖν πονῆς, χωρὶς τὸ βαρὺ πᾶν καὶ χωρὶς τὸ κοῦφον, ἔνθ' οὔτε κτλ. ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, οὐ γῆ θερμότητος μετεῖχεν, οὐχ ὕδωρ πνεύματος, οὐκ ἄνω τι τῶν βαρέων, οὐ κάτω τὶ τῶν κούφων, ἀλλ' ἄκρατοι καὶ ἄστοργοι καὶ μονάδες αἱ τῶν ὅλων ἀρχαί, ... ἄχρις οὗ τὸ ἱμερτὸν ἧκεν ἐπὶ τὴν φύσιν ἐκ προνοίας, Φιλότητος ἐγγενομένης καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος, ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει καὶ Παρμενίδης καὶ Ἡσίοδος.* Etiam Proclus in Parm. T. V, p. 83, memorat *τὸ Ἐμπεδόκλειον νεῖκος καὶ τὸν γιγαντικὸν πόλεμον.* Colligi hinc licet, Empedoclem eo loco, unde hi versus depromti sunt, descripsisse naturae faciem, qualis esset, dominante Discordia: rerum principia et genera erant diversa inter se et distracta, nullus mundi ordo, nulla corporum varietas, neque sol neque terra neque mare neque aliud quidquam naturae rerum suâ formâ conspicuum. Primus versus, etsi non integer, e Plutarchi verbis facile elicitur; lacunam supplevit Sturzius addendo *ἔθηκε* (*τὸ Νεῖκος*).

δεδίσσεται (Plutarch. *δεδίττεται*) vulgo notat *timet* vel *timetur*: vid. Pierson in Moer. p. 118 sq. Posteriore sensu accepit Xylander, interpretans: *Non hic jam solis species formosa timetur.* Sturzius vero ita: *in hoc mundo neque sol et ignis timent, ne exstinguantur, neque terra et aqua, ne exsiccentur.* Si verbum recte se habet, interpretandum puto *agitatur, movetur, coruscat;* similiter ut *δίειν, δίεσθαι,* unde illud derivatum est, tam *timendi* ac *terrendi*, quam *ruendi* et *festinandi* habet potestatem: vid. Thiersch. Gr. Hom. § 232, 39. Sed nescio an legendum sit *δεδίσκεται*, id. quod *δείκνυται, se ostendit, apparet;* quo sensu Suidas *δειδίσκω* interpretatur *δεικνύω.* — *αἴης δέμας* scripsi pro *αἴης γένος*; ambo vocabula etiam confusa sunt vs. 271. Similiter vs. 285: *ὕδατος τέρεν δέμας.* cf. Parmen. vs. 118; Bergkius vult *γένος.* *λάσιον* vocatur ob arbores, frutices, cetera, quae terram vestiunt.

Vss. 74-76. Τέσσαρα τῶν πάντων κτλ.) Versus hos uncis inclusi, utpote ex aliis carminis locis excerptos et in unum conflatos. Primus versus est idem plane quem supra 55 legimus. Quis autem credat, Empedoclem bis de eadem re dixisse: πρῶτον ἄκουε. Duo reliqui versus iidem sunt, variatis tantum verbis, atque vss. 105 et 132, ubi cf. annot. Qua ratione hi versus in unum coaluerint, in promptu est intelligere: nempe pro figuratis vocabulis Ζεὺς, Ἥρη cet. posuerunt ipsa elementorum nomina; addiderunt ἐκ γὰρ τῶν κτλ. ut interpretationem vocabuli ῥιζώματα: sic perspicuitas fuit caussa, cur ista conglutinata sint. Caeterum legitur vulgo γέαν pro γαῖαν, ἠδ' pro ἰδ', ὅσα τ' ἔασσιν pro ὅσσα τ' ἔασιν.

Vss. 77-80. ἄλλο δέ τοι ἐρέω, φύσις κτλ.) Dicta haec ἐν τῷ πρώτῳ Φυσικῷ, teste Plutarcho Plac. Phil. I, 30. Continetur his versibus celebratum Empedoclis placitum: nulla est rerum generatio nec interitus, sed figurae tantum mutatio, mistio ac dissolutio. Cf. vss. 342-353. Cnm Empedocle fere consentiunt Parmenides et Anaxagoras: vid. comment. in Parmen. p. 106, ad vs. 98. Duorum priorum versuum lectio in Plutarcho aliquantum variat; in libro de placitis sic legitur:

ἄλλο δέ τοι ἐρέω· φύσις οὐδέν ἐστιν ἁπάντων
θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένου θανάτοιο τελευτή.

adversus Colophonem ita:

ἄλλο δέ σοι ἐρέω· φύσις οὐδενός ἐστιν ἑκάστου
θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένη θανάτοιο γενέθλη.

Optio dubia esse nequit; φύσις οὐδενὸς tuetur praeterea Aristoteles, item ceteri. θανάτοιο τελευτὴ pro θάνατος, usitatum: similiter dici solet θανάτου τέλος, θανάτου πεῖρας. Sed pro ἁπάντων Aristot. Metaph. legit ἐόντων, credo, memoriae lapsu, quippe quum proxima verba θνητῶν κτλ. omittat, quibus additis, ἐόντων incommodum est. Quod autem Plutarch. pro ἁπάντων altero loco habet ἑκάστου, ambo ista saepius confusa sunt, ut vs. 95, 106, 236. Vs. 80. Pro φύσις δ' ἐπὶ τοῖς. Plutarch. de plac. φύσις δε βρότοις; idem vero altero loco ἐπὶ τοῖς, et sic constanter Aristoteles.

ὀνομάζειν ἐπί τινι est idem quod *ὄνομά τινι ἐπιθέσθαι*. Plato Alcib. I, p. 108 A: *ἐπειδὴ βέλτιον μὲν ὠνόμαζες ἐπ' ἀμφοτέροις*, i. e. *quoniam istud* melius *de utroque usurpasti*. Similiter usurpatur *καλεῖσθαι*. Plato Rep. V, 16; p. 470 B: *ἐπὶ μὲν οὖν τῇ τοῦ οἰκείου ἔχθρᾳ στάσις κέκληται, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ ἀλλοτρίου πόλεμος*. ad q. l. Ast. comment. p. 525. cf. Aristot. de Gen. et Corr. p. 404 G; Plutarch. adv. Colot. Vol. X, p. 578 Reisk.

Vs. 77. *φύσις οὐδενός ἐστιν*.) Sensus vocabuli *φύσις*, quum *θανάτῳ* opponatur, satis manifestus est; notat idem quod *γένεσις*, *generatio*, *ortus*. Quocirca non probandus Aristoteles, quum Metaph. IV, 4, *φύσιν* hoc loco interpretatur *propriam rerum naturam* sive *essentiam*, *τὴν τῶν φύσει ὄντων οὐσίαν, οἷον οἱ λέγοντες φύσιν εἶναι τὴν πρώτην σύνθεσιν*. Immo hoc sensu Empedocles *περὶ φύσεως* nihil dixit, ut ipse animadvertit de Gener. et Corr. II, 6.

Vs 80. *φύσις δ' ἐπὶ τοῖς κτλ*.) Verba haec reprehendit Aristoteles Gener. et Corr. II, 6: ubi quaerens, quae causa sit cur unaquaeque res suam obtineat vim et figuram, ea est, inquit, *ἡ οὐσία ἥγε ἑκάστου ἀλλ' οὐ μόνον μίξις* —— *ὥσπερ ἐκεῖνός φησι· τύχη δ' ἐπὶ τούτων* (alii *τούτοις*) *ὀνομάζεται, ἀλλ' οὐ λόγος*. Invertit ibi Empedoclis rationem, pro *φύσις* in qua *λόγος* est, ponens *τύχην*, in qua nullus est *λόγος*.

Vss. 81-83. *ἔκ τε μὴ ὄντος* — *ἐρείδῃ*.) Pervulgatum placitum:

E nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

quod Empedocles demonstrat etiam vs. 118 sqq. Initium mancum est, quod Sturzius parum recte supplevit scribendo, *ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τι κτλ*. Vs. sq. *τὸ τ' ἐὸν* scripsi pro *τό τε ὄν*, similiter ut factum in Parmenide; *τὸ* producitur hic propter arsin, ut saepe similia, ex. gr. vs. 92: *διαφυομένων*. vs. 100: *ἀκίνητα κατά*. vs. 212: *τὰ δύο*. vs. 308: *λεπτῇσιν ὀθόνῃσιν*. Porro quum Aristoteles vs. 83 scribat, *ἀεὶ γὰρ θήσεσθαι*, qui infinitivus pendet a praecedenti *λέγει Ἐμπεδοκλῆς*, illud, auctore Sturzio, mutavi in *αἰεὶ γὰρ στήσονται*, quum *θήσειν* et *στήσειν* interdum confundantur, ut infra vs. 429 sq. Sensus hic esse videtur:

»elementa, quamvis quis urgeat et omni ratione insectetur, aeterna stabunt sive manebunt." — ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ, ut Homerus Il. μ, 48: ὅππῃ τ' ἰθύσῃ, τῇ τ' εἴκουσι. Wyttenb. leg. conjiciebat: καὶ τό γ' ὂν ἐξόλλ. . . . αἰὲν γάρ τοι θεύσετ' vel θήσετ' ὅπῃ κτλ. i. e. θεύσεται vel θήσεται τις. — ἀνήνυστον, ἄπρηκτον, ambo idem significant quod ἀμήχανον; prius vocabulum latius explicui Comment. in Parmen. p. 73.

Argumentationis autem hujus auctorem Empedocles habuit Parmenidem, qui vs. 61 sqq. simili ratione tollit id quod vulgo nasci et mori dicunt, eâdemque argumentatione usi sunt seriores, ut universum demonstrarent aeternum. Explicatius Ocellus Lucan. p. 510 sq. ed. Gale. Empedoclis verba paene expressisse videtur Philo de Mundi aetern. citat. Gal. l. l. λέγεται μέντοι καὶ φθορὰ . . . ἡ τοῦ ὄντος ἀναφαίρεσις παντελής, ἣν καὶ ἀνύπαρκτον ἀναγκαῖον λέγειν. ὥσπερ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίγνεται, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄπαυστον (leg. ἄπιστον vel ἄπρηκτον). Inter adversarios hujus sententiae fuit Xeniades Corinthius, qui auctore Sexto Empir. adv. Math. VII, s. 52, contendebat: ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πᾶν τὸ γενόμενον γίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν πᾶν τὸ φθειρόμενον φθείρεσθαι.

Vss. 84-86. Ἀλλὰ κακοῖς — λόγοιο.) Versus hos, qui continent reprehensionem istorum qui suis rationibus confisi, divinioris mentis et quasi numinis effata repudient, non inepte hoc loco inseri posse putavi. — κακοῖς πέλει (τὸ) ἀπιστεῖν, i. e. ut secundum Clementem interpretatur Sturzius: *malis hic mos est.* cf. Sophocl. Antig. 692: ἐμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε. — τοῖς κρατέουσιν ἀπιστεῖν (s. ἀπειθεῖν) proprie: *iis qui in imperio sunt, non parere;* inde ad doctrinam translatum: *firmis certisque argumentis* vel *effatis non credere.* Clemens interpretatur ita: τοῖς μὲν κακοῖς τοῦτο συνηθὲς, τὸ ἐθέλειν κρατεῖν τῶν ἀληθῶν διὰ τοῦ ἀπιστεῖν. Si sensum spectes, recte; si verba, parum juste. διατμηθέντος λόγοιο tangit Astius in Platon.

Phaedr. comment. p. 362, ubi p. 265 E, διατέμνειν κατ' ἄρθρα de dialectica dicitur. Rectius tamen puto λόγον hîc interpretari τὸν νοῦν, (quemadmodum Parmenides vs. 55: κρίναι δὲ λόγῳ.) ut significet: *mente in praecordiis divisâ.* Similis est locutio Homerica: Il α, 189; ἐν δέ οἱ ἦτορ στήθεσσιν . . διάνδιχα μερμήριξεν. et Virgilianum illud Aen. VIII, 20: *animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.* Caeterum alterum versum Theodoretus sic legit: ὧδε γὰρ ἡμετέρης κέλεται π. M. quo nexus hujus versus cum sequenti, quem ille omittit, tollitur.

Vs. 87 sqq. Πείρατα μύθων δίπλ' ἐρέω κτλ.) Postquam in praecedentibus, quorum non nisi pauca fragmenta nobis relicta sunt, exposuisset philosophus, quae fuissent quondam Amicitiae et Discordiae partes in rerum elementis digerendis, jam utriusque actionem in rebus humanis adumbrat. Docet ambarum vices in mundo perpetuo variari, per eas modo contrahi omnia, modo dissipari; ipsam autem hanc vicissitudinem aeternam constare, constare rerum elementa et principia, quippe quibus nec accedere nec defluere quidquam possit. E primo physicorum haec desumta esse notat Simplicius l. l.

Vss. 87-89. πείρατα μύθων — εἶναι.) Simplicius incipit verbis δίπλ' ἐρέω; praeposui πείρατα μύθων, ut indicat ipse vs. 102: ὡς πρὶν ἔειπα, πείρατα μύθων δίπλ' ἐρέω. Vocabulum πείρατα simili sensu usurpat Homer. Il. ψ, 350:

ἕζετ', ἐπεὶ ᾧ παιδὶ ἑκάστου πείρατ' ἔειπεν.

Pindar. Pyth. I, 81 Boeckh.

καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν πείρατα συντανύσαις.

Opposita ἓν et πλέονα significant alterum mundi ornatum, alterum diversa elementa, e quibus conflatus est; quod autem in universam naturam dicit, id de singulis naturae rebus intelligendum, quae modo cooriuntur, modo dissipantur. De hoc latius in dissert. τοτὲ μὲν — τοτὲ δὲ, interprete Simplicio, ποτὲ μὲν τῆς φιλίας δηλοῖ κρατούσης, ποτὲ δὲ τοῦ Νείκους. Recte, modo ne ποτὲ pro τοτὲ in Empedocle reponendum putes.

Vss. 90-92. τοιήδε θνητῶν — διέπτη.) In his versibus aliquid audendum ratus sum. Simplicii lectio talis est:

δοιὴ δὲ θνητῶν γένεσις, δοιὴ δ' ἀπόλειψις·
τὴν μὲν γὰρ παντῶν σύνοδος τίκτει τ' ὀλέκει τε, κτλ.

Primum pro δοιὴ posui τοίη: mirum enim, quaenam possit esse duplex ista generatio et duplex interitus, quum Empedocles ubivis non nisi unum agnoscat ortûs, unum interitûs modum, alterum μίξιν, alterum διάλλαξιν, ut modo ipsum audivimus praedicantem vs. 79; idemque statim docet his versibus:

. . ᾗ μὲν ἓν ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι,
ἠδὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς πλέον' ἐκτελέθουσι,
τῇ μὲν γίγνονταί τε καὶ οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών.

γίγνονται, nascuntur, quando fit ἓν ἐκ πλεόνων, i. e. quum diversa in unum coëunt; contra οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών sive moriuntur, quando διαφύντος ἑνὸς πλέον' ἐκτελέθουσι, sive unum in diversa genera dirimitur. Similiter loquitur vs. 336 sqq. Atque in hoc omnes Empedoclis interpretes consentiunt, μίξιν sive σύγκρισιν ab illo generationis, διάλλαξιν sive διάκρισιν interitûs caussam habitam. Omnium instar sit testimonium Aristotelis de X. Z. G. c. 2: μισγομένων τε καὶ συντιθεμένων πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρός (ἀέρος, ὕδατος, γῆς), γίγνεσθαι τὰ πολλὰ, διαλλαττομένων τε καὶ διακρινομένων φθείρεσθαι πάλιν. At existimet quis, duplicem ortum et interitum ita interpretandum esse, quasi, altero coëunte, dissipetur alterum, et vicissim, dissipato altero, alterum componatur; aliis verbis: ut alterius vita mors sit alterius, et contra. Sunt sane duo ista arcte inter se copulata et alterum ex altero pendet, neque tamen idcirco dissolutio copulat, concretio dissipat. Sed etiamsi illa interpretatio probetur, ne ipsa quidem verba, sicut in Simplicio leguntur, cum eâ congruunt. Nam quum duo illa, concretio (πάντων σύνοδος) et discretio (διαφυομένων τῶν στοιχείων) sibi opponantur, oportebat ea, quae de utroque praedicentur, sibi respondere, paria paribus opposita esse; quod secus est: nam verba θρυφθεῖσα διέπτη non respondent

praegressis τίκτει τ' ὀλέκει τε; haec *ortum* et *interitum*, illa *interitum* tantum significant. Quodsi ergo, ut dicit, *discretione* rerum natura frangatur et dissipetur (θρυφθεῖσα διέπτη), vicissim *concretione* generari et ali debet: ideo scripsi τίκτει τ' αὔξει τε, pro ὀλέκει τε, qua ratione salva videtur sententia. Istud δοιὴ facile natum e praecedenti δίπλ' ἐρέω, unde porro error latius serpsit. ἀπόλειψις hîc opp. γενέσει; inferius vero vs. 118, τῷ γίγνεσθαι opp. τὸ ἀπολήγειν. num et h. l. dixerit fortasse ἀπόληξις? Vs. 92 Simplic. ed. δρέπτη, quod cum Scaligero mutavi in διέπτη; Sturz. ἀπέπτη. Articulus uterque, τὴν μὲν, ἡ δὲ refertur ad θνητῶν γένεσιν et ἀπόλειψιν, quod ad sensum idem est ac si dixisset τὰ μὲν, τὰ δὲ, intell. θνητά; ut jam Sturzius explicuit. cf. vs. 257 sq. Verba autem ista ἡ δὲ πάλιν διαφ. θρυφθ. διέπτη, congruenter versui antecedenti in hunc modum converti possint: τὴν δὲ πάλιν ἡ διάλλαξις θρύπτει τε καὶ διόλλυσι. Pro διαφυομένων vs. 97 est διαφύντος ἑνός.

Vs. 93. οὐδαμὰ. Olim hîc et vss. 99 et 148, perperam scribebatur οὐδαμᾶ; emendatum dedit Bekker. in Aristotele l. l.

Vs. 94 sq. ἄλλοτε μὲν — ἔχθει.) Ita hos versus exhibent Laërtius et Simplicius Phys. VIII f. 310 A; aliis locis hic fluctuat, interdum φορούμενα legens, interdum δίχ' ἅπαντα vel δίχα πάντα pro δίχ' ἕκαστα Cf. idem de Coelo in Brandis. schol. Aristot. p. 476, col. 2; p. 487, col. 2; p. 507, col. 2. Corrupte auctor vit. Homeri: ἄλλ. δ' αὖτις ἕκαστα φορ. N. ἄχθει. Stobaeus: συνερχ. τάδε πάντα, ἄλλ. δ' αὖτε ἕκαστα φρουρούμενα. In Stob. Exc. Grot. p. 152, hi versus falso Parmenidi tributi sunt. Verba εἰς ἓν ἅπαντα — δίχ' ἕκαστα, similiter opponuntur vss. 336-339, et in versu Orphico apud Proclum in Tim. p. 219:

πῶς δέ μοι ἕν τε τὰ πάντ' ἔσται καὶ χωρὶς ἕκαστον.

quae verba ex Empedocle paene expressa videntur.

Vss. 96-98. Οὕτως ᾗ μὲν — ἐμπ. αἰών.) Primum horum versuum, οὕτως κτλ. meo arbitratu hîc inserui, qui additus est in loco huic simili vs. 145, quoniam eo omisso, manca est

sententia nec cum antecedentibus cohaeret. »Perpetuo, inquit, res modo in unum conciliantur, modo in diversa distrahuntur; ita fit, ut et perpetua sit vitae ac necis vicissitudo et mundi ordo sempiternus constet." In hac argumentatione versus 96 et 97, ᾗ μὲν ἓν ἐκ πλεόνων. . . ἠδὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς κτλ. respondent praegressis 94 et 95: ἄλλοτε . . . εἰς ἓν ἅπαντα, ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα; his vero (96 et 97) respondet sequens versus: τῇ μὲν γίγνονταί τε καὶ οὔ. γίγνονται, quum fit ἓν ἐκ πλεόνων, contrarium, διαφύντος ἑνός. Tollas illum versum, omnis sententiae nexus tollitur. Haec autem interpolatio postulabat etiam, ut in vs. 97. pro ᾗ δὲ scriberetur ἠδέ; nam praecedens ᾗ μὲν ad ambos hos versus pertinet, cui respondet quod sequitur vs. 99: ᾗ δὲ τάδ' ἀλλάσσοντα. Voces ἠμὲν et ᾗ μὲν, ἠδὲ et ᾗ δὲ, saepe confusae sunt a librariis, ut in hoc ipso loco apud Aristot. Phys. VIII, 1, ubi Bekkerus edidit ita: Ἐμπεδοκλῆς . . . . λέγων οὕτως·

— ἠμὲν ἓν ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι
ἠδὲ πάλιν κτλ.

Haec dudum scripseram, quum laetus cognovi doct. Bergkium in Actis Soc. Gr. l. l. in emendando hoc loco prorsus mecum concinere. Inconsiderate vero Prellerus in Ephem. Antiq. l. l. istud οὕτως, quod ubique addit Simplicius et quod argumentatio flagitat, ejiciendum statuit, quia videlicet a Bekkero, ut modo vidimus, Aristotelis verbis annexum sit. Etiamsi vero in Aristotele lectio Bekk. λέγων οὕτως probetur (ibi enim parum interest), tamen effici inde non possit, particulam hanc ex Empedoclis versu eximendam esse. — μεμάθηκε, h. e. εἴωθε, ut infra vs. 178, ἔμαθον pro εἰώθεισαν, ἐπεφύκεισαν.

Vs. 99 sq. ᾗ δε τάδ' ἀλλάσσ. — κύκλον.) Simpl. de Coel. apud Peyron. l. l. et in Brandis. Schol. p. 476 et 487: ᾗ δὲ διαλλάσσοντα, quod recepit Sturzius; alibi Simpl. fluctuat, modo διαλλάσσ. modo τάδ' ἀλλάσσ. scribens. Etiam Aristotelis codd. variant; Casaub. ed. corrupte:

τῇδε διαλλάσσονται διαμπερὲς, οὐδ' ἅμα λήγει.

quae emendata dedit Bekkerus. Caeterum ἀλλάσσοντα et διαλλάσσοντα idem valent. Nam interdum διαλλάσσειν Empedocli notat *discernere*, ut vs. 79, διάλλαξις; interdum *variare*, ut vs. 179. Pro ἀκίνητα Aristot. et Simpl. libri vitiose ἀκίνητοι. Similiter Brandis. schol. p. 476 b, et p. 487, b. Simplicii tamen ed. Ald. alio loco (vs. 149) ἀκίνητα, atque ita ipsum legisse, manifesto indicat interpretatio, quam addit Phys. f. 258 B (in Brandis. schol. p. 425 b): καὶ ταύτῃ ἀΐδιά ἐστι, τουτέστιν, ἀΐδιος ἡ αὐτῶν εἰς ἄλληλα μεταβολή, κτλ. Bergkius metri fortasse gratia conj. ἀκίνητον κατὰ κύκλον. Frustra: cf. not. ad vss. 81-83.

κατὰ κύκλον.) κύκλος de certa et perpetua conversione usurpatur. Sic Pythagorei constitutam animarum migrationem per varias corporum formas vocabant κύκλον ἀνάγκης ἀμείβειν. Diogen. Laërt. VIII, 14. Euripides de fatali tempestatum ac rerum humanarum conversione canit:

κύκλος γὰρ ὡὐτὸς καρπίμοις τε γῆς φυτοῖς
θνητῶν τε γέννᾳ· τῶν μὲν αὔξεται βίος,
τῶν δὲ φθίνει τε καὶ θερίζεται πάλιν.

in Valcken. diatr. p. 6. Aristot. Meteor. II, 3, p. 429 G: τοῦθ' οὕτω κατὰ κύκλον ἀναγκαῖον ἀεὶ βαδίζειν. Ocellus Luc. p. 513 Gal. τὰ μὲν γὰρ πρῶτα κινούμενα κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβει. quae Empedocleis plane apposita.

Caeterum de horum versuum 96-100 interpretatione pauca addenda. Aristoteles Phys. VIII, 1, inde efficit, Empedoclem statuere, ἐν μέρει κινεῖσθαι καὶ πάλιν ἠρεμεῖν· κινεῖσθαι μὲν, ὅταν ἡ Φιλία ἐκ πολλῶν ποιῇ τὸ ἕν, ἢ τὸ Νεῖκος πολλὰ ἐξ ἑνός· ἠρεμεῖν δὲ ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις. i. e. »modo moveri universum, modo rursus quiescere: moveri, quum Amicitia diversa in unum congreget, vel quum Discordia unum in diversa rapiat; quiescere vero mediis temporum intervallis." Quod allatis illis versibus declarat: namque, addit, τὸ γὰρ ᾗ δὲ τάδ' ἀλλάσσοντα ἔνθενδε ἐκεῖσε λέγειν αὐτὸν ὑποληπτέον (quae verba, ut in transeundo moneam, prave leguntur in edit. Bekker.), i. e.

»ἀλλάσσοντα significat *hinc illuc moveri*, ita ut inter duos contrarios motus necessario sit quietis quoddam intervallum." In hunc sensum Aristotelis verba acceperunt etiam Simplicius et Themistius, minus vero recte explicuit Alexander, ab eodem memoratus. Vid. Simplic. in Phys. VIII, f. 258 B. Caeterum Aristotelis illa interpretatio, licet justâ argumentatione ex Empedoclis verbis deducta, tamen illius menti non plane consentanea est. Empedocles perennem motum ponit in perpetua discretionis et concretionis, sive, ut vulgus loquitur, ortûs et interitûs vicissitudine; stabilitatem vero in constanti certoque ordine, quo ista mutatio peragitur; quemadmodum Simplicius l. l. recte interpretatur: τὴν δὲ ἀκινησίαν ἔοικεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐνορᾶν κατὰ τὴν ἀΐδιον ταυτότητα τῆς εἰς ἄλληλα τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν πολλῶν μεταβολῆς.

Vs. 101. μάθη.) Simplic. ed. μέθη, quod frustra commendare studuit Sturzius similitudine dicti Platonici Lys. p. 222 C: μεθύομεν ὑπὸ τοῦ λόγου. Joannes Damascenus versum ita exhibet:

ἀλλ' ἄγε, μύθων κλῦθι, μάθησις γὰρ φρένας αὔξει.

Eodem spectat Clemens Alex. Strom. V, p. 589 C: ὡς δὲ ἡ μάθησις κατ' Ἐμπεδοκλέα, τὰς φρένας αὔξει, οὕτως ἡ εἰς τὸν Κύριον πεποίθησις αὔξει τὴν πίστιν. E quibus vera lectio μάθη, quam et Bergkius vidit, satis elucet, et simul apparet, hoc Empedoclis dictum ore tritum fuisse, fere ut Horatii illud: *Doctrina vim promovet insitam.* Vocabulum μάθη pro μάθησις habet Hesychius, Doricam genitivi formam afferens: μάθας, μαθήσεως. Similia apocopes exempla multa affert Strabo VIII, p. 364 Casaub. cf. Bergk. l. l. Pro φρένας αὔξει autem magis Empedocleum puto φρέν' ἀέξει.

Vs. 104. τοτὲ δ' αὖ.) Simplic. Phys. I, f. 6 B, haec verba seorsim citans, legit ἄλλοτε δ' αὖ, immemor videlicet eorum quae praecedunt.

Vs. 105. πῦρ καὶ ὕδωρ κτλ.) Hic versus est idem quem supra 75 e Clemente attulimus. In postremis verbis variat

lectio. Simplicius utroque loco: ἠέρος ἄπλετον ὕψος. Clemens: αἰθέρος ἄπλετον ὕψος. Plutarch. αἰθέρος ἤπιον ὕψος. Sext. ἠέρος ἤπιον ὕψος. Utrumque ἠέρος et αἰθέρος, ἄπλετον et ἤπιον, commodum; sed αἰθέρος Empedocli usitatius: vid. vss. 16, 199, 216, 322, 405; et ἤπιον, quod proprie aëris naturam significat, exquisitius quam ἄπλετον, quod est commune epitheton profunditatis. Simili fere sensu τέρην de aqua usurpatur vs. 285. Etiam Parmenides vs. 116:

φλογὸς αἰθέριον πῦρ
ἤπιον ἐὸν, μέγ' ἀραιόν.

Vs. 106. ἀτάλαντον ἁπάντη.) Simplicius utroque loco: ἀτάλαντον ἕκαστον. (quae ambo vocabula solere permutari, jam supra vidimus ad vs. 96.) Perperam: nam ἀτάλαντον non dicitur unumquodque elementorum, quae modo memorata sunt, sed Νεῖκος vocatur ἀτάλαντον ἁπάντη, sicut vs. sq. Φιλία dicitur ἴση μῆκός τε πλάτος τε. Utraque appellatio idem valet: nam ἀτάλαντον ἁπάντη significat *undique aequalibus ponderibus libratum*, s. *omni ex parte aequale*; ἴση μῆκός τε πλάτος τε nihil aliud est quam ἴση sive ὁμοῖα πάντη. Utrumque congruit cum Parmenidis dicto de sphaera, ἰσοπαλὲς πάντη, quod tetigimus ad vs. 61 sq. Vocabula illa proprie conveniunt in g l o b i figuram; quemadmodum in Arati Phaen. vs. 22, t e r r a e p o n d u s vocatur ἀτάλαντον ἁπάντη, i. e. *rotundum*. Istud autem *teres atque rotundum* metaphorice usurpatur de omni, quod suâ vi contentum, suo pondere nixum, alterius ope non egeat: qua de re nolim repetere, quae jam in Xenophane et Parmenide a me exposita sunt. Perperam autem doct. Lommatzsch ἀτάλαντον ἁπάντη interpr. *aequipondium* (*ganz Gegengewicht*), puta, Amicitiae: quod si significare Empedocles voluisset, dativum certe addidisset. — Pro Φιλότης alii libri Φιλίη; pro μετὰ τοῖσιν alii ἐν τοῖσιν; parvo aut nullo discrimine. Pro ἴση μῆκος Sextus male ἴσον μῆκος. Vocabulum ἴσος h. l. primam habet brevem, pariter vs. 215. cf. Hesiod. Ἔργ. vs. 752; Theogn. vs. 686; Nossidis Epigr. Anth. Pal. VI, 353.

Vs. 108. τὴν σὺ νόῳ κτλ.) Clemens ἣν σύ. Plutarch. τὴν σὺν νῷ

δέρκου. Gemina huic sententiae est illa Euripidis in Valck. Diatr. p. 244:

οὐ γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστιν, ἀλλὰ νοῦς.

τεθηπώς, in simili sententia usurpat Parmenides vs. 49:

κωφοὶ ὅμως τυφλοί τε τεθηπότες —

Plutarchus, cit. Sturzio, de aud. poët. c. 5: ὅταν δ' ἀναγινώσκῃ, μὴ καθήσθω ἐκπεπληγμένος καὶ τεθηπώς. Cf. Comment. in Parm. p. 79 et 83 sq.

Vs. 109 sqq. ἥτις καὶ θνητοῖσιν κτλ.) θνητοῖσιν ἐνίζεται (ἐν ἵζεται) scripsi pro vulg. θνητοῖσι νομίζεται. nam νομίζεται, *vulgo censetur, putatur*, repugnat ei quod statim subjungit vs. 112: *hanc nemo mortalium agnovit.* Cum his, quae de Amicitia praedicantur, comparandi versus illi quos in Platon. Symp. p. 197 C memorat Agathon, ab ipso fortasse factos: Ἔρως, inquit, ἐστὶν ὁ ποιῶν

εἰρήνην μὲν ἐν ἀνθρώποις, πελάγει δὲ γαλήνην,
νηνεμίαν ἀνέμων, κοίτην, ὕπνον τ' ἐνὶ κήδει.

Vs. 112 sq. τὴν οὔτις μεθ' ἅπασιν ἑλισσ.) Simplicius vitiose: οὔτις μετ' ὅσοισιν. Brandis conj. μετὰ τοῖσιν; Prellerus οὔτις γ' (vel οὐδεὶς) ὅσσοισιν, quod et mihi in mentem venerat; sed praetuli Sturzii conj. μεθ' ἅπασιν. Uti Empedocles hîc gloriatur, similiter fere in amore praedicando Phaedrus apud Platon. Symp. p. 177: οὐ δεινὸν, rogat, ἄλλοις μέν τισι θεῶν ὕμνους καὶ παιᾶνας εἶναι ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεποιημένους, τῷ δὲ Ἔρωτι, τηλικούτῳ ὄντι καὶ τοσούτῳ θεῷ, μηδὲ ἕνα πώποτε τοσούτων γεγονότων ποιητῶν πεποιηκέναι μηδὲν ἐγκώμιον.

Vs. 113. λόγων στόλον.) Sic infra vs. 358: πειθοῦς ἁμαξιτός. hoc a curriculo, illud a navigatione petitum; utrumque ornate; sic Pindar. Pyth. II, 62: εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι στόλον, de carmine victoriali. Usitatiora hoc sensu vocabula ὁδός, ἀτραπός, κέλευθος. cf. animadv. in Parmen. vss. 35-37, p. 72.

Vs. 114. ταῦτα γὰρ ἶσα κτλ.) Simplic. f. 34 A hanc addit interpretationem: ὅτι γὰρ οὐδέτερον τούτων τελέως ἀπολείπει,

δηλοῖ τὸ πάντα ἴσα εἶναι καὶ ἥλικα κατὰ τὴν γένναν. Recte quidem haec, nec tamen Empedoclis mentem plane explicant. ἴσα significat, omnia ista elementa et principia paria inter se esse potestate, nullum alio majus vel deterius; ἥλικα, cuncta esse aeterna. Etiam a Parmenide vs. 124, ambo elementa, lux et nox, ἴσα vocantur. Plura de hoc in dissert. — γένναν, ut vs. 332 γέννᾳ, apud Parmenidem vs. 61 γένναν, ubi perperam me γέννην scripsisse, monuit Preller. l. l. γέννᾳ item est in Euripideo versu quem dedi supra p. 196.

Vs. 115. τιμῆς δ' — ἦθος.) ἦθος, *ingenium* cujusque, in eo positum, quod aliud est lucidum, aliud opacum, et sic porro; τιμή, *munus*, in eo, quod aliud elementorum noctem, aliud lucem, aliud tellurem, aliud mare, aliud aliam naturae partem quasi in sua dictione teneat.

Vs. 116 sq. ἐν δὲ μέρει κτλ.) Simplic. Phys. f. 34 A, eâdem paginâ, modo κύκλοιο, modo χρόνοιο; illud vero ibidem f. 8 A, 273 A. Tangit hunc locum Aristoteles Phys. VIII, 1; p. 320 E. Indicant haec verba, non solum ambo illa principia, amicitiam et discordiam, sed etiam elementa, mutatis vicibus, aliud prae alio dominari; quod spectat probabiliter ad tempestatum mutationes aliasque vicissitudines, quae in natura cernuntur: ut in dissert. explicabo. cf. haec Lucretii, II, vs. 573 sqq.

> Sic a e q u o geritur certamine principiorum
> Ex infinito contractum tempore bellum;
> Nunc hic nunc illic superant vitalia rerum,
> Et superantur item. —

Vs. 117. καὶ φθίνει κτλ.) Hunc versum, qui et inferius (vs. 139) praecedenti subjungitur, interposui. Ipse Simplicius, etsi f. 34 A ceteros versus ordine referens hunc omittat, tamen eâdem paginâ paullo post, in iisdem interpretandis, hunc ipsum quoque addit: ὅτι δὲ εἰς ἄλληλα μεταβάλλει, δηλοῖ λέγων, »ἐν δὲ μέρει —— αἴσης". Verba φθίνει et αὔξεται similiter opposita sunt in Euripidis loco, quem attuli

p. 196. Ea non significant, elementa modo interire prorsus, modo renasci; sed alterum alteri vicissim cedcre et quasi evanescere.

Vs. 118. πρὸς τοῖσιν ἄρ οὔτ' ἐπιγ. οὔτ' ἀπ.) Ita correxi: cf. vs. 107. Simplicius habet πρὸς τοῖς οὔτ' ἄρ ἐπιγ. οὐδ' ἀπολ. quae lectio vim facit metro. Sturzius edidit: πρὸς τοῖς ἄρα οὔτε τι γίνεται οὐδ' ἀπολήγει, quod multo deterius.

Vs. 119-121. εἴτε γὰρ ἐφθείροντο —— ἀπόλοιτο;) Post versum εἴτε γὰρ κτλ. suspicatus sum excidisse alterum huic respondentem, quo talis exsisteret sensus: »Si penitus interirent illa, in posterum non amplius forent; si nascerentur, non fuissent, priusquam nata." Quibus deinceps apte junguntur sequentia, quae latine interpretatur Lucretius L. II, vs. 304:

Nam neque quo possit genus ullum materiaï
Ecfugere ex omni, quidquam est; neque rursus, in omne
Unde coorta queat nova vis irrumpere. —

Empedocles ipse Parmenidis vestigia sequitur, qui vs. 61 sqq. haec dicit:

τίνα γὰρ γένναν διζήσεαι αὐτοῦ;
πῆ πόθεν αὐξηθέν; —
τί δ' ἄν μιν καὶ χρέος ὦρσεν
ὕστερον ἢ πρόσθεν τοῦ μηδενὸς αὐξηθῆναι;

Cum horum autem versuum argumento conveniunt superiores 81-83, quibus demonstratur neque ens interire, neque e non ente nasci quidquam posse. Utrumque locum componit Aristot. de X. Z. G. c. 2, et haec quidem corrupte: πῶς γάρ, φήσει (φησὶ), καὶ ἔπαρξις ἴετο παντί τε καὶ πόθεν ἐλθόν; Istud ἔπαρξις ἴετο παντί, si in ἔπαρξις literae ρ in υ, ι in η mutentur et reliquae juste dispescantur, sponte reddit vulg. lect. ἐπαυξήσειε τὸ πᾶν τί κτλ. quemadmodum jam correxerunt Spaldingius et alii. Caeterum Aristoteles τί τε καὶ pro τί κε καὶ, quod aeque rectum; nam κε sive ἂν optime abesse posse, ostendit exemplum Homeri Iliad. η, 48, pluraque alia quorum copiam affert Bernhardy Gr. Syntax. p. 411. In vs. seq. notetur καὶ productum ante vocalem, et hiatus in verbis

ἀπόλοιτο; ἐπεί, qui excusatur tamen interpunctione. Alioquin facile posset corrigi: πῇ δὲ καὶ ἐξαπόλοιτ' ἄν; Sed nihil muto.

Vs. 121. ἐπεὶ τῶνδ' οὐδὲν ἔρημον.) Parmenides vs. 107: ἐπεὶ πᾶν ἐστὶν ἄσυλον. Vs. 79: πᾶν δὲ πλέον ἐστὶν ἐόντος. Timaeus Locr. c. 8 extr. p. 554 Gal. (p. 20 Geld.): ἅπαντα δ' ὦν πλήρη ἐντὶ, οὐδὲν κενεὸν ἀπολείποντα.

Vs. 122 sq. ἀλλ' αὔτ' ἔστι γε — ὁμοῖα.) ἔστι γε scripsi pro vulg. ἐστὶν. Illud exhibet ipse Simplic. ad vs. 140. — θέοντα, *meantia*, usurpat quoque Lucretius in Empedoclis sententia explicanda, I, 787:

Nec cessare haec inter se mutare, m e a r e,
A coelo ad terram, de terra ad sidera mundi.

γίγνεται ἄλλοτε ἄλλα διηνεκὲς, cum his consentiunt haec Timaei l. l. τρίβεται μὲν ἀμοιβαδὸν, ἀδιάλειπτον δὲ ἀλλοίωσιν ποτὶ γενέσιας καὶ φθορᾶς ἀποδίδωτι. — αἰὲν ὁμοῖα concinit rursus cum Parmenidis vs. 77: πᾶν ἐστὶν ὁμοῖον.

Vss. 124-137. Ἀλλ' ἄγε —— ἀμείβει.) Inter hos versus et proxime praegressos multa alia, πλείονα ἄλλα, teste Simplicio l. l. f. 34, intercesserunt, quae continebant fortasse descriptionem variorum naturae generum formarumque, calidi, frigidi, lucidi, opaci, aliorum, quae elementorum coitu essent conflata. His autem versibus adumbrat, ut dicit Simplicius, ἑκάστου τῶν εἰρημένων (στοιχείων) τὸν χαρακτῆρα, τὸ μὲν πῦρ ἥ λ ι ο ν καλῶν, τὸν δ' ἀέρα α ὐ γ ὴ ν καὶ ο ὐ ρ α ν ό ν, τὸ δ' ὕδωρ ὄ μ β ρ ο ν καὶ θ ά λ α σ σ α ν. Similiter fere alibi f. 7 hos versus citans, dicit: ἐν ἐκείνοις τοῖς ἔπεσιν . . . τὰ γνωρίσματα ἑκάστου τῶν δ' στοιχείων καὶ τοῦ Νείκους καὶ τῆς Φιλίας παραδίδωσι σαφῶς. Vocabula autem, quibus Simplicius elementa designari dicit, ἥλιος, αὐγή, ὄμβρος, in his versibus occurrunt; duo reliqua, οὐρανός et θάλασσα, ipse interpretationis loco adjecit. Sed Simplicius tria tantum elementa, ignem, aërem, aquam memorat, terrae mentionem non facit; memorat tamen hanc Aristoteles de Gen. et Corr. I, 1, hunc locum tangens: καθάπερ (Ἐμπεδοκλῆς) λέγει τὸν μὲν ἥλιον λ ε υ κ ὸ ν καὶ θ ε ρ μ ὸ ν, τὴν δὲ γῆν

βαρὺ καὶ σκληρόν. et ibidem paullo ante, citatis duobus his versibus, ἠέλιον μὲν . . . ὄμβρον δ' κτλ. addit haec: ὁμοίως δὲ διορίζει καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν (στοιχείων): unde probabiliter effici potest, hîc aliqua excidisse. Sed jam ad ipsius versus veniamus.

Vs. 124. ὀάρων . . ἐπιμάρτυρα.) ἐπιμάρτυρα cum Scaligero dedi pro vulgato ἐπὶ μάρτυρα. ὄαρος, *familiaris sermo, colloquium cum amico*; vocabulum hoc in mentem revocat Platonis illud in Politia L. II, p. 376 D, ubi gravissimam exorsus disputationem cum amicis, dicit: ἴθι οὖν, ὥσπερ ἐν μύθῳ μυθολογοῦντές τε καὶ σχολὴν ἄγοντες, λόγῳ παιδεύωμεν τοὺς ἄνδρας.

Vs. 125. λιπόξυλον. Hoc vocabulum, alibi nusquam obvium, bis occurrit in Empedocle, hîc et vs. 150. Sensus postulat, ut significet *mancus, debilis*; sed significationis ratio obscura est. Compositum ex λείπω et ξύλον (ut vs. 275, λίφαιμος) proprie convenire videtur in arborem, cui *lignum* (i. e. vis ac robur) *deest*, vel in ramum *a stirpe decerptum*; inde translatum esse ad notandum id quod non *solidum*, sed *debile* vel *mutilum* sit. Peyronus l. l. p. 43, λιπόξυλον explicat *cui vincula desunt*, quia ξύλον interdum notat *vincula* sive *compedes*; quod tamen huic loco parum conveniens. Sturzius mutavit in λιπόζυγον, *solitarium*, quod neque usitatius illo (unus memorat Hesychius) neque sane aptius. Prellerus scribi vult ὑπόξυλον, de quo videbimus ad vs. 150. Consensio et editionis Ald. et codicum Taur. atque Oxon. et Philalthei interpretis (etsi hic male vertit *pingui forma lignum*, a λίπα, *pinguis*) mutare illud non facile sinunt. Empedoclem in vocabulorum usu a vulgari consuetudine interdum discessisse notum est.

Vs. 126. ἠέλιον μὲν κτλ.) λευκὸν recepi ex Aristotele, qui non modo in ipso Empedoclis versu, sed etiam in interpretatione quam subjicit, hanc lectionem sequitur: ejus verba modo attuli. Plutarchus habet λαμπρόν; similiter Galenus et Simplicius; hi vero perverso ordine, θερμὸν ὁρᾶν καὶ λαμπρὸν ἁπάντη; Simplicius altero loco, θερμὸν ὁρᾶν καὶ θερμὸν ἁπάντη. Ne dicam, Aristotelis testimonium illorum

auctoritati anteponendum esse, ipsum vocabulum λαμπρὸν manifesto interpretatio est vocis λευκόν. Sic Homerus de Junonis velamine, Il. ξ, 185: λευκὸν δ' ἦν, ἠέλιος ὥς. Callimach. in Cerer. vs. 123:

λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος καὶ χεῖμα φέροισα.

ubi schol. λευκόν· λαμπρόν. cf. Hesych. Haec aliaque exempla attulerunt jam Spanhem. in Julian. Caes. comment. p. 15 sq. Wakefield in Lucret. II, vs. 390. cf. Aristoteles de Sens. 3, p. 514 G: ὁ ἥλιος καθ' αὑτὸν μὲν λευκὸς φαίνεται, διὰ δ' ἀχλύος καὶ καπνοῦ φοινικοῦς.

Vs. 127. ἄμβροτα θ' ὅσσ' κτλ.) Simplicius uno loco: ἄμβρ. δ' ὅσσ' ἕδεται. altero: ἄμβρ. δ' ὅσσα ἐδεῖτο. utrumque sensu carens. Preller conj. ὅσσ' ἐδέθη, *quae* (*coelo*) *illigata sunt*, quod verbum ita absolute positum vereor ut possit probari. Mutavi illud in ἕπεται et adjeci τε, suadente metro; praeterea pro ἄμβροτα δ' scripsi ἄμβρ. θ', quia antecedenti versui ἠέλιον μὲν κτλ. non hic versus, sed sequens demum ὄμβρον δ' — respondet, quod manifesto monstrant Aristoteles et Plutarchus, qui, omisso medio hoc versu, ambos illos, ἠέλιον μὲν — ὄμβρον δ' κτλ. tanquam oppositos referunt. Plutarchus l. l. haec addit: τῷ γὰρ θερμῷ τὸ ψυχρὸν (ῥιγαλέον vocat Emped.), ὡς τῷ λαμπρῷ τὸ μέλαν (δνοφόεν Emped.) ἀντιτάξας, συλλογίσασθαι δέδωκεν, ὅτι τῆς αὐτῆς οὐσίας ἐστὶ τὸ μέλαν καὶ τὸ ψυχρὸν, ὡς τῆς αὐτῆς τὸ λαμπρὸν καὶ τὸ θερμόν. Similia ibidem dicit paullo ante Vol. IX, p. 736. Ergo haec verba, de quibus nunc agimus, praegressis non opposita sed annexa sunt. ἄμβροτα intelliguntur aetheria corpora, astra, quae e vulgari opinione aeterna sunt, et solis quasi satellites, ἑπόμενα ἅμ' αὐτῷ. — ἀργέτι δεύεται αὐγῇ, eleganter: sic Pindar. Olymp. VI, 55, de infante inter flores abscondito:

ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις ἀκτῖσι βεβρεγμένος.

purpureis violarum radiis irrigatus. Caeterum parum juste Simplicius αὐγὴν interpretatur *aërem*; αὐγὴ manifesto pariter ut *sol* ad *igneam* naturam referenda est. cf. vs. 405.

Vs. 128. ὄμβρον δ' κτλ.) Imbrem pro aqua sive humore usurpat etiam Lucret. I, 784 sq.

. . . (ex aëre) imbrem gigni terramque creari
Ex imbri.

Pro δνοφόεντα alii Aristotelis et Plutarchi codices ζοφόεντα; significatio eadem, sed illud antiquius videtur.

Post hunc autem versum lacunae notas posui. Nam hactenus memoravit quidem ignem et aquam, relinquuntur vero aër et terra, quae pariter ab Empedocle descripta esse cum per se probabile sit, tum Aristoteles indicat, dicens: ὁμοίως δὲ διορίζει καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν, ut modo p. 202 sq. jam memoravi. Itaque ut in praecedentibus ignis et aqua sibi opponuntur, ita deinceps opponi debebant aër et terra, alter levis et tenuis, altera densa et gravis: quibus porro apte annectantur ea quae sequenti versu continentur.

Vs. 129. ἐθελυμνά τε καὶ στερεωπά,) Simplicius uno loco: θελίμνατα καὶ στερέωμα. altero: θέλιμνά τε καὶ στεροπά γε. Vocabulum θέλιμνα bis in Empedocle legitur, hoc loco et vs. 170; sed ibi variant codices, quorum alii θέλημα, alii ἐθέλημα; fortasse hîc quoque alii codices aliam exhibeant lectionem. Praeterea autem vocabulum istud nusquam occurrit; unum simile offerunt Hesychius et Suidas: ἀθέλιμνος, ἀθέλιμος· ἄκοσμος, κακός. quod factum mihi videtur per metathesin ex ἀθεμέλιος, i. e. *fundamento carens*, deinde *infirmus*, *infidus*, *ignavus*. Sed hoc nihil ad hunc locum. Sturzius edidit θελυμνός, quod in compositis προθέλυμνος, τετραθέλυμνος, apud Homerum reperitur, simplex tamen θελυμνὸς non exstare videtur. Memorat quidem illud Etymologus: θελυμνὰ λέγεται τὰ ἐπαλλήλους ἔχοντα τοὺς κλάδους δένδρα, διὰ τὸ θηλυμανεῖν. sed ibi pro θελυμνὰ legendum puto προθέλυμνα, auctore Schol. Hom. Il. ν, 739: Ἀνδρόμαχος ἐν Ἐτυμολογικοῖς φησι, προθέλυμνα κυρίως λέγεσθαι τὰ ἐπαλλήλους — ceteraque similiter; a quo Etymologus M. ista mutuatus videtur. At vero ἐθελυμνός, quod idem est, habent Suidas et Phavorinus;

alter ἐθελυμνοί, πυκνοί; alter ἐθελυμᾶ (sic), πυκνά. Hoc ergo recepi, cum et significatio plane conveniat et lectio ἐθέλημα ab illo parum differat. Videndum, num derivatum sit fortasse ab ἐλύω *convolvo*, ut ἐθελυμνός idem notet quod ἀολλής, *confertus*. Nam litera θ initio praefixa pluribus vocabulis formandis originem dedisse videtur, quod etsi a grammaticis non animadversum, tamen apparet, si ex. gr. conferantur inter se vocabula ἅμα et θαμά, θόρω θόρνυμι et ὄρω ὄρνυμι, θεμερός et ἥμερος, θρύπτω et *rumpo*, θεωρέω et ὁράω. Similiter ex ἐλύω fieri potuit θελυμνός et ἐθελυμνός. — Porro corruptas voces στερέωμα, στεροπά γε, Sturzius mutavit in στερεά γε, sed γε hîc plane supervacuum. Quod scripsi στερεωπά vulgatae scripturae proximum est, et valet idem quod στερεά; similia sunt vs. 32, στεινωποί. 137, ἀλλοιωπά. Euripid. Iphig. Taur. 626: εὐρωπὸν χάσμα. Terminatio -ωπός poëtis eadem est quae vulgo -ειδής.

Vs. 132. ἐκ τῶν πάνθ᾽ κτλ.) Simplicius uno loco sic legit:

ἐκ τῶν γὰρ πάνθ᾽ ὅσσα τέ ἐστι καὶ ἔσται.

altero ita:

ἐκ τούτων γὰρ πάντ᾽ ἦν, ὅσσα τέ ἐστι καὶ ἔσται.

Neutrum venustum; posterius, quod tamen recepit Sturzius, etiam vitiosum: quid enim istud sibi vult: *ex his omnia erant, quae sunt.* Aristoteles de Mundo c. 6 ita exhibet, ἐξ οὗ, κατὰ τὸν φυσικὸν Ἐμπεδοκλέα,

πάνθ᾽ ὅσα τ᾽ ἦν ὅσα τ᾽ ἐστὶν ὅσα τ᾽ ἔσται ὀπίσσω.

Casaub. ed. ἐστὶν ἴδ᾽ ὅσσα τε ἔσται ὀπ. Quae manifesto sunt corrupta. Denique Aristot. Metaph. II, 4, talem exhibet versum qualem edidi, nisi quod ἐξ ὧν habet pro ἐκ τῶν. Geminus huic versui vel idem potius est ille, quem supra attuli e Clemente vs. 76.

Vs. 133-135. δένδρεά τ᾽ ἐβλάστησε.) Ita legit Aristoteles; Simplicius: δένδρα τε βεβλάστηκε. Porro pro καί τε θεοὶ quidam Aristotelis codd. κἄν τε θεοί, sicut edidit Steph. in Poës. phil. p. 18, ad quem locum Scaliger haec annotat: »Lego κ᾽ ἀντίθεοι δολιχαίωνες, h. e. ἥρωες. nam, ut annotat Aris-

toteles, θεοὶ hîc non concluduntur." In ipsius tamen ms. Leyd. nihil hoc loco mutatum reperio. Et sane vir eruditissimus, quum illa scriberet, Aristotelis verba minus attente legit: dicit enim Aristoteles, ex Empedoclis sententiâ tam Discordiam videri generare quam Amicitiam: ἅπαντα γὰρ ἐκ τούτου (τοῦ Νείκους) τἄλλά ἐστι πλὴν ὁ θεός. At ὁ θεός vocatur ab Aristotele summus Deus, ὁ σφαῖρος sive τὸ ἕν, unde ipsa elementa principio exstiterunt: unus ille Discordiae exsors est, reliqua omnia tam divina quam humana Amicitiae pariter et Discordiae vi orta sunt earumque vicissitudini obnoxia. Iidem versus redeunt mox 159 sq.

Vs. 136 sq. αὖτὰ γάρ ἔστι — ἀμείβει.) Versus similes iis, quos modo legimus 122 sq. Comparandi cum his versus Euripidis de Chrysippo apud Clement. Alex. Strom. VI, p. 627 D:

θνήσκει δ' οὐδὲν τῶν γινομένων,
διακρινόμενον δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο
μορφὴν ἑτέραν ἀπέδειξεν.

Istud μόρφην ἑτέραν ἀπ. concinit cum Empedocleo ἀλλοιωπά, pro quo Sturz. dedit ἀλλοιωτά. cf. ad vs. 129. — ἔστι γε scripsi rursus pro ἐστὶ, διάπτυξις pro διάκρυψις, sicut ipse Simplicius eodem folio (34 B) Empedoclis sententiam explicans monstrat: τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθορὰν μηδὲν ἄλλο εἶναι, ἀλλὰ μόνον μίξιν τε καὶ διάλλαξιν μιγέντων, καὶ σύνοδον διάπτυξίν τε γίνεσθαι ἐν μέρει αἴσης. Quamquam διάπτυξις h. l. non, ut Simplicius intelligit, *discretionem* significat, sed *mutuas discretionis et concretionis vices*; quam vim διὰ in compositis saepe habet.

Vs. 138-149. ἐν δὲ μέρει κρατ. — κατὰ κύκλον.) Hi versus, teste Simplicio, praegressos brevi intervallo sequebantur: ὀλίγον δὲ προελθὼν αὖθίς φησι· »ἐν δὲ μέρει κρατέουσι" κτλ. Sunt autem, paucis exceptis, iidem fere quos superius passim legimus, inde a vs. 94 ad 122. Duos versus 139 et 145, postulante sensu, hinc depromsimus et ibi inseruimus, nempe 96 et 117; duo tamen restant, illic non memorati, vss. 141 et 144;

unus 142 eâdem quidem sententiâ, at non iisdem verbis atque vs. 94; denique diversus est eorum ordo: quae satis valent ut credamus hunc locum non pro eodem ac superiorem esse habendum, ut Prellerus opinabatur. Imo redarguit illud ipse Simplicius, qui Empedoclis versus hoc ordine lectos esse docet: primum vss. 88-123; deinde vss. 124-137 (vid. Phys. f. 34 A); post hos non magno intervallo secutos esse vss. 138-149 (ibid. f. 7 sq.). Postremos tamen quinque versus, continentes conclusionem istam: Οὕτως ᾗ μὲν ἓν ἐκ πλεόνων κτλ. qui vss. iisdem plane verbis leguntur supra 96 sqq. hîc minus apte collocatos atque adeo segregandos judico, praesertim cum propter utriusque loci similitudinem admodum proclive fuerit, ista conglutinare. Itaque uncis eos inclusi. Caeterum Empedoclem ejusmodi repetitiones non fastidire, plures ejus carminis loci ostendunt, et comprobat illud ejus effatum: καὶ δὶς γὰρ ὃ δὴ καλόν ἐστιν ἐνισπεῖν!

Docetur autem his versibus, mutari perpetuo elementorum vices, modo evanescere modo rursus apparere; ipsa principia aeterna esse, variari vero et commeare inter se invicem, eoque varias induere figuras, tam diu, donec omnia rerum mortalium genera formasque permeaverint. — De lectione haec notanda: vs. 140: Simpl. ἔστι γε, rectius quam supra ἔστι vel ἔστιν. vs. 141: idem κηρῶν pro θηρῶν, quod emendatum dedit Sturzius; sic *homines* et *secla ferarum* Lucret. III, 753. vs. 143: Simpl. φορούμενα. vs. 145: ἓν omittitur et pro ᾗ μὲν — ἠδὲ legitur ᾗ μὲν — ᾗ δὲ, vs. 149: recte ἀκίνητα, supra ἀκίνητοι.

Vs. 144. εἰςόκεν ἂν κτλ) Versus obscurior; sensus videtur hic esse: res naturae modo in unum ordinem componi, modo rursus dissipari, eamque vicissitudinem tandiu durare, *donec coalescendo omnes rerum et animantium formas et genera permeaverint, varias figuras induerint.* τὸ πᾶν ὑπένερθε accipiendum pro πάντα τὰ ὑπένερθεν εἴδη sive παντοῖα εἴδεα θνητῶν, ut dicit vs. 6, et γίγνεσθαι τὸ πᾶν interpr. *in omnes formas mutari*, quemadmodum de Proteo dicit Homer. Od. δ, 417: πάντα

δὲ γιγνόμενος πειρήσεται ὅσσ᾽ ἐπὶ γαῖαν κτλ. Putabat enim Empedocles, inter varia naturarum genera esse commercium quoddam, quemadmodum de semetipso vs. 380 profitetur, se quondam fuisse volucrem, piscem, fruticem. — Haec una explicatio probabilis ex his effici mihi posse videtur. εἰσόκεν ἄν, pro quo Sturzius volebat αὖ, ne quem offendat, etiam Homerus κεν et ἂν jungit, ut Il. ν, 127.

Vss 150-153. Εἰ δ᾽ ἔτι σοι κτλ.) Hi versus commodum transitum facere videntur ad sequentes, quibus per comparationem significatur, qua ratione (πῶς) elementis inter se mistis (κιρναμένων) res formentur.

Primus horum versuum habet aliquid simile versui 125; in utroque occurrit vocabulum λιπόξυλος; quo motus est Prellerus ut statueret, ambo illa fragmenta pro uno eodemque habenda esse, posterius e superiori, facto verborum compendio, natum esse. At in utroque loco quamvis est aliqua similitudo, tanta tamen est et verborum et sensûs diversitas, ut nemo paullo consideratior tale commentum facile probaturus sit.

εἰ δ᾽ ἔτι σοι, cum Gaisf. edidi e cod. Ox. A; Ox. B habet, item non male, εἰ δέ τι σοι. Taur. perperam εἰ δέ τισιν. — λιπόξυλος supra explicare tentavi; hîc notet fides *insolida* vel *manca*. Prellerus illud mutandum dicit in ὑπόξυλος, quod non magis probabile: nam ὑπόξυλος proprie dicitur de ligneo vase inaurato, inde metaphorice de eo qui non est talis qualis videtur, *falsus*, *mendax*, *simulator*, ut docet Phrynichus apud Pierson. in Moer. p. 447 et apud Bast. in Gregor. de Dial. p. 241 Schaef. quae significatio, nisi detorqueatur, h. l. parum congrua est; praeterea τῶνδε ὑπόξυλος metrum respuit.

εἴδη τε χρόαι τε γενοίατο θνητ. mutato ordine scripsi pro εἴδη τε γεν. χροιά τε θν. nam sing. χροιὰ parum congruebat cum plurali εἴδη. cf. hoc Anaxagorae dictum ap. Simpl. Phys. f. 8 A (p. 85 Schaub.): σπέρματα πάντων χρημάτων καὶ ἰδέας παντοίας ἔχοντα καὶ χροιὰς καὶ ἡδονάς. Denique τόσσ᾽ ὅσα scripsi pro codd. lect. τοῖ᾽ ὅσα. Pari modo vs. 11 confusa erant ὅσσος et οἷος.

Vss. 154-164. Ὡς δ' ὁπόταν γραφέες κτλ.) Simplicius hos versus statim subjungit iis quos paullo ante descripsimus vss. 124-137, haec interponens: καὶ παράδειγμα δὲ ἐναργὲς παρέθετο τοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν γίνεσθαι τὰ διάφορα, i. e. luculentâ similitudine declarat, quomodo ex iisdem elementis tanta rerum varietas oriatur. Comparat naturalem elementorum compositionem cum pictoris arte, qui diversos colores apte concinnans varias inde figuras format. Locum hunc spectasse videtur Galenus in Hippocr. de Hom. nat. Comm. I. T. III, p. 101 B: Ἐμπ. ἐξ ἀμεταβλήτων τῶν τεττάρων στοιχείων ἡγεῖτο γίγνεσθαι τὴν τῶν συνθέτων σωμάτων φύσιν, οὕτως ἀναμεμιγμένων ἀλλήλοις τῶν πρώτων, ὡς εἴ τις λειώσας ἀκριβῶς καὶ χνοώδη ποιήσας ἰὸν καὶ χαλκίτιν καὶ καδμείαν καὶ μίσυ μίξειεν. Eadem elegantissima similitudine utitur Aristotelicus auctor libri de Mundo c. V, ubi postquam dixit, naturam e contrariis efficere τὸ σύμφωνον, addit: ἔοικε δὲ καὶ ἡ τέχνη τὴν φύσιν μιμουμένη τοῦτο ποιεῖν· ζωγραφία μὲν γὰρ λευκῶν τε καὶ μελάνων, ὠχρῶν τε καὶ ἐρυθρῶν χρωμάτων ἐγκερασαμένη φύσεις, τὰς εἰκόνας τοῖς προηγουμένοις ἀπετέλεσε συμφώνους· . . . οὕτως οὖν καὶ τὴν τῶν ὅλων σύστασιν, οὐρανοῦ λέγω καὶ γῆς τοῦ τε σύμπαντος κόσμου, διὰ τῆς τῶν ἐναντιωτάτων ἀρχῶν κράσεως μία διεκόσμησεν ἁρμονία.

Vs. 155. ὑπὸ μήτιος. Ita edidi, quemadmodum scripsit Scaliger, conjecit item Sturzius, pro ὑπὸ μήτινος. In vocabulo τέχνης notandum priorem syllabam corripi, cujusmodi exemplum item affert Sturz. e carmine Κάμινος ἢ Κεραμὶς inscripto, quod inter Homerica vulgatum est, vs. 10:

Ὠμόδαμόν θ' ὃς τῇδε τέχνῃ κακὰ πολλὰ πορίζει.

Similiter fortasse vs. 189 corripuit primam in ἴχνος; cf. not. Parem veniam sumunt Pindarus aliique in vocabulis ἀφνεός (⏑⏑⏑), ἔπεφνε (⏑⏑⏑), aliisque: vid. Herman. de Dial. Pindar. p. 8.

Vs. 156 sq. οἵτ' ἐπεὶ — ἁρμονίῃ μάξαν τε) Vulgo legitur solita negligentia οἵτε ἐπεῖ et ἁρμονίη, quas sordes jam Sturzius abstersit; porro μόξαν τε, quod Scaliger mutavit in μίξαντο, Sturzius in μάξαν τε, quod exquisitius. Idem verbum redda-

tur Aresae in fragm. apud Stobaeum Ecl. I, 52. p. 850, ubi de variis humani ingenii viribus earumque inter se connexione loquens dicit: καὶ οὕτω συντέτακται ταῦτα ποτ' ἀλλάλα πάντα, ὥστε αὐτᾶς (τᾶς ψυχᾶς) τὸ μὲν κράτιστον ἁγέεσθαι, τὸ δὲ χερεῖον ἄρχεσθαι ... ταῦτα δ' οὕτω ἐμάσατο κατὰ λόγον ὁ θεὸς κτλ. Legatur ἐμάξατο, *concinnavit, disposuit.*

οἵ τ' ἐπεὶ, praecedente ὡς ὁπόταν, eodem modo usurpat Homer. Il. ο, 362:

. . ὡς ὅτε τις ψάμαθον παῖς ἄγχι θαλάσσης,
ὅς τ', ἐπεὶ οὖν ποιήσῃ ἀθύρματα νηπιέῃσιν,
ἂψ αὖτις συνέχευε.

Porro animadvertenda modorum enallage: ἐπεὶ μάρψωσι . . , μάξαν τε. similiter vs. 167 sq. ἐπεὶ Νεῖκος μὲν ἵκετο . . , Φιλότης δὲ γένηται. Habet eandem vim ac si scriptum esset: ὡς ὅταν γραφέες μάρψωσι φάρμακα, ἐπεὶ μάξαν αὐτὰ κτλ. ἐπεὶ hoc sensu subjunctivo additum vidimus modo in versu Homeri; adde Sophocl. Antigon. 1025.

Vs. 158 sq. ἐκ τῶν εἴδεα πᾶσιν κτλ.) πᾶσιν ἀλίγκια scripsi pro vulg. πᾶσ' ἐναλίγκια, quali confusione nihil frequentius: similiter ex. gr. vs. 168 vulgo δίνῃσιν δὲ μέσῃ pro δίνης ἐν δὲ μ. Empedocles autem minus usitata vocabula vulgatis praeferre solet. Pro πορσύνουσι Sturz. ed. πορσυνέουσι, quod non necesse; immo versus spondiacus hîc auribus gratior, similiter ut modo vs. 154. — κτίζουσι cum Scaligero scripsi pro κτίζον τε.

Vs. 162 sq. οὕτω μή σ' ἀπάτα κτλ.) Οὕτω respondet praecedenti ὡς δ' ὁπόταν, immutatâ, ut saepe fit, verborum constructione, quae stricte quidem talis esse debebat: οὕτω καὶ τὰ θνητὰ ἐγένοντο, καὶ οὐκ ἄλλοθεν (μή σ' ἀπάτα) ἡ αὐτῶν πήγη. Pro ἀπάτα Scalig. in margine ἀπατῶ. — Φρένα, ὡς habet Simplicius, idque retinui, quia ante ὡς hiatus non offendit, et Φρὴν ab Empedocle saepius singulari numero ponitur ut vss. 358, 409. In sq. autem versu vulgo legitur ὅσσα γε δῆλα γεγάασιν; sed δῆλα et sensui obest et metro: nam quid hoc sibi vult? suntne ergo etiam ἄδηλα inter res mortales? Praeterea

γεγάασι non sic pronuntiandum ⏑–⏑⏑, sed ita ⏑⏑–⏑. Itaque δῆλα in δὴ mutavi; tum ultima syllaba verbi γεγάασιν producatur, quod in fine quarti pedis non raro fieri, Homericis exemplis demonstrat Thiersch. Gr. Gr. § 148, n. 4; alioquin in promptu foret pro ἄσπετα legere ἀάσπετα.

Vs. 164. θεοῦ πάρα) Ergo Deus haec illi aperuit, divini numinis effata sunt quae enuntiat. Cf. quae annotavi supra ad vs. 32-40, p. 172.

Vss. 165-181. Αὐτὰρ ἐγὼ παλίνορσος κτλ.) Simplicius hos versus adhibet ad probandum, ex Empedoclis sententia in mundo non solam dominari Discordiam, sed Amicitiam quoque, et hanc esse rerum naturae formandi auctorem. Apparet autem ex his dictis, poëtam jam in praecedentibus versibus qui interciderunt de Amicitiae et Discordiae lite cecinisse, inde porro divagatum, jam in viam reverti (παλίνορσος ἐλεύσομαι) et pergere eo quo tendat, ad describendum, qua ratione paullatim mundi corpora resque naturae orta sint et formata.

Vs. 165 sq. ἐς πόρον ὕμνων.) ὕμνους vocari quodlibet carminis genus, docet Fischer. in Anacr. Od. IX, 11. Hinc a serioribus quoque Parmenidis et Empedoclis carmina ὕμνοι φυσιολογικοὶ vocati, ut a Menandro Encom. I, c. 5, p. 39. — Porro λόγος ἐκεῖνος opponitur λόγῳ τὸν πρότερον κατέλεξα, adeoque refertur ad sequentia, non ad superiora, ut censebat Peyronus; quo sensu ἐκεῖνος saepius usurpari grammatici docent: cf. Matthiae ed. pr. § 476, 4, Animadv. et Kühner, § 631, 2. — ἐποχετεύων. In hoc codd. variant: Taur. ὑποχετεύων, ut ed. Peyron. probante Naekio in Choer. p. 118 sq. Ox. A. ἐξοχετεύων, quod dedit Gaisf. denique Ox. B. ἐπιχετεύων pro ἐποχετεύων, quod solum mihi conveniens visum: nam λόγῳ λόγον ἐποχετεύων valet idem quod λόγον ἐπὶ λόγῳ ἐξοχετεύων. Eandem lect. reperio in Brandis. schol. Aristot. p. 507, a. Si quis de metro sollicitus sit, consulat not. ad vs. 81-83. Verbum ab aquâ per canalem ductâ translatum ad orationis flumen ore emissum; simili fere sensu usurpavit illud supra vs. 42.

Vs. 167 sq. Ἐπεὶ Νεῖκος μὲν ἐνέρτ. κτλ.) Istud ἐνέρτατον ἵκετο βένθος δίνης idem valet quod mox vs. 174: ἐπ' ἔσχατα τέρματα κύκλου. δίνη et στροφάλιγξ utrumque dicitur de mundi globo per elementorum agitationem circumvolutato. Eadem vocabula, quamquam nimis quaesite, ut solet, usurpat Orpheus in mundi conversione adumbranda, apud Macrob. Saturn. I, 23; Herm. ed. fragm. VII, 25:

κέκλυθι, τηλεπόρου δίνης ἑλικαυγέα κύκλον
οὐρανίαις στροφάλιγξι περίδρομον αἰὲν ἑλίσσων,
ἀγλαὲ Ζεῦ, κτλ.

Modorum enallage in verbis hisce: ἐπεὶ Νεῖκος μὲν ἵκετο . . , Φιλότης δὲ γένηται, h. l. sic explicari debet: ἀλλ' ὅταν, ἐπεὶ N. ἵκετο . . , ἡ Φιλότης γένηται. Hunc in modum latine interpretatus sum: tetigi ad vs. 156 sq. Caeterum cod. Ox. A. et Taur. perperam habent δίνῃσιν δὲ pro δίνης, ἐν δὲ.

Vs. 169. ἐν τῇ δὴ τάδε κτλ.) ἐν τῇ δὴ ed. Ald. Phys. et cod. Ox. A libr. de Coel. Brandis. schol. l. l. Alii libri ἐν τῇ ἠδὲ, ἐν τῇδὶ, ἐν τῇδὲ οὖν δ' αὖ. Vitiose; nulla est caussa cur a vulgato discedatur: nam ἐν τῇ intell. ἐν Φιλότητι, eodem modo ut vs. 130: ἐν δὲ Κότῳ διάμορφα . . . σὺν δ' ἔβη ἐν Φιλότητι. — τάδε πάντα sunt elementa eorumque qualitates.

Vs. 170. οὐκ ἄφαρ, ἀλλ' ἐθελυμνὰ) In utroque vocabulo variant libri. Ald. ed. Phys. οὐκ ἄφαρ ἀλλὰ θέλιμνα. Cod. Ox. A θέλημα. Ox. B οὐκ ἄφορ' ἀλλὰ θέλημα. Taur. οὐκ ἄφορ' ἀλλ' ἐθέλημα. Brandis schol. l. l. οὐκ ἄφαρ, ἀλλ' ἐθέλημα. Sturzius edidit: οὐκ ἄφαρ, ἀλλὰ θέλυμνα, quod explicat: *non quidem statim, sed tamen prorsus conjunguntur.* Peyronus: οὐκ ἄφορ', ἀλλὰ θέλυμνα, interpretatur: *haud disjecta, sed densa.* At ἄφορα non significat *disjecta*, ut ille perperam efficit ex Hesychii glossa: ἄφοροι, ἀσύλληπτοι. quod ibi significat, *qui capi vel comprehendi nequit, incomprehensibilis.* Praeterea autem quid istud sibi vellet: elementa in unum coire et congregari non dispersa. Ista sibi repugnant. Vulgata lectio recte se habere videtur, nisi quod θέλιμνα in ἐθελυμνά mutavi,

ut supra vs. 129. Notat illud πυκνά, *densa*, cui significationi conjuncta est altera, qua significat ἄλλα ἐπ᾽ ἄλλοις, sive ἐπ᾽ ἀλλήλοις, *continuata*, *sibi invicem succedentia*, quemadmodum grammatici interpretantur προθελυμνά. Hoc plane oppositum est praecedenti ἄφαρ, *statim*; ut sensus sit: elementa per Amicitiam contrahi, non derepente, non uno impetu, sed agminatim sibi succedentia. — Caeterum Sturzius συνιστάμεν᾽ perperam mutavit in συνίσταται. Pro ἄλλοθεν ἄλλο codex Taur. et Brandis ἄλλοθεν ἄλλα. illud praetuli, Gaisfordtium secutus: cf. Homer. Il. ν, 551; ρ, 729.

Vs. 172 sq. πολλὰ δ᾽ ἄμικτ᾽ κτλ.) Peyroni commenta super hoc loco referre supersedeo, qui et hos et tres sequentes versus, πολλὰ δ᾽ ἄμικτ᾽ — κύκλου, misere vexavit; reprehensus jam est a Gaisfordt. Poët. Gr. min. T. III. p. 285 Lips. Rectissime hi versus leguntur in Phys. ed. Ald. sed pro κερασσαμένοισιν, quod ibi exstat et receptum est a Gaisfordtio, Ox. A praebet κεραιομένοισιν, quod item edidit Brandis; Ox. B κεραμένοισιν. Taur. confuse: πολλὰ δ᾽ ἅμα κατεστήκει κεραϊζομένοισιν ἐλλάξ. Recepi autem κεραιομένοισιν. cf. Homer. Il. ι, 203. — Νεῖκος μετάρσιον, oppositum huic ἠπιόφρων Φιλότης, vs. 177.

Ad hunc locum spectasse videntur qui retulerunt, Empedoclem praeter mundum formatum statuisse etiam informis materiae massam, ἀργὴν ὕλην, ut vocatur apud Euseb. Praep. Eu. XV, 33. Animadvertendum vero, Empedoclem hic non loqui de mundo formato et ordinato, sed de mundi primordiis, quum res naturae adhuc essent formandae.

Vs. 173 sq. οὐ γὰρ ἀμεμφέως πω κτλ.) Vitiose rursus Taur. οὐ γὰρ ἀμφαφέως τὸ πᾶν ἐξέστηξεν ἐπ᾽ ἔστατα (omisso τέρματα) κύκλου. Nec multo melius Oxon. B: ἀμφαφέως . . . ἐπέστατα τεύματα κύκλου. Omitto alia; cum Ald. concinit Ox. A. Sturzius vocabula ἐξέστηκεν ἐπ᾽ ἔσχατα transposuit ἐπ᾽ ἔσχ. ἐξέστηκεν. lepide sane! Haud melius Brandis p. 507 a, 512 a, scribit: πᾶν ἐξεστήκειν ἐπ᾽ ἔσχ. omissa particula πω. — ἀμεμφέως, quod

Moërbeka interpretatur *sine querela*, hîc idem valet quod *omnino*, *prorsus*, ut recte Sturzius explicat: nam qui foedus *inculpate* implet, is *plane* id facit, ita ut nullus sit reprehendendi locus.

Vs. 175. μελέων.) Sturzius temere edidit μερέων. μέλη intell. τοῦ Νείκους, quemadmodum jam supra vs. 66 vidimus.

Vs. 176 sq. ὅσσον δ' αἰὲν κτλ.) Ed. Phys. ὑπεκπροσθέει, pro quo Sturzius scripsit ὑπεκπροθέει. Rectius codices Taur. et Oxon. ὑπεκπροθέοι, quod cum Gaisfordtio recepi; Brandis utroque loco ed. ὑπεκροθέοι, quod placere possit propter novitatem; mihi tutins visum est retinere vulg. Homerico usu commendatum, ut Od. θ, 125 al. Sequens versus in Phys. vulgatus est sic:

ἡ πίφρων Φιλότης ἀμεμφέως ἄμβροτος ὁρμή·

quae Sturzius immutavit ita: ἡ 'πίφρων Φιλότης ἀμεμφέως ἀμβρότῳ ὁρμῇ· parum feliciter. Veram lectionem exhibet Scaliger in ms. excepto quod reliquit ἠπίφρων. Germanam scripturam habent Brandis Schol. l. l. Ox. A et Taur. uno loco apud Peyr. p. 37; sed idem altero loco: ἠπιόφρων φιλότης ἀμφεῦσσον ἄμβρ. ὁρμ. Ox. B habet: ἠπιόφρον φιλότητι ἄμφεσον ἀμβρ. ὁρμή· Peyronus etiam h. l. novum quid tentavit, scribens:

ἡ πιόφρων Φιλότης ἀμφαμφῶσ' ἄμβροτος ὁρμῇ·

ἀμφαμφῶσ' scilicet dici vult pro Homerico ἀμφαφόωσα, numerose sane; idque ita intelligendum docet: Amicitiam, cum Discordiam undique insectaretur, chaos attrectantem circumiisse. Dubites profecto, utrum serio an per jocum vir doctus talia scripserit. — Caeterum in ἤπιος et ἥπιος, uti h. l. sic perpetuo fere variant libri: cf. in Parmen. vs. 116, Comm. p. 114.

Vs. 178 sq. αἶψα δὲ θνήτ' ἐφύοντο κτλ.) Sensus est: Elementa, quae prius erant pura et integra, jam mista sunt variisque modis inter se conflata, quo facto ex immortalibus naturis mortalia rerum genera exstiterunt. De altero horum versuum multum disceptatum est: citatur a pluribus scriptoribus; lectio, si librariorum mendas excipias, satis constat. Sic pro αἶψα δὲ θνήτ' ἐφ. Taur. et Ox. B: αἶψα δ' ἔθνεα τ' ἐφ.

ut edidit quoque Brandis. Pro ἐφύοντο autem alii (Eustath. Athen.) φύοντο; pro ἄκρητα, quod habet etiam Brandis, Simplicii ed. Phys. et cod. Taur. de Coelo, ἄκριτα, quae ambo confusa sunt quoque vs. 375. Simpl. Phys. ζωρὰ δὲ τὰ πρὶν, alibi ζωρά τε τὰ πρὶν. Pro διαλλάξαντα Athen. διαλλάττοντα. Sed haec, et si quae alia hujus generis, parvi sunt momenti. Plutarchus memoriter, opinor, hoc dictum referens, legit: ζωρότερον τὰ πρὶν ἄκρατα, nisi potius librariorum menda sit; vitiosissime autem in Aristotelis ed. Bekker. legitur: αἶψα δὲ θνήτ᾽ . . . . ἀθάνατα ζῷά τε πρὶν κέκριτο. Etiam Moërbekam in Simplicio ζῶα (ζῷα) legisse, indicat ejus interpretatio, si ea interpretatio appellari potest: »quae antequam addiscant immortalia esse animalia ac prius indiscreta disponunt vias." Sed ζωρά verum esse testantur Theophrastus apud Athenaeum, Plutarchus, Eustathius, ll. ll. qui haec dicta adhibent ad potestatem vocis ζωρόν declarandam. Illud vero difficultatem fecit criticis, quod ζωρὰ et ἄκρητα hîc opposita sint, quae alioquin pro synonymis haberi soleant. Itaque Hermann. in Aristot. scribendum censuit: ζωρά τε πρὶν κέκρητο. alii, ζωρά τε τὰ πρὶν κέκρατο. Sed vulgata lectio sollicitanda non erat. Nam ζωρὸς etsi vulgo significat *merus*, ζωρὸν *merum*, tamen usurpatur quoque de vino *fortius temperato*, non nimis diluto; quo sensu jam Homerus Il. ι, 203: ζωρότερον δὲ κέραιε. unde et μελίζωρος idem quod μελίκρητος. Ergo Empedocli, qui a vulgari sermonis consuetudine non raro discessit, licuit sane ζωρὸν dicere pro εὔκρατον vel κεκραμένον. Atque hoc sensu veteres quos citavimus auctores, Theophrastus, Plutarchus, Eustathius, accepere, in quorum judicio acquiescendum arbitror, ut Sturzio quoque visum est. Cf. Graefenhan. in Aristot. Poët. p. 210 sq.

Vs. 181. θαῦμα ἰδέσθαι) Intelliguntur monstra illa βουγενῆ ἀνδρόπρωρα, quae describuntur infra vs. 238 sqq. Similiter Lucret. V, 836: *mirâ facie membrisque coörta.* Virgil. Georg. IV, 309: *visenda modis animalia miris.*

Vss. 182-185. εἰ δ᾽ ἄγε, — ἅπαντα.) Fortasse his vss. ag-

gressus sit poëta coelestia corpora describere, quorum praecipua, terra, mare, aër, sol, aether hic memorantur. Etiam horum originem repetit ab elementis, quo referendum illud ἐξ ὧν. Quum tamen in proximo versu non nisi unum elementorum ἥλιος, i. e. *ignis*, memoretur, haud dubium est, quin post illum versum aliqua exciderint, ut jam Sturzius judicavit.

Vs. 182 sq. εἰ δ' ἄγε, νῦν τοι.) Pro hoc vulgo: ἄγε, τοι νῦν, adversus metrum, quod non correxerunt priores interpretes. In sq. vs. vulgo: ἐξ ὧν δὴ ἐγένοντο, quod item repugnat metro; Scaliger legit ἐξ ὧν ἐξεγένοντο. satius duxi vulgare vocabulum ἐγένοντο mutare in poëticum γεγάασι, quod Empedocli usitatum. cf. vss. 153, 156. Pro ἐξ ὧν mallem ἐκ τῶν.

Vs. 184 sq. ἀὴρ . . ἠδ' αἰθὴρ σφίγγων περὶ κύκλον.) Vulgo αἰθὴρ ab Empedocle vocatur *aër:* vid annot. ad vs. 105; hîc ambo *aër* et *aether* distinguuntur, non tamen ut diversa elementa, sed ut diversae coeli partes. περὶ κύκλον idem quod περὶ κύκλῳ sive περικύκλῳ. cf. Bernhardy Synt. Gr. p. 260, qui confert Platon. Crit. p. 117 C. Nescio tamen, an potius legendum sit σφίγγων περίκυκλος, i. e. περιφερής, hoc sensu: aether *circumactus* s. *circumactu suo* omnia coërcens seu continens. Locutio satis usitata; sic Empedocles vs. 165: παλίνορσος ἐλεύσομαι. Orph. hymn. 6, 4: περιθρόνιοι κυκλέοντες. Id. fragm. VII, 25: κύκλον περίδρομον αἰὲν ἑλίσσων.

Vs. 186. ἥλιος ὀξυβελὴς κτλ.) Plutarchi vs. istum laudantis haec sunt verba: τὸν ἥλιον, inquit ὀ ξ ὺ ν ἀπαντῶντα καὶ π λ ή κ τ η ν, ὥς που καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἑκατέρων (ἡλίου καὶ σελήνης) ἀποδίδωσιν οὐκ ἀηδῶς διαφοράν,

ἥλιος ὀξυμελὴς ἠδὲ λάϊνα σελήνη,

τὸ ἐ π α γ ω γ ὸ ν αὐτῆς καὶ ἱ λ α ρ ὸ ν καὶ ἄ λ υ π ο ν οὕτω προσαγορεύσας. Empedoclis versum, ut hîc citatur, corruptum esse liquet. Pro ὀξυμελής Xylander conj. ὀξυβελής, quod receperunt Hutten. et Wyttenb. Recte: nota sunt Apollinis βέλη. vid. Macrob. Saturn. I, 17. Plutarchi quoque verba ὀξὺς καὶ πληκτής huic vocabulo plane respondent. Sed alterum item istud λάϊνα

σελήνη vitiosum esse, luce clarius: nam quid istud sibi vult, *lapidea* luna? atque, etiam si recte diceretur, ut Sturzius contendit, quomodo in illud convenit Plutarchi interpretatio, significari hoc epitheto τὸ ἐπαγωγὸν αὐτῆς καὶ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον? Xylander conj. ἱλάειρα. acute; sic Hesychius: ἱλάειρα, σελήνη. Et sane utitur illa appellatione Empedocles vs. 193; sed hoc loco non convenit metro; hiatus enim est in verbis ἠδὲ ἱλάειρα, ad quem supplendum Xylander quidem leg. proposuit: ἠδ' αὖ vel ἡ δ' αὖ ἱλάειρα, quod receperunt Hutten. et Wyttenb. est tamen illud coactum; praeterea dubito an in hoc epitheton satis quadret Plutarchi illa interpretatio, τὸ ἐπαγωγὸν καὶ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον, sufficeret unum ἱλαρόν. Itaque e conjectura scripsi ἀγλαΐεσσα σελήνη, quod et metro satisfacit et sensui convenit, quippe factum ab ἀγλαΐα, in quo *splendoris*, *venustatis* et *laetitiae* notio conjuncta inest. Neque literarum ductu illud a vulgato λάϊνα multum distat: nam, absorpta syllaba initiali, terminatio -να parum differt ab -ισσα, quum ν et ις saepe confusa sint, ut docet Bast. comment. Palaeogr. p. 726. Itaque fac, librarii incuriâ pro ἀγλαΐεσσα scriptum esse ἀλαΐεσσα (prouti vs. 198 confunduntur ἀγλαῶπις et ἀλαῶπις), inde facillime λάϊνα natum est.

Vs. 187. ἀλλ' ὁ μὲν ἁλισθ.) Versum edidi ut exhibet Etymologus, nisi quod μέλαν pro μέσον recepi e Suida et Macrobio; caeterum Suidas corrupte: ἀλεῖσθαι μέγ. οὐρ. Macrobius: οὕνεκ' ἀναλισθείς κτλ. Istud οὕνεκ' nescio an sit etymologi cujusdam, qui originem vocis ἥλιος ab ἁλίζεσθαι voluerit explicare, cujus rei gratia hic versus ab illis affertur. Ita Etymologus: ἥλιος . . . τὸ συνηθροισμένον πῦρ· λέγεται γὰρ κατὰ τὸ ἀολίζω (ἁλίζω), τὸ συναθροίζω· ὡς Ἐμπεδοκλῆς κτλ. Macrobius: »Apollo ἐλελεὺς appellatur . . . . . ὅτι συναλισθέντος πολλοῦ πυρὸς περιπολεῖ, ut ait Empedocles." E quibus mutilatus Suidae locus interpolandus est. Fortasse tamen ipse Empedocles hanc vocabuli ἥλιος explicationem dedit, quod non abhorret ab illius aetatis consuetudine; memorat certe eam Plato Cratyl. p. 409 A:

ἅλιος (Dorice) οὖν εἴη μὲν ἂν κατὰ τὸ ἁ λ ί ζ ε ι ν εἰς ταὐτὸ τοὺς ἀνθρώπους, ἐπειδὰν ἀνατείλῃ· εἴη δ' ἂν καὶ τῷ περὶ τὴν γῆν ἀ ε ὶ ε ἱ λ ε ῖ ν ἰών. Tum ergo potius scribendum esset οὕνεκεν ἁλισθείς. ἁλίζειν autem s. ἀλίζειν verbum est minus usitatum; significat *conglobare* et *circumvolvere*, similiter ut cognatum ἑλίσσειν. cf. Hesych. v. ἀλίσας. Plerique priorem significationem amplexi sunt, posterior tamen h. l. magis probanda videtur. Ceterum notandum, primam hujus verbi literam α, per se brevem, hic propter arsin produci; similiter mox in v. ἀγής.

Vs. 188 ἀνταυγεῖ κτλ.) Plutarchus: ὑμεῖς δὲ (ad Stoïcos loquitur) τοῦ μὲν Ἐμπεδοκλέους καταγελᾶτε, φάσκοντος τὸν ἥλιον περὶ γῆν (Wytt. περιαυγῆ) ἀνακλάσει φωτὸς οὐρανίου γενόμενον, αὖθις »ἀ ν τ α υ γ ε ῖ ν π ρ ὸ ς Ὄλ.« κτλ. Galenus eundem versum ad hominem transferens coelum intuentem, pro ἀνταυγεῖν dicit ἀνταυγέω, et pro πρὸς Ὄλ. habet τὸν Ὄλ. Sed πρὸς Ὄλ. preferendum, quia ἀνταυγεῖν proprie est verbum neutrum, ut docuit Naekius Choeril. p. 178. Sturzius edidit, parum scite, ἀνταυγέει τὸν Ὄλ. Empedoclis sententia (de qua plura in dissert.) haec est: solem lucis coelestis candore ortum, eo unde accepit lucem, speculi instar refulgere assidue. ἀνταυγεῖ similiter dictum ut vs. 195 de luna solem intuente dicitur: ἀθρεῖ . . ἐναντίον. Ὄλυμπος idem qui οὐρανὸς, purissimus coeli orbis, ut apud Parmen. vs. 140, ad q. l. cf. comment. p. 125. Cum Empedocle concinit versus ille ex oraculo, quem citat Proclus in Tim. p. 279:

ἠέλιος παρέδρος ἐπισκοπέων πόλον ἁγνόν.

Vs. 189. ἅρματος ὥσπερ κτλ.) Plutarchi haec sunt verba: (ἡ σελήνη) τῶν μὲν γ' ἄστρων κατωτέρω τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον οὐκ ἄν τις εἴποι μέτρον . . . τῆς δὲ γῆς τρόπον τινὰ ψαύει, καὶ περιφερομένη πλησίον, »ἅρματος ὥσπερ ἴχνος ἀνελίσσεται (φησὶν Ἐμπεδοκλῆς) ἥτε περὶ ἄκραν.« Haec vulg. est lectio, in qua haeserunt interpretes; nullus eorum vidit, quod mirere, ἥ τε solum in γῆν mutandum esse, quo talis existit versus:

ἅρματος ὥσπερ ἴχνος ἀνελίσσεται γῆν περὶ ἄκραν.

Qui versus, quamvis non optimus, ferri tamen possit, priore syllaba vocabuli ἴχνος correpta, pariter ut vs. 155 factum in v. τέχνη, et posteriore ejusdem vocabuli productâ vi arseos. Durum tamen hoc; quocirca melius duxi pro ἴχνος ἀνελίσσεται per tmesin scribere ἀν᾽ ἴχνος ἑλίσσεται. — ἅρματος ἴχνος est accusativus, qui pendet ab ἀνελίσσεται, ex usitato loquendi modo πορεύεσθαι ὁδόν. ἀνελίσσεσθαι, ut Latine *revolvi* dicuntur sidera. Sic ἡ ἀνέλιξις in Platon. ἀναστρέφεσθαι eodem sensu in Timonis versu apud Sext. Emp. adv. Math. I, s. 305. Caeterum Sturz. versum finxit talem:

ἣ περὶ γῆν ὡς ἅρματος ἴχνος ἑλίσσεται ἄκραν.

Vs. 190. κυκλοτερὲς κτλ.) Versus expressus, ut videtur, e Parmenide, qui similiter vs. 143 lunam vocat

νυκτιφαὲς περὶ γαῖαν ἀλώμενον ἀλλότριον φῶς.

Vs. 191. ἀθρεῖ μὲν γὰρ κτλ.) Haec verba, manifestum est ad lunam pertinere; similiter item Parmenides vs. 144:

αἰεὶ παπταίνουσα πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο.

ideo ἀθρεῖ scripsi pro ἄθρει. Memorabile est vocabulum ἀγής (cujus caussa a grammatico haec citantur) pro composito εὐαγής, quo utitur Parmenides vs. 133: καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο ἔργα. hoc usitatum, illud vero insolens et ab Empedocle, ut videtur, factum, similiter ut ἠνεκέως pro διηνεκέως, vs. 405. Sed de significatione utriusque vocabuli inter grammaticos non constat; qua de re non opus est repetere quae exposui in comment. Parmen. p. 122 sq. ubi εὐαγής interpretatus sum ἀγλαός, λαμπρός, ab ἀγή s. αὐγή derivatum. Neque illius interpretationis adhuc me poenitet, quamquam nec alteram spernendam puto, qua notet idem quod ἅγιος, *sacer*, duplici sensu, *venerandus* vel *detestandus*, sicut placet Naekio in Choeril. p. 179, adhibenti hunc Hipponactis versum apud Tzetzam in Lycophron. vs. 436: ὡς οἱ μὲν ἀγεῖ Βουπάλῳ κατηρῶντο. Qua potestate derivatum est ab ἅζομαι, unde et ἄγος et ἄγη (θάμβος.) Etsi utraque significatio habet quo se tueatur, posteriorem tamen hoc loco praeferendam puto. Similiter πόλον ἁγνὸν dictum vi-

dimus in versu illo, quem attuli modo ad vs. 188. Caeterum quod et hoc loco et apud Parmenidem prima in *ἀγής* producitur, arsi tribuendum; alibi fere corripitur.

Vs. 192. *ὡς αὐγή κτλ.*) Plutarchi verba haec illustrabunt: *οἷον*, inquit *αἵ τε φωναὶ κατὰ τὰς ἀνακλάσεις ἀμαυροτέραν ἀναφαίνουσι τὴν ἠχὼ τοῦ φθέγματος, αἵ τε πληγαὶ τῶν ἀφαλλομένων βέλων μαλακωτέραι προςπίπτουσι, »ὡς αὐγὴ τύψασα σεληναίης κύκλον εὐρὺν," ἀσθενῆ καὶ ἀμυδρὰν ἀνάῤῥοιαν ἴσχει πρὸς ἡμᾶς, διὰ τὴν κλάσιν ἐκλυομένης τῆς δυνάμεως.* i. e. »Uti voces repulsae obscuriorem sonum referunt et telorum ictus repercussi leniores accidunt, *sic solis fulgor feriens lunae orbem* hebetior et languidior ad nos redundat, radiis ejus fractis et debilitatis." Non improbabile, ipsam hanc similitudinem ex Empedocle expressam esse, qui saepius hoc genere utitur; alioquin particula *ὡς* esset delenda.

Vs. 193. *ἡ δὲ φλὸξ κτλ.*) Simplicius hunc versum inter alia affert exempla, quae ostendant, Empedoclem in rebus naturae explicandis saepius ad fortunam et casum (*τύχην, τυχεῖν*) recurrere. Vulgatur autem sic: *ἡ δὲ φλὸξ ἱλάειρα μινυνθαδίης ψύχε γαίης. ψύχε* in *τύχε* mutavit jam Sturzius; reliquit vero *γαίης*. Sed quid sibi vult istud *γαίη μινυνθαδίη, terra exigui temporis?* incunctanter reposui *αἴσης*. Spectant verba ad plenilunium, cito evanescens. Huc referendae duae glossae Hesychii: *ἱλάειρα, σελήνη.* et *μινυνθαδία, ἡ σελήνη, ἀπὸ τοῦ μινύθειν.* — Vox *ἱλάειρα*, ceterum inusitata, facta est ad eundem modum atque *μάκαιρα, πρέσβειρα, ἀντιάνειρα, βιοθρέπτειρα*, alia.

Vss. 194-196. *ἀπεσκέδασεν δὲ κτλ.*) In Plutarcho corrupti erant hi versus hoc modo: *ἀπεσκεύασε δέ οἱ αὐγὰς ἔστ' αἶαν καθύπερθεν, ἀπεσκνίφωσε κτλ.* Xylander emendandum docuit ita: *ἀπεσκέδασε(ν) δέ . . . ἐς γαῖαν. ἀπεσκέδασεν* conjecit et Scaliger; Bergkius minus recte *ἀπεσκίασεν.* Restabat *ἀπεσκνίφωσε*, quod mutavi in *ἐπεσκνίφωσε*, similiter ut *ἐπισκοτεῖν* hoc sensu dicitur: vid. Plato Euthyd. p. 310 Heind. In ultimo versu turbatus erat verborum ordo ita: *ἔπλετο γλαυκ. μήνης.* correxerunt Scaliger

et Xylander, cujus emendationes in h. l. fugerunt Sturzium. Explicatur his versibus solis defectio ea ratione, quod ejus radii lunae objectu intersepiuntur: ἡ σελήνη ἀπεσκέδασε τὰς τοῦ ἡλίου αὐγὰς καθύπερθεν ἐς γαῖαν τεταμένας. Eadem serioribus placuit sententia, memorata quoque Lucretio V, 752 sqq. Quod γλαυκῶπις appellatur luna, tangit Plutarchus de orb. Lunae, p. 934 (Vol. IX, p. 689), ubi varios illius colores adumbrat: auroram versus, inquit, colorem accipit κυανοειδῆ καὶ χαροπήν, ἀφ᾽ ἧς δὴ καὶ μάλιστα γλαυκῶπιν αὐτὴν οἱ ποιηταὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἀνακαλοῦνται. Apte item comparat Sturzius illud Agesianactis apud Plutarch. l. l. p. 920, de luna dictum:

γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται ἠΰτε κούρης
ὄμμα καὶ ὑγρὰ μέτωπα.

Venuste epitheton illud significat *albentem* lunae splendorem.

Vs. 197. νύκτα δὲ γαῖα.) Plinius Hist. Nat. II, 10: »Noctem (Empedocles) negat aliud esse quam terrae umbram." Plutarch. de Fac. orb. Lun. IX, p. 752: τὴν δὲ νύκτα ποιηταὶ μὲν ἐκ γῆς γεγονέναι μυθολογοῦσι, μαθηματικοὶ δὲ σκιὰν γῆς οὖσαν ἀποδεικνύουσιν, ἀντιφραττούσης πρὸς τὸν ἥλιον. — Pro ὑφισταμένη Scalig. in ms. ἐφισταμένη. Perperam, ut mihi videtur. Nam sol etiamsi e veterum opinione noctu infra terram sit, tamen superiorem sive exteriorem obtinet mundi plagam.

Vs. 198. νυκτὸς ἐρημ.) ἀλαώπιδος optime Xylander pro vulg. ἀγλαώπιδος, ut ipsa Plutarchi verba ostendunt: σκοτεινὸς γὰρ ὢν ὁ ἀὴρ κατ᾽ Ἐμπεδοκλέα »νυκτὸς ἐρημαίης ἀλαώπιδος." in obscuram noctem non convenit ἀγλαῶπις. Vocem ἀλαῶπις notat Hesychius in Lexico.

Vss. 199-201. εἴπερ ἀπείρονα —— ἰδόντων.) Spectant hi vss. ad quaestionem illam a veteribus agitatam, utrum aër, item terra, finita essent an infinita. Posterius placuit cum aliis tum Xenophani, quem, teste Aristotele, his vss. redarguit Empedocles. Tetigi in Xenoph. rell. p. 152, 159. Abrupta est autem sententia, quam talem fere fuisse credo: Singulae mundi partes, aether, aër, mare, terra, certis finibus circumscriptae

sunt; neque enim reliquis locus esset, si, ut quidam effatiunt, aër et terra infinita essent.

ἀπείρων minus usitatum quam ἄπειρος (cf. annot. ad vs. 61), δαψιλός minus quam δαψιλής, etsi femin. δαψιλή etiam exstat in Hesychio. Pro εἴπερ Scaliger ὥσπερ. Pro βροτέων, quod legitur in Aristot. de Xen., idem de Coel. et Clemens habent γλώσσης. ita quoque Scaliger; Clemens praeterea pro ῥηθέντα habet ἐλθόντα, pro ἰδόντων, εἰδότων, quod pro interpretatione habendum.

Vs. 202 sqq. καρπαλίμως ἀνόπαιον κτλ.) De igne hoc ab Empedocle dici refert Eustathius, quod indicavi additis verbis πῦρ μὲν ὄρουσε. Ad idem dictum spectare videtur Aristoteles eo loco ubi sequentes versus memorat (de Gener. et Corr. II, 6), dicit enim de Empedocle loquens: ἠνέχθη δ' ἄνω ὁ αἰθήρ, οὐχ ὑπὸ τοῦ νείκους, ἀλλ' ὁτὲ μέν, φησιν, ὥσπερ ἀπὸ τύχης· »Οὕτω γὰρ συνέκυρσε" κτλ. ὁτὲ δέ φησι πεφυκέναι τὸ πῦρ ἄνω φέρεσθαι, ὁ δὲ αἰθήρ, φησι, »μακρῇσιν κτλ." Istud τὸ πῦρ ἄνω φέρεσθαι oppositum est ei quod sequitur de aethere, κατὰ χθόνα δύετο, et optime cum hocce καρπαλ. ἀνόπαιον concinit.

Vs. 202. ἀνόπαιον, derivatum videtur ab ὄψ (ὀπή) *visus*, et proprie significare *sublime spectans*. ἀνόπαια ὄρνις occurrit in Homeri Od. α, 320, quae videtur esse aquilae genus. In avem certe epithethon hoc optime convenit: notum est illud quod in proverbium abiit: ὄρνιθος δίκην ἄνω βλέπειν. cf. Stallb. in Plat. Phaedr. p. 249 E. Ignem autem primum emicuisse conveniunt omnes. cf. Lucret. V, 458; Ovid. Metam. I, 26; Manil. I, 147.

Vs. 203. ῥοίζοις dedi e Scaligeri ms. pro vulgato ῥίζαις, quod mireris nemini interpretum suspectum fuisse; ipse conjeceram ῥιπαῖς, sed illud praeferendum. ῥοίζος, ῥοιζεῖν, usurpatur de stridore serpentis, aquilae, teli, fulminis, cet. atque adeo hic aptissimum est. Simili confusione in Orph. fr. XXIII, 3. p. 482 ed. Herm. πῦρ ῥιζαῖον legitur pro ῥοιζαῖον, quod sanavit Gesner. μακρῇσι, i. e. longe sonantibus: sic Ovid. Metam. III, 706: *ictus longis ululatibus aether*.

Vs. 204. οὕτω γὰρ συνέκυρσε.) Similes fere sunt vss. 236 et 314.

Caeterum haec, quae de variis ignis et aetheris motibus dicuntur, non solum principio rerum ita facta esse, sed quotidie in naturae rebus fieri putanda sunt, quum elementorum semina continenter ultro citro rapiantur.

Vs. 205. φῦλον ἄμουσον κτλ.) Plutarchus hunc versum affert testimonio, nullum animantium genus tam fecundum esse quam pisces. Itaque non legendum, ut vulgo, πολυσπερέων, sed πολυσπορέων. nam πολυσπερὴς sign. *multum disseminatus, numerosus;* πολυσπόρος vero, *multum seminans, fecundus*, quod hic requiritur. De voce καμασῆνες dicetur ad vs. 243.

Vs. 206. ἅλς ἐπάγη κτλ.) Pro ἐωσμένος Hephaest. ed. Flor. ἕως μένος. Cod. Cantabr. ἐωσμενως. Turn. ἐωσμένος. Postremam lectionem cum Sturzio sum secutus, quae multo probabilior est eâ, quam, Dorvillio auctore, secutus est Gaisfordtius: ἅλς ἐπάγη ῥιπῇσιν, ἕως μένος ἠελίοιο . . ., *mare* (*boreae*) *impetu fuit concretum, donec vis solis* (*illud solveret*). De Empedoclis sententia in dissert. ἅλς autem quominus h. l. *mare* interpreteris, obstat quod hoc sensu dici solet ἡ ἅλς. Commode vero ὁ ἅλς de maris *salsugine* intelligi potest.

Vs. 207. πολλὰ δ' ἔνερθ' κτλ.) In Proclo legitur: πολλὰ δ' ἔνερθε οὔδεος — Sed ὕδεος legendum esse, quemadmodum emendavit Sturz. tum metrum flagitat, tum indicant ipsa Procli verba, quae addit: καὶ οὐ δεῖ θαυμάζειν, πῶς οὖν ἐν ὕδατι ὂν τὸ πῦρ οὐ σβέννυται· χωρεῖ γὰρ πάντα δι' ἀλλήλων, καὶ ἔστι τὸ ἐπικρατοῦν ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις. quae verba admonent item Empedoclis versuum 116 et 122.

Vs, 208. ἄλφιτον ὕδατι κολλ.) Aristoteles Meteor. l. l. haec addit, quae interpretationis instar possunt haberi: τὸ γὰρ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ αἴτιον τοῦ ὁρίζεσθαι, καὶ ἑκάτερον ἑκατέρῳ οἷον κόλλα γίγνεται, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησεν ἐν τοῖς φυσικοῖς, »ἄλφιτον ὕδατι κολλ." In Aristot. Probl. l. l. haec annotat: καὶ γὰρ ἐκεῖνος κολλήσει εἴκασε τὴν τοῦ ὑγροῦ τῷ ξηρῷ μίξιν, καὶ διὰ τοῦτο συνεστός τε καὶ ὡρισμένον σῶμα πᾶν ἐξ ἀμφοῖν φησὶν εἶναι, ὑγροῦ τε καὶ ξηροῦ, ὡς ἐκείνων, εἰ ἄκρατα λαμβάνοιτο,

ἀορίστων ὄντων. Ergo Empedocles naturae operam in humidis et aridis commiscendis comparavit cum pistoris opificio: ut hic (κολλήσας) farinam aqua conglutinat et igni coquendam praebet, similiter Natura sive Venus diversa elementa in unum constringit, ut declaratur versibus qui deinceps sequuntur.

Vs. 209 sq. Ὡς δὲ τότε χθόνα Κύπρις κτλ.) Simplicius hos versus affert sine ulla explicatione, ut non appareat quo pertineant. Istud ὧς refertur ad similitudinem aliquam, qualis est ea, quae modo praecessit. Quae autem corpora vel quas corporis partes hîc spectet poëta, non patet; fortasse de ossium formatione haec dicta sunt, in quae apte convenit verbum κρατῦναι, *durare*; nisi potius ad oculos referri debeant, qui item sunt ἀτειρεῖς, *indomiti*, ut appellantur vs. 227: in his enim Veneris fabrica maxime cernitur. — Scripsi autem ὧς pro ὥς, ἐπεί τ(ε)' pro ἔπειτ(α)', quo saepe utuntur Homerus et Herodotus. ἐδίηνεν ἐν ὄμβρ. praeëunte Gaisfordio et Brandis. schol. Arist. de Coel. p. 507 a, recepi ex Oxon. A; Oxon. B ἐδείκνεεν εν, Taur. ἐδείκνυεν ὄμβρῳ. Alter autem versus variis modis corruptus est. Codd. Taur. ἡ δὲ ἀποπνείουσα, Ox. A ἡδέ' ἀποπνέουσα, Ox. B εἰ δὲ ἀποπνοίουσα, Brandis ed. ἡ δ' ἀποποιπνύουσα. Initio scripseram ἡδέ' ἐπιπνείουσα, cujus lectionis interpretatio *placide adflans* in versione incuriâ relicta est; ut vero Brandis. lect. vidi, non dubitavi corrigere εἴδεα ποιπνύουσα, *mortalium figuras sedulo formans.* ποιπνύειν, *sedulo agere, properare*, plerumque quidem absolute ponitur; potest tamen accusativus addi, pariter ut σπεύδειν τι. Et sic Pindarus Pyth. X, 40 (101): ἐμὰν ποιπνύων χάριν, *sedulo meam gratiam quaerens.*

Vss. 211-214. ἡ δὲ χθὼν — θεσπεσίηθεν.) His et sqq. versibus describitur, quomodo certâ elementorum temperie variae corporum partes et membra sint conflata. Plenos hos versus citat Simplicius Phys. l. l. qui locus adhuc intpp. fugit, ad illa Aristotelis verba, ἐπὶ μικρὸν γάρ τι μέρος Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος τοῦ εἴδους καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι ἥψαντο, haec annotans: καὶ γὰρ καὶ λόγῳ τινὶ ποιεῖ σάρκας καὶ ὀστοῦν καὶ ἄλλων ἕκαστον· λέγει

γοῦν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Φυσικῶν· »ἡ δὲ χθὼν κτλ." Discimus hinc, versus istos non, ut Sturzius putabat, e libro I, sed e II Physicorum petitos esse: unde colligi potest, alios quoque similis argumenti locos ad eundem librum esse referendos. Caeterum priores tres versus citat etiam Alexander Aphrodis. Metaph. in Brandis. Schol. Aristot. p. 587 b.

Primis his versibus describitur ossium compositio. Fabricatio fit in Terrae fornacibus, ut rerum mortalium officinâ. Vocatur illa ἐπίηρος, quod ductum ab ἦρ, i. e. χάρις (ut in noto Homeri dicto ἦρα φέρειν, ἐπιφέρειν, de quo erudite disserit Buttman. Lexil. I, 38; p. 149 sqq.); notat igitur *gratificans, propitia;* quod perquam aptum. Buttman tamen l. l. p. 157 sq. pro hoc legere suadet ἐρίηρος, quia, inquit, non satis patet, quo praepositio ἐπι- h.l. referatur, sive cui (ἐπὶ τίνι) propitia sit. At quam multa sunt composita cum hac aliisve praepositionibus, in quibus hoc non magis apparet, ex. gr. ἐπιεικής, ἐπίφορος, ἐπίουρος, ἐπίχαρις, quae omnia absolute ponuntur. Quum Terra vocatur ἐπίηρος, sponte intelligitur θνητοῖσι, erga quos ut nunc in alendo et sustentando, ita olim in procreando et formando benignitas ejus conspicua fuit.

εὐτύκτοις χοάνοισι. Ita Simplicius in Phys. et Alex. Metaph. quos secutus est quoque Scaliger; at apud Simpl. de Anim. item apud Aristotelem ceterosque εὐστέρνοις χοάν. apud Themist. εὐρυστέρνης (non -οις, ut notat Sturz.); sed εὐτύκτοις unice appositum vocabulo χοάνοις. illud per errorem illatum puto ab aliquo qui recordaretur Hesiodeum γαῖ' εὐρύστερνος.

Jam describuntur elementorum partes, e quibus ossa sint conflata: constant ea octo partibus: duabus terrae, duabus aëris et aquae, quatuor Vulcani sive ignis. Videamus de singulis.

τὰ δύο — μερέων. In his variant libri: pro τὰ δύο alii τῶν δύο, quidam τὰς δύο; pro μερέων alii μορίων, alii μοιράων. Scal. et Sturz. exhibent τῶν δύο — μορίων, Brandis τὰς δύο — μερέων, Trendelenb. τὰς δύο — μοιρῶν, Goettling. conj. τὰ — μοιρέων, τὰ accipiens duali numero; sed femininum non congruit cum se-

quenti τέσσαρα δ'. Credo metri difficultatem varias has lectiones peperisse, quae tamen revera nulla est: cf. quae dixi supra ad vs. 82. Secutus sum vulgatam Aristotelis et Simplicii Phys. lectionem. τὰ δύο opponitur ἑτέροις δυσὶ μέρεσι, quae tacite intelligenda, ut sensus sit: Terra *alteras duas* partes cepit Νήστιδος, alteras nempe ipsa suppeditans; sicut veteres etiam commentatores acceperunt.

Νήστιδος Αἴγλης. Vulgo Νήστιδος αἴγλης. Brandis Νήστιδος αἴγλῃ. Αἴγλης litera majuscula scripsi: ambo enim sunt substantiva, ambo deorum nomina; Νῆστις supra jam commemorata vs. 57; Αἴγλη una Charitum vel mater earum, conjuge Sole: vid. Hesychius in V. Ut illa a q u a m, ita haec a ë r e m significat, quae ambo arte inter se conjuncta; unde et ambo haec vocabula ita copulantur, quasi alterum sit cognomen alterius, similiter ut Πάλλας Ἀθήνη, Φοῖβος Ἀπόλλων. Perperam nonnulli hanc lectionem tentarunt, ut Ritterus leg. conjiciens: δύο . . . λάχε Νήστιδος, αὐγῆς τέσσαρ' ἴδ' Ἡφ. Sensus autem aperte is est, quem veteres voluerunt: ὕδατος καὶ ἀέρος δύο μοίρας sive ἑκατέρας ἀνὰ μίαν μοῖραν, ut explicat Philoponus l. l. similiter Simplicius, cujus verba statim afferam. Caeterum parum interest, utrum Νῆστιν Αἴγλην *aquam pellucidam* s. *aëriam*, an *fluidum splendorem* interpretere. — λευκὰ γένοντο, Brandis et pauci alii λεύκ' ἐγενόντο. — Ἁρμονίης κόλλῃσιν (Simpl. ἁρμονίης κόλλησιν) ut supra vs. 59: ἁρμονίης πυκινῷ κρύφῳ, nisi potius scrib. ἁρμονίῃς κόλλῃσιν, *arctis compagibus*, ut vs. 228: γόμφοις καταστόργοις. Cum hoc κόλλῃσιν ἀρηρότα cf. Plato Tim. p. 43 A de humana fabricatione loquens: εἰς ταὐτὸ τὰ λαμβανόμενα ξυνεκόλλων. cf. vs. 208. — θεσπεσίηθεν, quippe opifice Venere, cujus numen in sequentibus versibus saepius memoratur.

Caeterum in hac descriptione partium earumque numero Empedoclem harmonicos Pythagoreorum numeros secutum esse, antiqui interpretes volunt, praesertim Philoponus et Simplicius, quorum hic quidem ita explicat, de Anim. f. 18 B: ἐ π ί η ρ ο ς δὲ, τουτέστιν ἐναρμόνιος, εἴρηται ἡ γῆ ὡς κ ύ β ο ς,

κατὰ τὴν Πυθαγορείων παράδοσιν· τὸν γὰρ κύβον διὰ τὸ δώδεκα μὲν ἔχειν πλευρὰς, ὀκτὼ δὲ γωνίας, ἓξ δὲ ἐπίπεδα, τὴν ἁρμονικὴν ποιοῦντα ἀναλογίαν, ἁρμονίαν ἐκάλουν. χόανα δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ (Ὁμήρῳ), ἐν οἷς ἡ τῶν μιγνυμένων γίγνεται κρᾶσις, ἀγγεῖα· (Il. σ, 470).

Φῦσαι δ᾽ ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων.

ἃ καὶ εὔστερνα, ὡς πλατέα, διὰ τὸ χωρητικὸν καλεῖ· μίγνυσι δὲ πρὸς τὴν τῶν ὀστῶν γένεσιν τέσσαρα μὲν πυρὸς μέρη, διὰ τὸ ξηρὸν καὶ λευκὸν χρῶμα ἴσως πλείστου λέγων μετέχειν αὐτὰ πυρός· δύο δὲ γῆς, καὶ ἓν μὲν ἀέρος, ἓν δὲ ὕδατος· ἃ δὴ ἄμφω νῆστιν αἴγλην προσαγορεύει, νῆστιν μὲν διὰ τὸ ὑγρὸν, ἀπὸ τοῦ νάειν καὶ ῥεῖν, αἴγλην δὲ ὡς διαφανῆ. Ita Simplicius, cum quo concinit fere Philoponus, sed hic minus explicite. Empedoclem in rerum compositione describenda certam quandem rationem, certum quendam numerum secutum esse, vix dubium esse potest; Pythagoricos tamen numeros adhibuisse non videtur, sed talem solum proportionem, quae singularum rerum naturae esset accomodata. Certe interpretatio illa vocis ἐπίηρος, τουτέστι ἐναρμόνιος, quaesita est; κύβου similitudo admodum manca. Illud rectius, quod majorem ignis portionem ossibus adsignaverit Empedocles, propter album eorum colorem et siccitatem.

Vss. 215-219. ἡ δὲ χθὼν κτλ.) Describitur his versibus formatio carnis et sanguinis, quae aequalibus quatuor elementorum portionibus conflata sunt; indicatur illud vocabulo ἴση. Sed μιγεῖσα scripsi pro vulg. μάλιστα, quia sensus id omnino postulabat; ὁρμισθεῖσα Sturzius pro ὁρμηθεῖσα. — Κύπριδος ἐν λιμένεσσι, elegans metaphora, qua idem utitur infra vs. 261; significat: *Veneris gremio fota, maturata.* Vocabulum τέλειος de nuptiarum sacris usurpatum illustrat Ruhnken. in Tim. Lex. p. 224.

Vs. 218. εἴτ᾽ ὀλίγον κτλ.) Cum Sturzio inserui γ᾽ post μεῖζον, metri gratia; ceterum quid significent haec verba, parum assequor. Vitiosa esse vix possunt; adeo apte sibi respondent verba εἴτε ὀλίγον, εἴτε πλέον, item μεῖζον, ἔλασσον.

Pro praesenti tantum (ἐστὶ) requiratur fortasse praeteritum ἔπλετ(ο)' aut simile quid. Sturzius interpretatur: *sive quid crescat, sive decrescat*; quod aeque obscurum, ne dicam, ineptum. At vide, num fortasse pro εἴτ' ὀλίγον legendum sit εἴτε λιτόν, *tenue* s. *rarum*, cui oppos. πλέον, *plenum* s. *densum*, ut hic efficiatur sensus: elementa aequis portionibus inter se miscentur, si quod eorum tenue sit, plus, si densum sit, minus admiscetur: veluti aquae, quae tenuior est, major portio quam terrae, quae densior; ejusdem vero minor portio quam aëris et ignis, qui leviores sunt. Sed conjectura haec est, cui parum confido.

Vs. 219. ἐκ τῶν αἷμά τε γέντο κτλ.) Simplicius habet αἷματ' ἐγένοντο καὶ ἄλλης. — γέντο correxerunt Scalig. et Sturz. Pro ἄλλης Sturz. scribit ἄλλα δὲ, ego mallem ἄλλοτ' εἴδεα.

Vss. 220-222. τοῦτο μὲν ἐν κόγχ. κτλ.) Empedocles, teste Plutarcho, demonstrat his versibus, elementa in corporibus non semper suum propriumque obtinere locum, veluti ignem superiores partes, terram inferiores, sed ita disposita esse, uti cujusque corporis usus postulet. Ante verba ἔνθ' ὄψει κτλ. aliquid excidisse, jam sensit Reiskius in Plutarchi Symp. l. l. Ipse Plutarchus altero loco lacunam quasi explet his verbis: κηρύκων τε . . . χελύων τε καὶ παντὸς ὀστρέου φύσιν, ὥς φησιν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καταμανθάνων, »ἔνθ' ὄψει" κτλ. — καὶ μὴν scripsi, suadente Xylandro, pro vulg. ναὶ μήν; λιθορρίνων τε χελωνῶν pro λιθορρ. χελύων τε, quum Ald. et Bas. edd. de Fac. Lun. praebeant χελωνῶν τε. Xylander comparat illud, quod in oraculo apud Herodot. I, 47, legitur, κραταιρίνοιο χελώνης. — χθόνα χρωτὸς ὑπέρτατα, cum hoc concinit fere Aristoteles, de Gen. Animal. III, 11, p. 845 E: ἡ τῶν ὀστρακοδέρμων γίνεται φύσις, κύκλῳ μὲν τοῦ γεώδους σκληρυνομένου καὶ πηγνυμένου τὴν αὐτὴν πῆξιν τοῖς ὀστοῖς καὶ τοῖς κέρασιν· . . . ἐντὸς δὲ περιλαμβανομένου τοῦ τὴν ζωὴν ἔχοντος σώματος. Cf. idem de Part. Animal. IV, 7.

Vs. 223 sq. Ταὐτὰ τρίχες κτλ.) Omnia ista genere eadem

sunt, in quo Empedocli adsentitur Aristoteles l. l. qui omnia haec refert ad τὴν ξυλώδους σώματος θυμίασιν, i. e. lignosam corporum exhalationem. — φλονίδες dedi pro λεπίδες s. λοπίδες, quod est apud Aristotelem. Nam Olympiodorus in Meteor. l. l. fol. 74 B, hos versus citans, alterum sic exhibet: καὶ φολιδονίδες γίγνονται ἐπὶ στιβαροῖς μελέεσσιν, sub quo latere putavi veram lect. φλονίδες, idem quod φολίδες, cujus interpretamentum haberi potest λεπίδες. Hesychius, qui plura Empedoclis vocabula, non addito ipsius nomine, memoravit, etiam hoc notat: φλονίδες, λεπίδες. Caeterum cum his conferendi Lucretii versus, V, 786-788.

Vs. 225 sq. αὐτὰρ ἐχίνοις κτλ.) Haec est lectio Stephani, eadem in cod. Vulc. reperta a Reiskio, a qua Scaliger eo tantum differt quod pro ἐχίνοις habet ἐχίνῳ. In aliis Plutarchi libris hic versus plane depravatus est: vid. Xyl. et Reisk. in h. l.

Vs. 227 sq. ἐξ ὧν ὄμματ') Oculos constare docuit interiore parte ex igni, exteriore ex aqua et terra; ut in dissert. exponemus. ἀτειρέα vocantur propter aciem omnia penetrantem et vim indefessam; similiter de l u c e dicit vs. 307: λάμπεσκεν ἀτειρέσιν ἀκτίνεσσιν.

Vs. 228. γόμφοις κτλ.) Etiam hoc de oculis dictum, teste Simplicio; eleganter sane. γόμφοις idem fere quod vs. 214 Ἁρμονίης κόλλησιν. Cf. Platonis dicta in Tim. p. 43 A, ubi de hominis fabricatione sic loquitur: (οἱ θεοὶ) εἰς ταὐτὸ τὰ λαμβανόμενα ξυνεκόλλων, οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ ξυνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις πυκνοῖς γ ό μ φ ο ι ς ξ υ ν τ ή κ ο ν τ ε ς, ἓν ἐξ ἁπάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα ἕκαστον, i. e. Cicerone interprete: *crebris quasi cuneolis injectis unum efficiebant ex omnibus corpus.* γόμφοι vocantur καταστοργοι, quia oculi amoris sedes.

Vs. 229. Κύπριδος ἐν παλάμ.) Exemplo hoc utitur Simplicius, ut ostendat, in mundi rebus non solam, ut quidam putabant, dominari Discordiam, sed Amicitiam quoque sive Venerem, eamque in naturae rebus formandis praecipuas agere

partes, ut h. l. in oculorum formatione. — ὅτε ξὺμ πρῶτ' ἐφύοντο, hoc ita jung. ὅτε πρῶτα ξυνεφύοντο, *quum primum coorta s. conflata sunt.* Peyron. scribit ξὺν πρῶτ'; Gaisford. et Brandis Schol. Arist. p. 507 a, ξύμπρωτ'; codices: ξὺ πρῶτ', ξυμπρώτ', ξύμπρωταις.

Vs. 230 sq. τῶν δ' ὅσ' ἔσω κτλ.) Etiam haec de oculis dicta sunt, in explicando, quomodo fiat, ut alii noctu, alii interdiu acutius cernant; ut docet Simplicius. Verba paullo obscuriora: nam istud ὅσα duplici modo accipi potest, vel in nominativo positum, hoc modo: τῶν ὀμμάτων ὅσα μὲν ἔσω (ἐστὶ), — sive τὰ μὲν ἔσω αὐτῶν μέρη — πυκνὰ, τὰ δ' ἔκτοθι μανὰ πέπηγε, *oculorum interior pars densa, exterior tenuis est;* vel in accusativo positum, sic: ὅσα τῶν ὀμμάτων (κατὰ) τὰ ἔσω μέρη πυκνὰ, τὰ δ' ἔκτ. μανὰ, *oculorum quicumque interius densi, exterius tenues facti sunt.* Si posteriorem rationem sequare, sententia abrupta est. Codd. varie exhibent ἔκτοθι, -θε, -θεν. In sq. versu tam Taur. quam Oxonn. παλάμησι πλάδης. similiter Brandis l. l. Si πλάδη derivatum esse posset a πλάσσω, ut significaret *figura*, recepissem; sed interpretes omnes inde a Moërbeka interpretantur *humiditatem*, quae notio inest quoque in vocabulis πλάδος et πλαδάω. Haec autem significatio h. l. incongrua; aptissimum contra est quod in Simplic. Phys. eodem in versu legitur πλάσιος, quod optime congruit vocabulo παλάμης. Itaque, dum probetur, v. πλάδη (an πλάθη, ut in κοροπλάθος?) pro πλάσις dici posse, quod non prorsus nego, illud retinendum duxi. Ceterum Simplic. Phys. ἐν παλάμης . . τοίης τε τύχοντα. Scaliger Κύπριδος εὐπαλάμης.

Vss. 232-234. ᾗ πολλαὶ μὲν κόρσαι — μετώπων.) Pertinent haec et sequentia ad animantium ortum. Primo singula membra exstitisse fingit, quae paullatim, ut fors ferret, inter se conflata, corpora efficerent. Commentum istud ductum videtur ab eo quod in nonnullis bestiolis, ut ranis, fieri animadverterent, quarum primo imperfectae et truncatae cernuntur figurae, quae paullatim magis magisque ad perfectionem addu-

cuntur. cf. Diodor. Sic. I, 10; Lucret. V, 835 sqq. Ovidius, Metam. I, 422 sqq. Virgilius Georg. IV, 308 sqq. In Aristotele variat lectio, modo ἢ πολλαὶ, modo ὡς πολλαὶ, modo ἢ πολλῶν. Similiter fluctuant commentatores: Simplic. de Coel. ἢ πολλαί; Philop. πολλῶν; Tzetzes utroque loco ὡς πολλῶν. Sed hi ab Aristotele pendent. πολλῶν manifesto vitiosum; nam capita illa adhuc sola per se errabant, necdum animantis alicujus membra erant.

Vs. 233. sq. γυμνοὶ δ' ἐπλάζοντο.) Gaisford. omittit δ', additum habet Brandis schol. Arist. p. 512 a, et cod. Taur., qui ceteroquin, ut et Ox. A, vitiose ἐμπλάζοντο. Porro Taur. οἷα πλανᾶτο; Gaisf. Peyr. Brand. οἷ' ἐπλανᾶτο. Cf. vss. Lucretii infra descripti.

Vss. 235-237. Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μεῖζον κτλ.) Dispersa prius membra deinceps coaluisse dicit per Amicitiam, quo spectat Aristot. de Gener. Animal. I, 18: ἐπὶ τῆς Φιλότητος . . . εἶθ' οὕτως συμφύεσθαι. Iidem versus leguntur in Brandis. Schol. Arist. p. 512 a. — ἐμίσγετο δαίμονι δαίμων non referendum videtur ad Amicitiam et Discordiam, quae jungi nequeunt, sed ad contraria elementa, praecipue terram et ignem. Simplicius tamen ad ambas illas refert, sic interpretans: ὅτε τοῦ Νείκους ἐπεκράτει λοιπὸν ἡ Φιλότης, unde conjicias eum pro ἐμίσγετο aliud quid legisse, velut ἐπείγετο, ἐείξατο, i. e. quum deus deo (Discordia Amicitiae) ingrueret, vel alter alteri cederet.

ὅπη συνέκυρσεν ἕκαστα. Haec verba Simplicius citat quoque Phys. f. 73 B et 74 B (ubi pro ἕκαστα legitur ἅπαντα), ostendens Empedoclem multa dicere forte et casu effici. cf. vs. 204. — διηνεκὲς cum Peyr. scripsi pro codd. lect. διηνεκῆ, quam habet etiam Brandis.

Vss. 238-242. Πολλὰ μὲν ἀμφιπρόσωπα — ἀκριτόχηλα.) Illustrat haec Lucretius, de novo mundo ita canens V, 835 sqq.

Multaque tum Tellus etiam portenta creare
Conata est mirâ facie membrisque coorta:
Androgynem, inter utras, nec utramque, utrimque remotum;

Orba pedum partim, manuum viduata vicissim,
Muta sine ore etiam, sine vultu caeca reperta.
. . . .
Caetera de genere hoc monstra ac portenta creabat;
Nequidquam; quoniam natura absterruit auctum.

Pro ἐφύοντο, ἐξανέτελλον, Aelianus ob orationis nexum infinitivos posuit, φύεσθαι, ἐξανατέλλειν, quod mutavi. Scaliger inverso ordine ἀμφίστερνα καὶ ἀμφιπρόσωπα, caetera sicut vulgo. ἐξανατέλλειν eodem sensu usurpatur vs. 251. Ante βουγενῆ ἀνδρόπρωρα intell. τὰ μὲν, cui respondeat sequens τὰ δ' ἔμπαλιν; et ante μεμιγμένα rursus intell. ἄλλα δὲ. Istud βουγενῆ ἀνδρόπρωρα tangunt multi, ut Aristot. Phys. II, 8; ejus commentatores in h. l. Themistius f. 27 sq. Simplic. f. 86 B; Philoponus lit. H, p. 13-16; Plutarchus adv. Colot. p. 1123; Theophylact. Ep. 44; Hesychius: ἀνδρόπρωρος, ἀνδροπρόσωπον. alii. Cf. Intpp. ad Hesych. h. v. et v. ἀντίπρωρον. Simile est illud Sophocl. Trach. 12: ἀνδρείῳ κύτει βούπρωρος.

Vs. 240. μεμιγμένα τῇ μὲν κτλ) ἀπ' ἀνδρῶν dedi pro vulg. ὑπ' ἀνδρῶν; significat enim non *a viris generata*, sed *e virilibus membris composita*, ἀπ' ἀνδρείων γυίων ὄντα, ἀνδροφυῆ. Porro χλιεροῖς scripsi pro σκιεροῖς. nam σκιερά γυῖα, *umbrosa membra*, ineptum. χλιερὸς est Ionica forma eaque rarior pro χλιαρὸς, a χλίειν (τρυφᾷν), quod epitheton optime convenit in androgynem, genus molle et fractum. Bergkius leg. conjecit στιβαροῖς γυίοις, sicut supra legitur vs. 224. Sed significatio v. στιβαρὸς, *validus*, hîc parum congrua est.

Vs. 242. εἰλίποδ' ἀκριτόχηλα.) In Plutarcho legitur εἰλίποδα κριτόχειρα. Reiskius conj. κριοειδέα vel κριόχηλα, *arietum ungulis instructa*; sed κριὸς primam producit. Alterutrum certe legendum, ἀκριτόχειρα vel ἀκριτόχηλα, i. e. digitis vel ungulis praedita *non distinctis*, sed cohaerentibus, solidis, ut equi, qui ideo μώνυχες vocari solent.

Vs. 243. πῶς καὶ δένδρεα κτλ.) Hunc versum et sequentes, qui praesertim ad arborum naturam spectant, collocavimus

ante eos quibus humana progenies describitur (248 sqq.), quia Empedocles ante homines exstitisse arbores et plantas docuit, ut ostendetur in dissert. Componuntur autem h. l. arbores et pisces, inter quae ea est similitudo, quod ambo non vivos fetus pariunt, sed ova s. semen fundunt. cf. vs. 245. Pro *μακρὰ* Scaliger perperam *καλά*. *δένδρεα μακρά*, usitatum epitheton: similiter vs. 245; Hom. Il. λ, 88; Od. ε, 238; Cleobul. apud Laërt. I, 89. *καμασῆνες*, vox rarior, cujus gratia hic versus ab Athenaeo citatur: *οὐ λανθάνει δέ με, καὶ ὅτι κοινῶς πάντες οἱ ἰχθύες καμασῆνες ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους ἐλέχθησαν.* (cf. vs. 205.) Quibus verbis significari videtur, Empedoclem proprium speciei nomen pro communi (*κοινῶς*) usurpasse. Suidas quoque habet: *Καμασσηνός, ἐθνικόν.* Scribitur quoque *καμασῖνες* apud Hesychium. Vocabulum hoc, ut parum tritum vel obsoletum, notatur ab Antipatro in Analect. Brunck. T. II, p. 120; ceterum de ejus origine et potestate non constat: qua de re non opus est repetere quae Martinius Lex. Philol. Sturz. in Emped. vs. 235, aliique jam attulere.

Vs. 244. *ἐν ξηρῷ κτλ.*) Versum hunc effeci ex his Theophrasti verbis: *Ἐμπεδοκλεῖ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτ' ἄτοπον, ὅπερ καὶ ἐν ἑτέροις εἴρηται, τὸ γεννήσασαν ἐν τῷ ξηρῷ τὴν φύσιν μεταίρειν εἰς τὸ ὑγρόν.* cf. ejusdem scriptoris loci relati infra nr. 449. Sturzius versum inde effinxerat huncce:

γεννήσασα φύσις μετάγει τὸ ξηρὸν ἐς ὑγρόν.

Buttmannus vero talem:

εἰς ὑγρὸν γὰρ ἄγει τὰ ὑπέρπυρα γεννήσασα.

Vocabulum *ὑπέρπυρα* ex altero Theophrasti loco huc arcessivit; sed verbum *μεταίρειν* certe tenendum. Sententia haec est: in quaerendo caussam, cur pisces in aqua vivant, putavit eos natura calidiores esse; ideoque Naturam, ut calorem illum temperaret, eos, prius in terra genitos, in aquam transportasse.

Vs. 245. *οὕτω δ' ᾠοτοκεῖ κτλ.*) *μακρὰ δένδρεα* Sturzius dedit e Theophrasto; in Aristotele vulgo legebatur *μικρά*, quod habent quoque Philoponus et Scaliger; Aristoteles Bekk. recte

μακρά, ut vs. 243; prior syllaba hîc correpta est liberius, uti vs. 48 et 434 eadem in *ἄκρος*. Pro *ἐλαίας* Scal. *ἐλαίης*, male. Quod Empedocles arborum baccas cum ovis comparat, probatur ab Aristotele et Theophrasto. Philoponus l. l. multa, ut solet, super hoc versu disserit, unde haec delibasse sufficiat: *τροπῇ χρησάμενος, ὡς ποιητὴς, εἴρηκε τὰς ἐλαίας, αὐτὰ φημὶ τὰ ἤδη καρποφορεῖν δυνάμενα δένδρα, ὄρνιθας ᾠοτοκούσας, τίκτουσας δὲ οὐχὶ ᾠὰ, ἀλλ' ἐλαίας.* i. e. »arbores (proceras) intelligit oleas, quas comparat cum avibus oviparis, parere autem eas pro ovis baccas seu olivas." Cur autem primum oleam fructus tulisse putaverit Empedocles, ratio haec est, quod olea *prima omnium arborum* habita sit: vid. Colum. V, 8, 1, et scriptores citt. a Niclas. in Geopon. IX, 1; p. 568.

Vs. 246. *οὕνεκεν ὀψίγονοι κτλ.*) Patet Empedoclem eo loco, unde haec desumta sunt, de varia arborum quarundam natura egisse. *σίδαι*, punica mala vel punicae arbores, quae vulgo *ῥοιαί*. vid. Hesychius. Eas serius maturescere, etiam Plutarchus l. l. docet, ratione simul addita. — *ὑπέρφλοια* autem (cujus vocabuli gratia hunc versum citat) mala vocari ostendit *διὰ τὴν ἀκμήν· τὸ γὰρ ἄγαν ἀκμάζειν καὶ τεθηλέναι φλοίειν ὑπὸ τῶν ποιητῶν λέγεσθαι, καὶ τὸν Ἀντίμαχον οὕτω πως φλοίουσαν ὀπώραις εἰρηκέναι τὴν τῶν Καδμείων πόλιν·* (vid. Antimach. Schellenb. p. 101 sq.) *ὁμοίως τὸν Ἄρατον ἐπὶ τοῦ Σειρίου λέγοντα* (Phaenom. vs. 335.),

καὶ τὰ μὲν ἔῤῥωσεν, τῶν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα,

τὴν χλωρότητα καὶ τὸ ἄνθος τῶν καρπῶν φλόον προσαγορεύειν· εἶναι δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὰς οἳ Φλοίῳ Διονύσῳ θύουσιν. ἐπεὶ τοίνυν μάλιστα τῶν καρπῶν ἡ χλωρότης καὶ τὸ τεθηλέναι τῷ μήλῳ παραμένει, ὑπέρφλοιον αὐτὸ τὸν φιλόσοφον προσαγορεῦσαι. Haec Plutarchi interpretatio omnino satisfacit; alterâ, quam huic addit, Lampriae, qua *ὑπέρφλοιος* ducitur a *φλοιός*, *cortex*, facile careamus. Ergo mala punica *ὑπέρφλοια* dicta, quia diutius vigorem et viriditatem servant, vel etiam quia succo abundant; utraque enim potestas in verbo *φλοίειν* inest, de

quo plura ad vs. sq. Pro ὑπέρφλοια autem metri gratia scripsi -φλοα, quemadmodum et Aratus φλόον dicit; similiter vs. 267 vulgo ἀπόῤῥοιαι legebatur pro ἀποῤῥοαί.

Vs. 247. οἶνος ἀποφλοίον κτλ.) Vulgo ἀπὸ φλοιοῦ. Meziriacus corrigit ὑπὸ φλοιῷ, *sub cortice;* utrumque, quocumque modo vertas, sive jungas οἶνος ἀπὸ φλοιοῦ, sive ὕδωρ ἀπὸ φλοιοῦ, seu denique πέλεται ἀπὸ φλοιοῦ, incommodum. Mutavi in ἀποφλοίον, quod sensui aptissimum. φλοίειν, *abundare*, modo vidimus in versu Arateo; huic cognata et gemina sunt verba φλέειν et φλύειν, quorum alterum notat Hesychius: φλεῖ, γέμει, εὐκαρπεῖ, πολυκαρπεῖ. alterum Aelianus V. H. III, 41: τὸ πολυκαρπεῖν οἱ ἀρχαιοὶ ὠνόμαζον φλύειν, ὅθεν τὸν Διόνυσον Φλεῶνα ἐκάλουν. Schol. Apollon. Rhod. I, 115: Διόνυσος Φλυοῦς ὠνομάζετο ἀπὸ τοῦ φλύειν τὸν οἶνον, ὅ ἐστιν εὐθηνεῖν. Paullo ante apud Plutarchum vidimus, eundem Φλοῖον cognominatum esse a φλοίω. Ergo cum φλοίειν significet *abundare*, *affluere*, *luxuriari*, idque praesertim de vite usurpetur, apte ἀποφλοίειν dicitur *ebulliens* sive *exaestuans* vitis succus. Geminum huic verbum servavit Hesychius: ἀποφλύειν, ἀπερεύγεσθαι. Verba autem sic jungantur: οἶνος πέλεται τὸ σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ ἀποφλοίον. σαπὲν, *putrefactum*, idem est quod *concoctum*: nam, ut dicit Plutarchus l. l. p. 613: ἡ πέψις ἔοικεν εἶναι σῆψις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ. Eadem veterum medicorum fuit sententia: cf. Athenaeus, VII, p. 276 D E; Galenus in Hippocr. Aphor. VI, 1. Foesius Oecon. Hippocr. v. σήπειν. adde notata ad vs. 266.

Vss. 248-255. His versibus, quos e libro II petitos esse docet Simplicius, describere aggreditur humanam progeniem. Prius quam illa exstitisset, docet fuisse quaedam hominum specimina, informia, nullo generis discrimine; deinde vero utrumque sexum discretum esse. Docent hoc Simplicii verba versus illos citantis: εἰπόντος δὲ τοῦ Ἐμπεδοκλέους ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Φυσικῶν, πρὸ τῆς τῶν ἀνδρείων καὶ γυναικείων σωμάτων διαρθρώσεως ταῦτα τὰ ἔπη κτλ.

Vss. 248-250. Νῦν δ' ἄγ' — ἀδαήμων.) Pro ὅπως Scaliger male ὅσους. – ὀρνύμενον πῦρ scripsi pro vulg. κρινόμενον πῦρ, quod ineptum; significat *Veneris ardorem*, qui vulgo flammae comparari solet, atque ex Empedoclis sententia ab igne originem ducit. ὅρπηκες, *surculi*, vocantur liberi; usitatiora sunt hoc sensu θάλος, ἔρνος, de quibus vid. Valcken. in Eurip. Phoen. vs. 88. Itaque sensus verborum est: ut discas, quomodo nocturno coitu liberi gignantur.

Vs. 251. οὐλοφυεῖς κτλ.) Tangit hoc dictum Aristoteles Phys. II, 8, p. 270 D: ἀνάγκη σπέρμα γενέσθαι πρῶτον, ἀλλὰ μὴ εὐθὺς τὰ ζῶα· καὶ τὸ οὐλοφυὲς μὲν πρῶτα σπέρμα ἦν. Vocabulum οὐλοφυὴς accuratiorem explicationem postulat. Compositum ex ὁλὸς et φύειν significat quod *natura* est *totum* s. *integrum*; atque hoc sensu τύποι οὐλοφυεῖς dicuntur hominum specimina *integra*, i. e. in quibus nulla est sexûs distinctio, sed quae *omni* hominum generi, tam maribus quam feminis, communia sunt. Simili fere sensu hoc vocabulum usurpat Aristoteles, de Partt. Anim. IV, 12, dicens, corporis partes pronas, supinas et thoracem, quae in quadrupedibus sunt distinctae, in avibus esse cohaerentes, ὁλοφυὴς ὁ τόπος. Pari modo aves, quorum pennae sunt ἄσχιστοι, vocat ὁλοπτέρους. Jam vero quum rudia illa specimina essent exempla et origo omnis humani generis, ideo Aristoteles τὸ οὐλοφυὲς interpretatur σπέρμα, sicut modo vidimus; cum qua interpretatione etiam veteres interpretes conveniunt. Simplicius l. l. Aristotelis verba commentans, haec addit: εἰ δὲ τὸ (οὐλοφυὲς) σπέρμα ἦν, θαυμαστῶς μοι δοκεῖ τὸ οὐλοφυὲς αὐτῷ ἐπιπρέπειν· οὐλοφυὲς γὰρ κυρίως ἐκεῖνο ἐστὶν, ὃ, καθ' ὃ ἐστὶν, ἑαυτὸ πᾶν ἐστὶν ὅπερ ἂν (οὖν?) ἐστὶν, μήπω γενομένης ἐν αὐτῷ διακρίσεως. Philoponus in Phys. l. l. lit. H, p. 16: καὶ αὐτὸς δὲ, φησὶν (Ἀριστοτέλης) ὁ Ἐμπεδοκλῆς τὸ οὐλοφυὲς πρῶτόν φησι γενέσθαι· τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο σημαίνοι ἂν αὐτῷ ἢ τὸ σπέρμα συνεστραμμένον καὶ ὅλως ἅμα ἔχον ἐν ἑαυτῷ τοὺς λόγους τοῦ φυομένου. παρὰ γὰρ τὸ τὴν τοῦ ὅλου φύσιν περιέχειν,

τὸ ὁλοφυὲς αὐτῷ κέκληται. Empedoclis οὐλοφυεῖς τυποὶ Platoni facile ansam dederint lepidae illi fictioni in Symposio p. 189 sq. ὅλον ἦν ἑκάστου τοῦ ἀνθρώπου τὸ εἶδος κτλ. quamquam Empedoclea illa monstra minime informanda tanquam homines duplices, quaternis pedibus manibusque praediti, sed potius talia, qualia portenta illa quae fingit Lucretius V, 839 sqq.

Muta sine ore etiam, sine vultu caeca reperta,
Vinctaque membrorum per totum corpus adhaesu,
Nec facere ut possent quidquam nec cedere quoquam.

quae cum Empedoclis dictis, vss. 254 et 255, satis conveniunt et ad illius exemplum composita videntur.

Vs. 152. ὕδατος τε καὶ οὔδεος.) οὔδεος optime dedit Sturz. pro vulg. εἴδεος, quamquam hoc ipse Simplicius legisse videtur, ut indicat ejus interpretatio his versibus subjecta: τὸ οὐλοφυὲς μὲν . . . σπέρμα ἦν, οὔπω μελέων ἐρατὸν δέμας ἐμφαῖνον· διότι ὕδωρ μὲν ἦν ἐνεργείᾳ ὑγρὸν ὄν, δυνάμει δὲ τὸ εἶδος τοῦ ἀνθρώπου. Sed εἶδος ineptum, contra οὖδας sive αἶα abesse nequit. Similiter apud Hesiodum in fabula Pandorae Opp. et D. vs. 61, Vulcanus fingitur γαῖαν ὕδει φύρειν. — οὔδεος αἶσα, *certa terrae portio;* sic Simonides apud Athen. p. 32 B: ὕδατος αἶσαν . . . οἶνος ἔχειν ἐθέλει. cf. Parmen. vs. 126.

Vss. 253-255. τοὺς μὲν πῦρ κτλ.) Ignis sub terra reconditus ad sui simile (i. e. sursum) tendens effecit, ut res omnes e terra succrescerent. ἀνέπεμπ᾽ ἐθέλον scripsi pro ἀνέπεμπε θέλον, et ὁμοῖον pro ὅμοιον. In ultimo versu vulgo οὔτ᾽ αὖ, quod mutavi in οὔτ᾽ οὖν, non tam metri gratia, quam quod οὖν aptius videtur. Si junxisset vocem et auditum, recte dixisset οὔτ᾽ ἐνοπὴν οὔτ᾽ αὖ ἀκουήν; quum vero voci sermonem addat, melius dicitur οὔτ᾽ οὖν.

Vs. 254. τῷ δ᾽ ἐπὶ κτλ.) Ita hunc versum, qui in Plutarcho plane corruptus est, e conjectura interpolavi. Vulgo sic legitur:

τῷ δέ τι καὶ πόθος εἴτε διὰ πέψεως ἀμμίσγων.

Wyttenb. legendum conjecit:

τοὺς δέ τε καὶ πόθος εἷλε δι᾿ ὄψεως ἄντ᾿ ἀναμίσγων.

δι᾿ ὄψεως (δι᾿ ὄψιος) pro διὰ πέψεως certum puto; εἷλε quamquam de amore recte dicitur, tamen εἷλε δι᾿ ὄψιος minus congruum videtur; tum πόθος parum recte dicitur μίσγων; excitat quidem miscendi s. coëundi cupiditatem, non vero miscet homines, non magis quam fames eos saturet; adde, quod compositum ἀναμίσγειν hoc sensu insolens est. Itaque ἀμμίσγων mutavi in ἄντ᾿ ἀΐσσων, quod de desiderio, praesenti e conspectu per oculos quasi irruente, aptissimum. ἐπὶ jung. cum εἶσι; posset etiam legi imperfectum ἧε. Sensum hujus versiculi e Plutarcho apparet hunc esse: quotidianâ marium et feminarum consuetudine Veneris desiderium in hominibus excitari et ali. De amore per oculos in animum intrante cf. quae notavit Valcken. in Euripid. Hippol. vs. 525; adde Platon. Phaedr. p. 251 B.

Vss. 257-260. ἀλλὰ διέσπασται — ἀντιάσαντα.) Sturzius ambo haec fragmenta in unum conflavit, hoc modo:

ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις· ἡ μὲν τἀνδρὸς,
ἐγκέχυται θερμοῖσι· τὰ δ᾿ ἐκτελέθουσι γυναῖκες
ψύχεος ἀντιάσαντα.

Parum scite: sunt enim argumento dispari et diversa loco, ut jam ostendit Philoponus Comment. in h. l. de Gener. Anim. I, f. 17 A ἀσαφῶς δὲ τέθεικε (ὁ Ἀριστοτέλης) τὰ τοῦ Ἐμπεδοκλέους, διὰ τὸ μὴ ὁλόκληρα ἀπαγγεῖλαι τὰ ἔπη, ἀλλὰ μόνας αὐτῶν τὰς ἀρχὰς, καὶ ταύτας οὐκ ἀπὸ τῶν ἐφεξῆς ἀλλήλοις ὄντων στίχων, ἀλλὰ πόῤῥω ἀπ᾿ ἀλλήλων ὄντων. Priores versus ἀλλὰ διέσπασται — spectant ad partûs originem. Docet Empedocles, ut Aristoteli utar verbis, διεσπασμένον τὸ σῶμα τοῦ σπέρματος εἶναι, τὸ μὲν ἐν τῷ θήλει, τὸ δὲ ἐν τῷ ἄῤῥενι. de Gener. Anim. IV, 1; sive aliis verbis: ἐν τῷ ἄῤῥενι καὶ τῷ θήλει οἷον σύμβολον ἐνεῖναι, ὅλον δὲ ἀπ᾿ οὐδετέρου ἀπιέναι. ibid. I, 18. Idem dicit Lucretius IV, 1222:

Semper enim partus duplici de semine constat.

Aristoteles Empedoclis verba abrupte citat; etiam istud ἡ δὲ γυναικός, quamquam in ed. Cas. exstat (ἡ δ᾿ ἐν γυν.), tamen ab

Aristotele omissum est; intelligendum tamen esse, monuit jam Philoponus de Anim. Gener. I, f. 16 A: εἰπὼν δὲ (ὁ Ἀριστοτέλης) ἡ μὲν ἐν ἀνδρὸς, οὐκ ἀπέδωκε τὸ ἡ δ' ἐν γυναικός. Alibi ipse haec verba addit, l. l. IV, f. 81 B. Recte: ostendunt id verba Galeni hunc locum illustrantia, de Semin. II, 7: ὁ Ἐμπεδοκλῆς διεσπᾶσθαί φησι τὰ τοῦ γεννηθησομένου μόρια, καὶ τὰ μὲν ἐν τῷ τοῦ ἄῤῥενος σπέρματι, τὰ δὲ ἐν τῷ τῆς θηλείας περιέχεσθαι. E quibus simul apparet, quid ad verba, ἐν ἀνδρὸς, ἐν γυναικὸς, supplendum sit. ἡ μὲν — ἡ δὲ refertur ad φύσις, cum proprie dici oportuisset τὰ μὲν — τὰ δὲ, intell. μέλη. Sensus est: Partus divisis cooritur membris, partim in viri, partim in mulieris semine contentis.

Alterum fragmentum ἐν δ' ἐχύθη κτλ. pertinet ad sexûs discrimen explicandum. Versus denuo abrupti et explicatu difficiles; Philoponi interpretatio parum juvat, quippe qui ipse Empedoclis verborum sensum ex Aristotelis tantum testimonio elicere studuit. Olim autem pro τὰ μὲν τελέθουσι legebatur τὰ δὲ τελέθ. quemadmodum Philoponus quoque legit, verba sic interpretans: ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι, i. e. τὸ δὲ ἄῤῥεν χέεται ἤτοι συνίσταται ὑπὸ καθαρωτέρων καὶ θερμοτέρων αἵματων· τὰ δὲ τελέθουσι γυναῖκες κτλ. i. e. τὰ δὲ τῶν αἱμάτων τελέθουσι καὶ γίγνονται γυναῖκες, ψυχθέντα. Explicatio ista verborum ἐν δ' ἐχύθη quam torta et coacta sit, nemo non videat; si vero legitur τὰ μὲν, ut vulgavit Bekkerus, prorsus inconsentanea est. Verba ἐν δ' ἐχύθη καθ. habenda sunt pars antegressae sententiae; quae porro sequuntur, τὰ μὲν τ. γυναῖκες κτλ. priorem continent sententiae partem, cui quae responderet altera pars, ea ab Aristotele praetermissa est; intelligi potest, tale quid lectum fuisse: τὰ δὲ τελέθουσιν ἄνδρες, θερμοῦ ἀντιάσαντα. Censebat Empedocles, semen, in calidiorem uteri locum injectum, mares generare; in frigidiorem, feminas: vid. vs. 262. Illud autem ἐν δ' ἐχύθη καθαροῖσι, puto ad semen spectare in uterum infusum; καθαροῖσι intell. τόποις τῆς γαστρός, *in locos puros*, i. e. *vacuos* vel *virgineos*. Scaliger in mar-

gine annotavit: ἐν δ' ἐχύθη ταλάροισι, τὰ δὴ — Sturzius καθαροῖσι mutavit in θερμοῖσι.

Vs. 261. σχιστοὺς λιμένας 'Αφροδ.) Eandem metaphoram vidimus superius vs. 217. σχιστοὺς spectat, opinor, ad diversos uteri locos, hos maribus, illos feminis destinatos. Aliter accipit Valcken. ad Schol. in Phoen. l. l.

Vss. 262-264. ἐν γὰρ θερμοτέρῳ — μᾶλλον.) Galeni hos versus citantis verba haec sunt: τὸ μέν τοι ἄῤῥεν ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς μήτρας κυΐσκεσθαι, καὶ ἄλλοι τῶν παλαιοτάτων ἀνδρῶν εἰρήκασιν· . . . ὁ δ' Ἐμπεδοκλῆς οὕτως· ἐν γὰρ θερμοτέρῳ κτλ. Quibus ex verbis satis apparet, vulgatum γαίης in γαστρὸς mutari oportuisse, sicut jam Sturzius suspicabatur. — τὸ κατ' ἄῤῥενα (χωρίον), *locus maribus destinatus.*

μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἀνδρωδέστεροι.) μέλανες pari ratione qua eos, qui meridiem versus habitant, nigris oculis esse dixit; contra qui aquilonem versus, caesiis: de quo Aristoteles Problem. XIV, 14. ἄνδρες ἀνδρωδέστεροι (γυναικῶν), facete fortasse dictum, sed ad sensum parum apte, ut videtur; Empedoclem, qui significantibus epithetis res designare solet, potius scripsisse suspicor ἁδρομελέστεροι, *membris robustioribus*; ἁδροτὴς et ἀνδροτὴς saepius confusa in Homero.

Vs. 265. ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς κτλ.) Plutarchus Empedocleo hoc versu utitur ad Amicitiae vim declarandam: ἡ μὲν γὰρ (Φιλία) συνάγει καὶ συνίστησι καὶ συνέχει καταπυκνοῦσα ταῖς ὁμιλίαις καὶ φιλοφροσύναις, ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς — κατ' Ἐμπεδοκλέα. Eadem similitudine utitur Aristoteles de partûs formatione loquens, de Gener. Anim. IV, 4; p. 855 D E: τὸ δὲ σπέρμα τὸ τοῦ ἄῤῥενος . . . φαμὲν συνάγον καὶ δημιοῦργον τὴν ὕλην τὴν ἐν τῷ θήλει, . . καθάπερ ὁ ὀπὸς τὴν ὑγρότητα τοῦ γάλακτος. Simili quodam sensu ab Empedocle illud dictum puto, quamquam vario modo dici potuit. Ejusdem generis comparationes habemus vs. 208, 272 sq.

Vs. 266. πύον λευκὸν vocat *lac matris*; quod reprehendit Aristoteles, hunc versum citans: Ἐμπεδοκλῆς οὐκ ὀρθῶς ὑπελάμ-

βανεν ἢ οὐκ εὖ μετήνεγκε, ποιήσας ὡς τὸ γάλα »μηνὸς ἐν ὀγδ. . . λευκόν.» σαπρότης γὰρ καὶ πέψις ἐναντία· τὸ δὲ πύον σαπρότης ἐστί, τὸ δε γάλα, τῶν πεπεμμένων. Aristotelis verba amplificat Philopon. in h. l. f. 101 B. Empedoclem ambo ista πέψιν et σῆψιν pro eodem habuisse, jam superius vidimus ad vs. 247.

Vs. 267-274. Γνῶθ' ὅτι πάντων κτλ.) Omnes hi versus spectant ad αὔξησιν, et declarant qua ratione corpora increscant, alantur, minuantur. Eo pertinet, quod sint omnium rerum effluxiones (vs. 267), quibus aliud cum alio se communicet; tum quod similia appetant similia (268-271), et cognata cum cognatis optime misceantur (272-274). Argumentum conjunctum est iis, quae in antecedentibus de progenie et partu dicta sunt, quamobrem versus illos hîc collocandos duxi.

Vs. 267. γνῶθ' ὅτι πάντ. εἰσὶν ἀποῤῥοαὶ κτλ.) Plutarchus l. l. explicans, qua caussa fiat, ut polypus assiduo colorem mutet, Empedocleum hunc versum adhibet, eique haec addit: οὐ γὰρ ζώων μόνον οὐδὲ φυτῶν οὐδὲ γῆς καὶ θαλάττης, ἀλλὰ καὶ λίθων ἄπεισιν ἐνδελεχῶς πολλὰ ῥεύματα καὶ χάλκου καὶ σιδήρου· καὶ γὰρ φθείρεται πάντα καὶ ὄλωλε (vulgo ὄδωδε) τῷ ῥεῖν ἀεί τι καὶ φθείρεσθαι συνεχῶς. Haec Empedoclis sententiae prorsus respondent. Plutarchus autem propter orationis nexum dixit γνοὺς, quod mutavi in γνῶθ', et ἀποῤῥοαὶ scripsi pro ἀπόῤῥοιαι, ut recte monuere Wakefield in Lucret. III, 517, et Naekius in Choeril. p. 181.

Vs. 268 sq. ὡς γλυκὺ μὲν κτλ.) Hos versus citant Plutarchus et Macrobius de alimento et nutritione loquentes, quibus declaretur, singula sui similia ad se trahere. In Plutarcho versus vitiose leguntur, hoc modo:

ὡς γλυκὺ μὲν ἐπὶ γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν ὄρουσε,
ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ, δαλερὸν δαλεροῦ λαβέτω (Turn. λαβέτ' ὧδε).

In Macrobio reliqua sic ut edidi, extrema vero ita: θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ. Sed δαλερὸν (a δαλός, *titio*) vocabulum exquisitius praeferendum duxi vulgari θερμόν. Itaque metri gratia scribendum erat, δαλερὸν δαλερῷ δ' ἐποχεῦτο (pro ἐποχεύετο),

quemadmodum vs. 411 πορεῦται pro πορεύεται legitur; simili modo dici solet οἶμαι, λοῦμαι, σεῦται, στεῦται. Si audacius alicui id factum videbitur, legat vel ἐπόχευεν vel ἐποχεῖτο. — ὀξὺ h. l. *frigidum* significare videtur, ut oppositum θαλερῷ. sic χιὼν ὀξεῖα Pindar. Pyth. I, 20; *gelu acutum* Horat. Od. I, 9, 4.

Vs. 270 sq. πυρὶ δ' αὐξάνεται κτλ.) Aristoteles l. l. haec dicit: οὐδ' αὔξησις ἂν εἴη κατ' Ἐμπεδοκλέα, ἀλλ' ἢ κατὰ πρόςθεσιν· πυρὶ γὰρ αὔξει τὸ πῦρ »αὔξει δὲ χθὼν κτλ." Priora illa verba facili negotio in metrum redigi poterant. — Pro γένος recepi δέμας e cod. Vat. cf. supra vs. 73 et 334. Similiter Parmenides de elementis loquens vs. 114: ἀντία δ' ἐκρίναντο δέμας. cf. ibid. vs. 118. Lucretius L. II, vs. 1113: »Sua quoique, inquit,

Corpora distribuuntur et ad sua secla recedunt:
Humor ad humorem, terreno corpore terra
Crescit, et ignem ignes procudunt, aetheraque aether.

quae ex Empedocleis versibus expressa.

Vs. 272 sq. Ὕδωρ οἴνῳ κτλ.) Exemplo hoc usus est Empedocles, ut ostenderet, quomodo in concubitu semen utriusque sexûs alias concordare, alias discordare soleat; modo fetum generet, modo sterile maneat: unde et mulorum sterilitatem explicuit. Intelligitur hoc e duobus Aristotelis locis, ubi illud dictum tangit; de Gener. Animal. I, 18. p. 805 D: οὐ γὰρ δὴ οὐδὲ τοῦτο ἐνδέχεται λέγειν, ὡς (τὸ σπέρμα) τῇ κατακεράσει αὐξάνεται ὕστερον. ὥσπερ οἶνος ὕδατος προσεγχυθέντος. Cf. ibidem II, 8. p. 830 E; Theophrast. de Sensu, c. 12, p. 651 Schneid. Sed accuratius de his agemus in dissert. Philoponus autem in Commentario ad h. l. versum Empedoclis memorans, pro ἐνάρθμιον habet ἐναρίθμιον, quod correxi: nam ἐναρίθμιον nec metro nec sensui conveniens est; aptissimum contra ἐνάρθμιον. Eodem sensu vs. 326 dicitur:

ἄρθμια μὲν γὰρ πάντα ἑαυτῶν· αὐτὰ μέλεσσιν.

Atque vocabula ἀρθμὸς et ἀριθμὸς non semel confusa: vid. Jacobs. Animadv. in Eurip. p. 220 sq. — οὐκ ἐθέλει, nempe συμμίγ-

νυσθαι. Similiter Plato Soph. p. 252 E: καὶ μὴν ἕν γέ τι τούτων ἀναγκαῖον, ἢ πάντα ἢ μηδὲν ἢ τὰ μὲν ἐθέλειν, τὰ δὲ μὴ συμμίγνυσθαι. Verbum ἐθέλειν de rebus inanimatis positum illustrat praeter alios Stallbaum in Platon. Phaedon. p. 102 D, et de Rep. II, p. 307 B.

Vs. 274. βύσσῳ δὲ γλαυκῇ κτλ.) Etiam hoc exemplo declaratur, alia aliis congruentia esse, ut Plutarchus l. l. dicit: ἄλλα γὰρ ἄλλοις οἰκεῖα καὶ πρόσφορα, καθάπερ τῆς μὲν πορφύρας ὁ κύαμος, τῆς δὲ κόκκου τὸ, νίτρον δοκεῖ τὴν βαφὴν ἄγειν μεμιγμένον· »βύσσῳ δὲ γλαυκῆς κρόκου καταμίσγεται", ὥς Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε. Ita apud illum Empedoclis versus legitur, abrupte et vitiose: nam κρόκου non convenit metro; γλαυκῆς κρόκου plane absonum. Pro hoc legendum esse κόκκου, e praecedentibus Plutarchi verbis non temere efficias; illud autem in γλαυκῇ (scil. βύσσῳ) mutandum, probabiliter censuit Sturzius, qui item in fine addidit ἄνθος, quod de colore satis frequens. Videtur Empedocles hoc dicere: »byssum, postquam nitro imbuta sit, facile recipere et servare coccineum colorem, quoniam ambo, coccus et nitrum, facile commisceantur." Nitrum ad purpuram et omnes tincturas adhibitum esse, notum. Xylander vero versum sic emendare tentavit:

βύσσῳ δὲ γλαύκοιο κρόκου καταμίσγεται αἶθος.

In his αἶθος non inelegans de *colore flammeo.* Sturzius ita edidit:

βύσσῳ δὲ γλαυκῇ τὸ κρόκου καταμίσγεται ἄνθος.

Idem vero in Addendis hanc proponit conjecturam:

βύσσῳ δὲ γλαυκῇ κόχλου καταμίσγεται αἷμα.

κόχλου αἷμα, i. e. *purpura.* Edidi quod mihi maxime placebat, etsi difficile est in talibus certum quid statuere.

Vs. 275-299. Ὧδε δ' ἀναπνεῖ πάντα κτλ.) Declaratur his versibus Empedoclis sententia de respiratione. Aristoteles eos commemorans, animadvertit, illum non distincte indicare, utrum de o r i s an de n a r i u m respiratione loquatur; accipit tamen potissimum de n a r i b u s, ut indicant ejus verba

his versibus praeposita: Ἐμπεδοκλῆς . . . περὶ τῆς διὰ τῶν μυκτήρων ἀναπνοῆς λέγων, οἴεται περὶ τῆς κυρίας λέγειν ἀναπνοῆς. τὴν κυρίαν dicit eam quae fit per arteriam. In sequentibus tamen dubitantius loquitur. Interpretes vero tam antiqui quam seriores vulgo de naribus intelligunt, inducti praesertim voce ῥινῶν (vs. 278), quam *nasum* interpretantur. Parum recte, ut mox ostendam. Empedocles hîc non loquitur de respiratione quae aliquâ corporis parte, per os vel nares, fiat, sed de eâ quae fit toto corpore per poros; describit universe respirandi modum: hic autem modus qua ratione ad singulos sensus referendus sit, non explicat, sed tacite intelligendum relinquit. Ceterum priusquam ipsius verba interpretemur, non alienum puto, summam ejus sententiae, sicut ab Aristotele et Plutarcho traditur, hîc referre. Aristoteles l. l. sic explicat: γίνεσθαι δέ φησι τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν διὰ τὸ φλέβας εἶναί τινας, ἐν αἷς ἔνεστι μὲν αἷμα, οὐ μέντοι πλήρεις εἰσὶν αἵματος, ἔχουσι δὲ πόρους εἰς τὸν ἔξω ἀέρα, τῶν μὲν τοῦ σώματος (αἵματος?) μορίων ἐλάττους, τῶν δὲ τοῦ ἀέρος μείζους· διὸ, τοῦ αἵματος πεφυκότος κινεῖσθαι ἄνω καὶ κάτω, κάτω μὲν φερομένου, εἰςρεῖν τὸν ἀέρα καὶ γίνεσθαι ἀναπνοήν· ἄνω δ' ἰόντος, ἐκπίπτειν θύραζε καὶ γίνεσθαι τὴν ἐκπνοήν, παρεικάζων τὸ συμβαῖνον ταῖς κλεψύδραις. Plutarchus Plac. phil. IV, 22, ex Empedoclis sententia respirationem sic fieri tradit: φερομένου τοῦ αἵματος ὡς πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν καὶ τὸ ἀερῶδες διὰ τῶν ῥινῶν ταῖς ἑαυτοῦ ἐπιῤῥοίαις ἀναθλίβοντος, καὶ (delendum hoc vel in κατὰ mutandum) τὴν ἐκχώρησιν αὐτοῦ (τοῦ ἀέρος) γίνεσθαι τὴν ἐκπνοήν· παλινδρομοῦντος δὲ (τοῦ αἵματος), καὶ τοῦ ἀέρος ἀντεπεισαχθέντος εἰς τὰ διὰ τοῦ αἵματος ἀραιώματα, τὴν εἰσπνοήν. ὑπομιμνήσκει δὲ αὐτὸ (potius τὸ) ἐπὶ τῆς κλεψύδρας. Hactenus illi; jam ad ipsum Empedoclem veniamus.

Vs. 275 sq. Ὧδε δ' ἀναπνεῖ — τέτανται.) ἀναπνεῖ καὶ ἐκπνεῖ, ἀναπνοή καὶ ἐκπνοή, ambo propria sunt vocabula, quae vulgo uno nomine ἀναπνοή appellari solent: cf. Plato Tim. p. 78 E.

σύριγγες, *fistulae* sive *tubuli* in summo corpore, eodem vo-

cabulo nominatae ab Aristot. de Respir. c. 15, ubi de pulmone dicit: *αἴτιον τοῦ μὲν ἀναπνεῖν ὁ πνεύμων σομφὸς ὢν καὶ συρίγγων πλήρης.* Hoc loco Aristoteles, ut modo vidimus, interpretatur *φλέβας τινας*; sunt sane illae venis contiguae, exsangues tamen (*λίφαιμοι*), aut saltem, ut Aristoteles dicit, non plenae sanguinis. — *τέτανται*, proprie, *in directum tentae sunt.*

Vss. 277-279. *καί σφιν ἐπὶ στομίοις πυκναῖς κτλ.*) Ita ed. Bekker. Antea vulgo legebatur *ἐπιστομίοις πυκνοῖς* (scil. *ἄλοξι*), quod per generis enallagen accipiendum erat pro *ἐπιστομίαις πυκναῖς*, quod posterius quoque exhibent nonnulli codices. Sed alii rectius *ἐπὶ στομίοις*, quemadmodum e conjectura jam scripserat Sturzius; et *πυκναῖς* praeferendum, ne exsistat ambiguitas. Deinde pro *τέρθρα* plures libri vitiose *τέθρα*, pro *φόνον* plerique *φανόν*, quae menda dudum abstersit Stephanus. Jam verba sic jungantur: *καὶ ἐπὶ τοῖς στομίοις σφιν* (*τῶν συρίγγων*) *τὰ ἔσχατα ῥινῶν τέρθρα τέτρηνται διαμπερὲς πυκναῖς ἄλοξι.* quae verba, si *ῥινῶν τέρθρα* interpretere *cutis summitates* s. *superficiem* (a nom. *ῥινός, ῥινοί*), nihil habent difficultatis et hunc praebent sensum: »cutis superficies, expansa super fistularum illarum ostiis, crebris poris perforata est." Sed, ut modo dixi, plerique *ῥινῶν* duxerunt a nom. *ῥίν, ῥῖνες*, *nares*, vel quia hoc usitatius, vel quia, in respiratione describenda, ut oris ita narium praesertim mentio fieri solet, velut in Platon. Tim. p. 79 E; Tim. Locr. p. 560 Gal. Quonam sensu Aristoteles voc. *ῥινῶν* acceperit, non plane liquet: nam etsi Empedoclis dicta ad narium praesertim respirationem refert, id tamen e sententia potius quam ex ipso hoc vocabulo effecisse videtur. Plutarchus item de naribus loquitur. Ex Aristotelis interpretibus Michaël Ephes. Comment. in Aristot. de Respir. (edit. cum Simplic. de Anim. ap. Ald.) f. 167 B et 168, haec verba sic explicat: *λέγει οὖν σύριγγας καὶ ἄλοκας τὰς φλέβας. ἔσχατα τέθρα* (*τέρθρα*) *περιφραστικῶς αὐτὰ τὰ τῶν ῥινῶν ἔσχατα· ἔστι δὲ τὸ τέθρον εἶδος σχοινίου· ὥστε, ἐπεὶ καὶ τὸ ἔσχατον τῆς ῥινὸς σχοινιόν ἐστι, τροπικῶς ἐκάλεσε τὰ τῶν ῥινῶν ἔσχατα τέθρα, κτλ. τὸ δὲ πᾶν τῶν ἐπῶν*

τοιοῦτον· ἐν πᾶσι τοῖς ἀναπνέουσι κατὰ . . . τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σαρκός εἰσι [γὰρ] φλέβες, οὐ πλήρεις αἵματος· . . . ὧν ἀλόκων καὶ φλεβῶν πρὸς τὰ πυκνὰ καὶ στενὰ στόματα . . . ἐπικεῖνται διαμπερὲς τὰ ἔσχατα τῶν ῥινῶν τέθρα κτλ. Potiora tantum excerpsi; nam tota ista interpretatio crassioris est fili; quod autem ῥινῶν τέρθρα tropice intelligit, nasum cum fune (σχοινίῳ) comparans, quia uterque, credo, ad se attrahit, argutius sane quam verius. Ceteri interpretes verba varie torquent. Vatablius ea sic vertit latine:

Nam partim exsangues ad corporis ultima venae
Tendunt, *quarum extrema cavâ sub nare fatiscunt*
Oscillis. —

Parum subtiliter. Leonicus ita:

Cunctis sanguine cassae
Venae extenduntur summum per corpus, et *arctis*
Sunt adeo sulcis crebroque foramine fissae
Extremae nares, ut clarum impune cruorem
Compescant.

Hic parum attendit sententiae nexum et verba καί σφιν ἐπὶ στομίοις omisit. Idem dicendum de Scaligeri interpretatione, quae talis est:

Habentur in omni
Corpore venarum salientes sanguine cassi.
Scilicet hinc caecis crebro terebrantur anhela
Callibus intercepta foramina narium —

Cunctas has interpretationes parum satisfacere apparet. Unica causa est istud ῥινῶν, quo si *nares* significentur, omnis sensus turbatur. Nam primum illa ῥινῶν τέρθρα adhaerent oscillis fistularum (στομίοις συρίγγων), per extremum corpus (πύματον κατὰ σῶμα) patentium; ergo etiam ipsa τέρθρα per omne corpus patere debeant, quod de naribus sane dici nequit. Tum τέρθρα illa terebrata sunt foraminibus crebris (πυκναῖς ἄλοξι), quod non potest de narium meatibus accipi, sed de poris; quibus non solum nasus, sed totum corpus obsitum. Denique ῥινῶν

ἔσχατα τέρθρα pro *naribus* dictum, inepta foret circumlocutio, aptissime contra de *extrema corporis superficie* dicitur. Tentavi, num verba hoc modo jungi possent: καί σφιν (ταῖς σύριγξι) ἔσχατα τέρθρα ἐπὶ στομίοις τέτρηνται πυκναῖς ἄλοξι ῥινῶν. Hoc voluisse videtur Vatablius, item Casaubonus et Sturzius, qui comma posuere post ῥινῶν. Sed re perpensâ, eaedem difficultates manent, et verborum constructio fit durior. Quocirca non dubium videtur, quin ῥινῶν τέρθρα hîc de *cute* accipiendum sit, in qua explicatione mecum consentire video Lommatschium, qui germanice interpretatur *letzter Rand des Gehäutes*, p. 293. Neque vero, quamvis contra dicant viri docti, quidquam obstat, quominus ῥινῶν pro singulari ῥινοῦ accipiatur, quum reliqui casus, ῥινοὶ, ῥινοῖς, ῥινοὺς, saepius pro singulari usurpentur. Ergo hoc exemplo licebit etiam in Homerico versu multum disceptato, Il. τ, 39: ἀμβροσίην καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν στάξε κατὰ ῥ ι ν ῶ ν, interpretari hoc κατὰ ῥινοῦ.

Vs. 280-282. ἔνθεν ἔπειθ' — πάλιν ἐκπνεῖ.) ἀπαΐξῃ e codd. nonnullis edidit Bekker. pro vulg. ἐπαΐξῃ, recte: est enim oppositum sequenti ἀναθρώσκῃ. καταγίσσεται scripsi pro vulg. καταβήσεται; quidam codices habent καταΐσσεται, quod recepissem, nisi obstaret metrum; futuro autem -βήσεται hîc non erat locus: similiter in sqq. quoque versibus ubique praesens ponitur: ut vs. 282, ἐκπνεῖ. 286, ἐσέρχεται. 295, κατέρχεται. Porro vs. 282 vulgo, etiam in Bekker. edit. legitur εὖτε δ' ἀναθρώσκει, quod mutavi in ἀναθρώσκῃ, quemadmodum vs. 299 ipsi codd. monstrant; pariter vs. 285 legitur εὖτε . . . βάπτῃσι, unde etiam vs. 290 cum Steph. Scal. Casaub. edidi ἔχῃ, pro quo Bekker. ἔχει. Non enim probabile est, scriptorem in talibus tam inconstantem fuisse, praesertim cum subjunctivus sensui sit convenientior.

τέρεν αἷμα, ut vs. 285, ὕδατος τέρεν δέμας; pari sensu vs. 105, αἰθέρος ἤπιον ὕψος. τέρεν δάκρυ Homer. Il. γ, 142 et alibi; significat *molle, liquidum, tenue.* Eodem sensu *tenuis pluvia, tenue coelum*, Virgilius. — παφλάζων, οἴδματι μάργῳ,

verba grandiora, a mari et fluctibus desumta; similia sunt vs. 290, βένθεα χαλκοῦ. 298, οἴδματι θῦον. 309, ὕδατος βένθος. 315, αἵματος πελάγεσσι.

Vs. 282 sqq. ὥσπερ ὅταν παῖς κλεψύδρης κτλ.) Reciproca aëris et sanguinis motio declaratur similitudine clepsydrae, qua puella ludit. Clepsydrae imaginem alii quoque veterum ad res naturales declarandas adhibuerunt, ut Anaximenes et Anaxagoras, apud Aristotelem Phys. IV, 6, p. 285 D, et de Coel. II, 13, p. 364 G. Ejus figura qualis fuerit, ex his versibus satis perspici potest: vas aeneum, collo augusto, quod vel claudi vel reserari posset, fundo latiore, multis et parvulis foraminibus terebrato. Ergo si, clauso orificio, clepsydra aëre repleta in aquam mergatur, aqua per fundi foramina non intrabit, neque vicissim, si aquâ repleta sit, influet aër, quippe quum alterum excludat alterum; contra vero, si, reserato orificio, alterutrum, vel aqua vel aër, emittatur, statim alterum per fundi foramina succedet. Clepsydras has etiam ἅρπαγας vel ὑδράρπαγας vocatas esse discimus e Simplicio in Phys. l. l. f. 151 B, cujus verba his plane apposita sunt: τὰς κλεψύδρας ἐπιδεικνύντες, τουτέστι τοὺς ἅρπαγας, ὅταν μὲν ἔχωσιν ἀέρα, μὴ δεχομένας ὕδωρ, ἐκμυζηθέντος δὲ αὐτοῦ (τοῦ ἀέρος), εὐθέως ἁρπάζουσι τὸ ὕδωρ, καὶ οὐ πρότερον ἀφιᾶσι, πρὶν τὸν ἐπιπωματίζοντα τὴν ὀπὴν δάκτυλον ἀφελών τις, τῷ ἐξιόντι ὕδατι ἀνάλογον εἰσελθεῖν ἀέρα συγχωρήσει. Eadem latius dicit de Coel. II, f. 127 B, Ald. cf. schol. Aristot. Brandis. p. 506, b. Praeterea de clepsydra laudantur a Sturzio Hero Alex. Pneumat. in Vett. Mathem. opp. Par. 1693 fol. p. 145; Petavius in Synes. Dion. p. 21. Similitudo autem solum posita est in puellae lusu, ut ipse indicat, ὥσπερ ὅταν παῖς κλεψύδρης παίζουσα, sive in reciproco aëris et aquae fluxu, qui cum reciprocâ sanguinis et aëris motione comparatur. Ostendunt hoc vss. 296-299.

Vs. 283. κλεψύδρης παίζ. διιπετέος κτλ.) In textu pro κλεψύδρης incuriâ exaratum est κλεψύδρῃ, quod lector corrigat. Priores autem edd. vulgarunt ita: κλεψύδραις παίζουσα δι' εὐ-

πετέος χαλκοῖο, κτλ. Bekkerus legit: ὥσπερ ὅταν παῖς κλεψύδρην παίζῃσι δι' εὐπετέος χαλκοῖο· εὖτε μὲν κτλ. Parum recte, meo judicio. Codices quidem partim κλεψύδραις, partim κλεψύδρην; sed κλεψύδρην παίζειν tum dici posset, si clepsydra esset usitatum ludi genus, sicut dicitur παίζειν σφαῖραν, et latine, *aleam ludere*, non vero ludere *ensem*, *follem*, sed *ense*, *folle*; κλεψύδρην ortum facile e κλεψύδρης, siquidem ν et ις saepius confusa sunt, ut πᾶν et παῖς, aliaque ejusmodi, teste Bastio, Comment. Palaeogr. p. 726; adde quod Aristoteles et hoc loco et locis modo indicatis κλεψύδραις plurali numero dicit, quemadmodum vs. 304, λαμπτῆρας. Deinde δι' εὐπετέος χαλκοῖο manifesto vitiatum; quid enim hîc vult praepositio διά? κλεψύδρη διὰ χαλκοῦ pro ἐκ χαλκοῦ non est Graecum. Sturzius mutaverat in διευπετέος, novum vocabulum; sed optime codices exhibent, id quod conjecerat Bergkius, διιπετέος, unde δι' εὐπετέος manifesto depravatum est, quoniam a nonnullis olim pro διιπετὴς scribebatur διειπετὴς, etsi perperam: vid. Hesychius h. v. διιπέτης autem proprie est fluminis epitheton, inde ad aes translatum (quemadmodum vicissim ἀργυρέος et *argenteus* in aquam transferri solent, uti vs. 285.) significat λαμπρός, καθαρός. Porro pro παίζουσα Bekkerus παίζῃσι (παίζῃ) e duobus codicibus, ceteri παίζουσα, duo ambigue παίζουσι. Lectio παίζῃσι per se quidem bona est, etsi post illud verbum puncti loco, quod Bekk. habet, potius comma ponendum esset, ita: ὥσπερ ὅταν παῖς κλεψ. παίζῃσι διιπ. χαλκοῖο, εὖτε μὲν κτλ. Similis plane est verborum constructio in Xenophont. Hieron. II, 10: ἐὰν δὲ δὴ καὶ ἄλλοι στρατεύωσιν εἰς τὴν πόλιν κρείττονες, ἐὰν ἔξω τοῦ τείχους τύχωσιν ὄντες . . . ἀλλ' ἐπειδάν γε εἴσω τοῦ ἐρύματος ἔλθωσιν κτλ. in quibus similiter repetita est conjunctio. Sed tamen altera lectio παίζουσα, in plerorumque codd. consensu, non relinquenda: est anacoluthon minime ingratum. Scriptor sic incipit: ὥσπερ ὅταν παῖς κλεψύδρῃς παίζουσα, quasi continuaturus: εἰς ὕδωρ βάπτῃσι κτλ. sed cum istud παίζειν in duplici actione positum sit, qua modo

clauditur, modo reseratur clepsydrae ostium, quasi dicta reprehendens subdit: εὖτε μὲν αὐλοῦ πορθμὸν κτλ. His oppositum est εἰσόκ' ἀποστεγάσῃ, immutatâ rursus oratione, pro εὖτε δ' ἀποστεγάσῃ κτλ. Simile fere anacoluthon est in Platon. Phaedr. p. 249 D: ἣν ὅταν τὸ τῇδέ τις ὁρῶν κάλλος . . . ἀμελῶν κτλ. ubi cf. Stallbaum.

Vs. 284 sq. πορθμὸν ἐπ' εὐειδεῖ χερὶ θεῖσα, inversa structura pro χέρα ἐπὶ πορθμῷ. — ὕδατος τέρεν δέμας, ut supra vs. 73: αἴης λάσιον δέμας.

Vs. 286. οὐδέ τ' ἐς ἄγγοςδ' ὄμβρος.) Sic edidi codd. secutus auctoritatem, quorum plerique οὐδετ' et ἄγγοςδ', pauci οὐδ' ὅτ' vel οὐδ' ὅτι, unde Bekker. fecit οὐδ' ὅγ' ἐς ἄγγοσδ' ὄμβρος. Antea vulg. erat: οὐδέ γ' ἐς ἄγγος ἔτ' ὄμβρος. — οὐδέ τε in apodosi collocatum non est quod offendat: cf. Il. β, 210; pari modo ἀλλά τε, Il. τ, 164. — ἐς ἄγγοςδ', similiter ut εἰς ἅλαδε, Odyss. κ, 351.

Vs. 288 sq. ἀποστεγάσῃ·) ἀποστεγάζειν duplicem significationem habet: *ab aditu prohibere* s. *arcere*, et *aditum alicui aperire*. Posterior significatio h. l. unice congrua est, quemadmodum accepit quoque Scaliger, latine reddens: *ostia dum fluxûs reseret manus.*

αἴσιμον. Variant codices: alii αὔξιμον, alii αἴσιμον. Illud recepit Bekkerus, hoc habent edd. veteres, quod aptius mihi visum: namque ut dicitur ὕδατος αἶσα de certa aquae quantitate (cf. ad vs. 252.), sic αἴσιμον ὕδωρ dici potest certa aquae portio, quantam vas capiat, sive, ut Simplicius modo citatus p. 248 dicit, τὸ ἀνάλογον ὕδωρ.

Vss. 290-292. ὄθ' ὕδωρ μὲν ἔχῃ — ἐρύκει.) Priores edd. ἔχῃ, Bekkerus ἔχει, sine ulla var. lect. Cf quae dixi ad vs. 280-282. Porro κάτα scripsi pro κατά, jungendum est enim verbo ἔχῃ. βροτέῳ χροῒ, pro hoc unus cod. βροτέῳ χερὶ, glossema petitum e vs. 284. Jam verba illa, ὄθ' ὕδωρ μὲν ἔχῃ — πόροιο, protasin continent; quae sequuntur, αἰθὴρ ἐκτὸς . . . ἐρύκει κτλ. apodosin. Vulgo autem legebatur αἰθὴρ δ' ἐκτός, sed particula

δ' necessario delenda videbatur, illata, opinor, ab aliquo, qui putaret istud αἰθὴρ δὲ — oppositum sive annexum esse praecedenti ὕδωρ μὲν —

Praeterea in hac sententia, αἰθὴρ ἐκτὸς . . . πνεύμ. ἐμπίπτ. ὑπεκθέει αἴσ. ὕδωρ, animadvertenda est verborum inversio, quum stricte ita dici oportuisset: ὅθ' ὕδωρ μὲν ἔχῃ κ. βένθεα χ., αἰθέρα ἐκτὸς ἔσω λελιημένον ὄμβρος ἐρύκει. — τότε δ' αὖ πάλιν, . . . ὕδατος ὑπεκθέοντος, ἐμπίπτει πνεῦμα. Ita demum haec sententia responderet antecedenti cui opposita est: ἀλλά μιν (τὸν ὄμβρον) εἴργει ἀέρος ὄγκος ἔσωθε πεσών —— αὐτὰρ ἔπειτα, πνεύματος ἐλλείπ. ἐσέρχεται αἴσ. ὕδωρ. Caeterum haec inversio eo facilius ferenda, quum nihil obsit perspicuitati. ἐκτὸς ἔσω λελιημένος respondet antecedenti ἔσωθε πεσών. — λιάζεσθαι simili sensu vs. 39.

Vs. 293. ἀμφὶ πύλας ἰσθμοῖο δυσηχέος.) πύλαι ἰσθμοῖο ambigas utrum significet fundum vasis, foraminibus terebratum, quem vs. 287 τρήματα πυκνὰ vocat, an clepsydrae collum, αὐλοῦ πορθμὸν, ut modo dixit. Prior significatio sensui magis accommodata videatur: nam clauso clepsydrae ostio, aër fundi foramina obsidens urget et cohibet aquam. Ideo Sturzius pro ἰσθμοῖο leg. conjecit ἠθμοῖο, quod signif. *colum*, per quod humor percolatur; ambo vocabula confusa sunt in Xenoph. Memor. I, 4, 6. Sed altera etiam significatio non incommoda est, si ita interpretere, ut facit Scaliger:

. . laticem oppilans extrinsecus aura *coërcet*
Angustum subigens ad iter faucesque sonoras.

Haec certe interpretatio magis convenit cum vocabulo ἰσθμός, i. e. εἴσοδος ὕδατος στενή, quemadmodum Hesychius explicat vocabulum εἰσθμός, quod illi geminum est. Etiam adj. δυσηχὴς magis appositum vasis collo angusto, unde aqua cum sonitu effluit, quam fundo.

Vs. 296 sqq. διὰ γυίων) Plerique codd. δι' ἀγυιῶν; pauci a Bekkero collati, διὰ γυίων, γύων, γυῶν; veram lectionem jam restituit Stephan. — ὅππονε . . ἐπαΐξειε, optativus metri gratia

positus pro subjunctivo, quem supra habet vs. 280: ὅποταν μὲν ἀπαΐξῃ. Per sensum licet, ut ostendi ad Parmen. vs. 10; neque ideo tamen necesse est, ut etiam vs. 299, ἀναθρώσκοι legatur pro ἀναθρώσκῃ.

θάτερον εὐθὺς ῥεῦμα.) θάτερον priores editiones; codd. plerique ἕτερον, quod eodem redit; pauci vero αἰθέρος, quod recepit Bekkerus: utrumque ad sensum aeque rectum; si vero quaeratur, utrum horum glossemati similius, magis probabile a grammaticis θάτερον in αἰθέρος mutatum fuisse quam contra, quippe qui moleste ferrent, primam in θάτερον praeter consuetudinem produci, quod tamen saepius facit Empedocles, ut vss. 82, 212. — οἴδματι θῦον, Homerice, ut Il. φ, 234. Unus cod. οἶδμα τιταῖνον. — ἀναθρώσκῃ ed. Bekkerus; plerique codd. et edd. ἀναθρώσκει; pauci ἀναθρώσκοι vel -θρώσκῃ. cf. not. ad vs. 280-282.

Vs. 300. τέρματα κτλ.) Pertinet hic versus ad canum venaticorum odoratum. Plutarchus uno loco (de Curios.) haec dicit: οἱ κυνηγοὶ τοὺς σκύλακας . . . . ἀνακρούουσι, καθαρὸν αὐτῶν καὶ ἄκρατον φυλάττοντες τὸ αἰσθητήριον ἐπὶ τὸ οἰκεῖον ἔργον, ἵνα εὐτονώτερον ἐμφύηται τοῖς ἴχνεσι, »τέρματα θ. μέλεων μ. ἐρευνῶν." Sic ibi versus ille, non addito auctoris nomine, exhibetur, excepto quod pro θηρείων vitiose θηρίων, emendatum a Reiskio. Altero loco (Qu. Nat.) haec dicit: αἱ κύνες, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, »κέμματα θηρείων μέλεων μ. ἐρευνῶσαι," τὰς ἀποῤῥοίας ἀναλαμβάνουσιν, ἃς ἐναπολείπει τὰ θηρία τῇ ὕλῃ. Istud ἐρευνῶσαι, a Plutarcho immutatum est ob verborum nexum; discrepantia est in verbis τέρματα et κέμματα, quorum illud tenuit Sturzius, τέρματα μελέων interpretatus *extremitates membrorum*, i. e. *pedes*, deinde *pedum vestigia;* fatendum tamen hanc significationem coactam esse et longius petitam. Schneiderus Lex. Gr. praefert κέμματα, *cubilia* interpretans, quasi derivatum a κέω, κεῖμαι; sed vocabulum istud inauditum recipere non ausus sum, quum ne libri quidem in eo consentiant, qui varie exhibent: κείματα, κλέμματα, στέμματα. Buttmann. Comment. Soc. Lips. Vol. IV, conj. κέρματα μέλεων, quo significari vult

effluentes corporum particulas, *ἀποῤῥοίας*; has vero canis haurit quidem naribus, non vero indagat (*ἐρευνᾷ*). Correxi igitur *τέρματα λέχεων*, *cubilium extrema, ultimi ferarum recessus*, eo promptius, quum et infra ambo ista vocabula confusa sint, vs. 381, ubi *ὀρειλεχὴς* depravatum in *ὀρειμελής*. In latina versione vulgatae lectionis (*τέρματα μέλεων*) interpretatio *vestigia pedum* incuriâ relicta est, quod corrigat lector. Explicuit h. l. Empedocles, quomodo canis ferarum cubilia naribus indaget: nempe, ut Plutarchus addit, *τὰς ἀποῤῥοίας ἀναλαμβάνων, ἃς ἐναπολείπει τὰ θηρία τῇ ὕλῃ.*

Vs. 301. *Ὧδε μὲν οὖν κτλ.*) Theophrastus hunc versum afferens Empedoclem reprehendit, quod respirationem et olfactum ad eandem caussam refert: *ὁ δὲ, ὡς ταύτης (ταὐτῆς?) οὔσης τῆς αἰτίας, καὶ ἐπὶ τέλει πάλιν εἴρηκεν ὥσπερ ἐπισημαινόμενος, »ὧδε μὲν οὖν κτλ."* — *ὀσμῶν* plurali numero dicit etiam Plato Tim. p. 66 D.

Vss. 302-310. *Ὡς δ' ὅτε τις.*) Exponitur his versibus Empedoclis sententia de visu. Sensus hic est: In oculi pupilla ignis latet, lanternae instar tunicis tectus, quae circumfluentem humorem ab eo defendant; flamma autem foras emicans res visui objectas collustrat. — Praeterea autem censuit, effluentes e rebus particulas (*ἀποῤῥοίας*) quasi in oculos illabi, eoque fieri ut res cernantur; quod docet praeter alios Aristoteles l. l. dicens: *Ἐμπεδοκλῆς δ' ἔοικε νομίζοντι, ὅτε μὲν ἐξιόντος τοῦ φωτὸς . . . βλέπειν· λέγει γοῦν οὕτως· »ὡς δ' ὅτε τις πρόοδον νοέων κτλ." . . . ὁτὲ δὲ ταῖς ἀποῤῥοίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ὁρωμένων.* Cum Empedocle comparanda Platonis sententia in Timaeo p. 45 et 67.

His apponam Alexandri Aphrod. interpretationem in Comment. in Aristot. de Sens. p. 97 A (ed. cum Simplic. de Anim. Venet.): *ἀπεικάζει γὰρ διὰ τῶν ἐπῶν τὸ ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῆς ὄψεως φῶς τῷ διὰ τῶν λυχνείων φώτων· ὡς γὰρ ὁδοιπορεῖν τῆς νυκτὸς μέλλων λύχνον παρασκευασάμενος ἐντίθησι λαμπτῆρα (-ρι?)· ὁ γὰρ λαμπτὴρ τὰ μὲν ἔξωθεν πνεύματα ἀπείργει τε καὶ κωλύει, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ λεπτότατον ὡς τὸ ἔξω δίεισιν, ὅπερ ἐστὶ φῶς·*

οὕτω, φησὶν, ἐν ταῖς μήνιγξι καθειργόμενον τὸ πῦρ ὑπὸ λεπτῶν ὑμένων περιέχεται, οἳ τὰ μὲν ἔξωθεν προσπίπτοντα λυμαντικὰ τοῦ πυρὸς ἀπείργουσι καὶ οὐκ ἐῶσιν ἐνοχλεῖν τῇ κόρῃ, τὸ δὲ λεπτότατον τοῦ πυρὸς ὡς τὸ ἔξω δίεισιν· ἀμουργοὺς δὲ λέγοι ἂν τοὺς λαμπτῆρας τοὺς ἀπερκτικοὺς (vulg. παρεκτικοὺς) ἀπὸ τοῦ ἀπερύκειν τὰ πνεύματα καὶ σκέπειν τὸ περιεχόμενον ὑπ' αὐτῶν πῦρ· ἢ ἀμουργεῖς τοὺς πυκνοὺς, διὰ πυκνότητα ἀπερυκόντας τὰ πνεύματα. ταναὸν δὲ πῦρ τὸ διὰ λεπτότητα τεινόμενόν τε καὶ διεκπίπτειν διὰ τῶν πυκνῶν δυνάμενον. κατὰ βηλὸν δὲ τὸν οὐρανόν· Ὅμηρος· (Il. ο, 23.)

ῥίπτεσκε τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ, ὄφρ' ἂν ἵκηται
γῆν ὀλιγηπελέων

λεπτ. δὲ ὀθόνῃσι ἐχεύατο κύκλ. κούρην, πρὸς τὸ ὄνομα τῆς κόρης χρησάμενος ποιητικῶς ταῖς ὀθόναις ἀντὶ τῶν ὑμένων. Hactenus graecus interpres.

Vs. 303. σέλας πυρὸς αἰθομένοιο, Homerice: vid. Il. θ, 563; τ, 375.

Vs. 304. παντοίων — ἀμουργούς.) Ed. Cas. ἀμοργούς, ut quidam codices; plerique vero ἀμουργούς, ut ediderunt Sturz. et Bekker. Alexander Aphrod. dupliciter ἀμουργοὺς et ἀμουργεῖς, quod etiam velle videtur codex quidam Aristot. qui exhibet ἀμουργοῦς. Illud habent quoque Suidas et Phavorinus hunc locum spectantes: ἀμουργοί, λαμπτῆρες. Vocabulum insuetum. Schneider. in Ecll. Phys. p. 185 sq. voc. ἀμοργὸς comparat cum μολγός, μοργός, et latino *bulga*, atque λαμπτ. ἀμοργοὺς idem significare putat quod μολγινούς, *folliculis obvolutos*. Atqui hoc sensu non potest addi genitivus παντοίων ἀνέμων. Schneiderus quidem ultima haec verba corrupta putat, sed nulla ratione. E sensu satis effici potest, ἀνέμων ἀμουργοὺς significare ἀνεμοσκεπεῖς, *arcentes ventos*, sicut secundum Alexandrum Aphrodis. accepit quoque Sturzius, qui ducit ab εἴργειν, quod tamen minus probabile; potius ducendum ab ἀμόργω, ἀμέργω, ὀμόργνυμι, *detergeo*. Hesychius: ἀμοργέαι (corr. ἀμόρξαι), ἀποψῆσαι ἢ ὀμόρξαι. Sic et latinus poëta *detergere nubila coelo* dixit pro *depellere*. Scali-

ger in margine annotavit conj. λαμπτ. ἀμορβοὺς, quod significare posset *lanternas nocturnas;* sed quid sibi vellet ἀνέμων ἀμορβούς?

Vs. 305. οἱ δ' ἀνέμων — ἀκτίνεσσιν.) οἱ δὲ scripsi pro vulgato οἵ τε, quod melius respondet sequenti φῶς δ' ἔξω; similiter vs. 109 sq. αἱ δ' ὕδατος . . . πῦρ δ' ἔξω. Quam saepe particula δὲ adhibeatur ad varia comparationis membra inter se copulanda, non opus est dictu: cf. Homer. Il. ξ, 414-417; ο, 263-267. — διαθρῶσκον ὅσον ταναώτερον ἦεν, vel ita explicandum: διαθρῶσκον τόσονποῤῥωτέρω, ὅσον ταναώτερον ἦεν; vel ταναώτερον quasi ταναὸν accipiendum (ut σαώτερος, Il. α, 32; μελάντερον, Il. δ, 277.): ἐφ' ὅσον ταναὸν ἦεν, i. e. ἐφ' ὅσον ἔτεινεν. Notetur autem transitio a praesenti διασκιδνᾶσιν ad imperfectum λάμπεσκεν, et similiter deinceps λοχάζετο, ἀπέστεγον. Indicat hoc, rem quae describitur ad antegressum tempus pertinere, quando oculi primum formarentur.

Vs. 307 sq. ὣς δὲ τό τ' ἐν μήνιγξιν — κούρην.) Alex. Aphrod. Comment. laud. f. 99 A vitiose: ὡς δ' ὁπότε μήνιγξιν εἰργόμενον. — ὠγύγιον πῦρ, *ignis nativus*, a coelesti igne derivatus, atque adeo *aethereus, purus:* vid. de hoc vocabulo Hemsterh. in Lennepii Etymol. Gr. V. et Buttman. Mythol. I, p. 206 sq. — μήνιγξ, interprete Alexandro, est ὁ τὴν κόρην περιέχων χιτών. potius credo, non pupillae, sed oculi membranam hoc vocabulo significari, ut distinguatur ab ὀθόνῃσι; itaque ἐν μήνιγξιν ἐεργμένον interpr. *intra oculos contentum.* — λεπτῇσιν ὀθόνῃσι λοχάζετο ed. Bekker. quem secutus sum. Scaliger λεπτῇσι χθονίῃσι λοχάζετο. Casaub. ed. λεπτ. ὀθόνῃσιν ἐχεύατο; similiter Sturz. Aristotelis codd. variant; plures ὀθόνῃσιν et ἐχεύατο, quemadmodum Aphrodisius quoque legit; illud recte, hoc perperam: nam etsi ἐχεύατο pro ἀμφεχεύατο, *circumvolvit, vestivit*, accipi posset, ita tamen non dici oportuit ἀμφεχεύατο κούρην ὀθόνῃσι, sed κούρῃ ὀθόνας vel κούρην ὀθόνας. Fortasse scripserit Empedocles λοχεύετο, formâ minus usitatâ, pro λοχάζετο. In λεπτῇσιν ultima producenda est; Osannus vero in Philemon. Grammat. p. 113, corrigi vult

λεπτοσύναις — adjective. Si metrum fulcro indigeat, potius legerim: λεπτῆς εἰν ὀθ. vel λεπτῆσιν γ' ὀθόνῃσιν, quod Bekkerus in uno cod. correctum invenit; sed non necesse videtur: cf. supra ad vss. 81-83. — λοχάζετο activa potestate accipiendum, ut sensus proprie hic sit: ignis oculis inclusus pupulam tenuissimis membranis *tanquam speculatorem occuluit, sepsit.* Jam pupulam sepsit, idem vult ac si dixisset, sese sepsit: pupula enim oculi aciem continet atque ipsa adeo oculi fax est. Sic igitur nulla est caussa, cur cum Schneidero Ecll. Phys. p. 330, post ὠγύγιον πῦρ lacunam esse putemus. — κύκλοπα κούρην, i. e. κυκλοειδῆ. Eustathio in Odyss. α, p. 1392, 37, et υ, p. 1881, 26, istud κύκλωψ lepide et acute (δριμέως) dictum videtur, quasi translatum ἐκ τοῦ Κύκλωπος. Nimis acute profecto.

Vs. 309 sq. αἱ δ' ὕδατος μὲν βένθος κτλ.) Cum hoc concinit Alcmaeonis illud apud Theophrast. de Sensu, § 26: ὀφθαλμοὺς δὲ ὁρᾶν διὰ τοῦ πέριξ ὕδατος· ὅτι δ' ἔχει πῦρ, δῆλον εἶναι. Post vs. 310 abruptam esse sententiam, non opus est monitu.

Vs. 311. μία γίγν. ἀμφ. ὄψ.) Citat hoc praeter Strabonem Aristoteles Poët. c. 21 (Graefenh.), uterque tanquam apocopes exemplum; cujus generis multa affert Strabo l. l. — ὄψ pro ὄψις dixit etiam Antimachus, fr. LV, p. 94 Schellenb.

Vs. 312. τῇδε μὲν οὖν κτλ.) Particulam οὖν metri gratia inserui. Exemplo est hic quoque versus, quantum Fors secundum Empedoclem in rerum natura valeat.

Vs. 313. πάντα γὰρ κτλ.) Sextus l. l. dicit: Ἐμπεδοκλῆς . . . πάντα ἠξίου λογικὰ τυγχάνειν, καὶ οὐ ζῶα μόνον, ἀλλὰ καὶ φυτά. Animadvertendum, in hoc placito mentem a sensu non distingui. νώματος αἶσα, ut supra vs. 252, οὔδεος αἶσα.

Vs. 314. καὶ καθόσον μὲν κτλ.) Quis sit horum verborum sensus, certo dicere difficile; probabile vero, de animo vel oculis haec dici, atque adeo sententiam ita supplendam: quo tenuioribus ex partibus illa sint conflata, eo sunt acutiora et velociora; ὅσῳ ἂν ἀραιότερα, τόσῳ ὀξύτερα καὶ τρανέστερα. Caete-

rum Simplic. ed. ἀραιότατα, Scaliger ἀραιότ. libri in eo fere variare solent, ut monui ad Parmen. vs. 115, p. 114 sq. Sed illud Atticis relinquendum.

Vs. 315. αἵματος ἐν πελάγεσσι κτλ.) Notum placitum: mentis sedem vel ipsam mentem esse cordi offusum sanguinem. Opinio jam Homero tributa (vid. Stobaeus l. l. p. 124.) et tam poëtis quam doctis pervagata: cf. Wakefield in Lucret. III, vs. 43. — Quod ad lectionem attinet, Canterus vitiose: αἵματος ἐν πελάγ. τετραμμένου ἀντιθρῶντος, et pro κυκλίσκεται, κικλήσκεται. Scaliger: αἵματος ἀνθρώποισι τεθραμμένη ἀντιθόροντος, item κικλήσκεται. Pleraque haec emendavit Heerenus, qui τεθραμμένη recepit ex emend. Grotii (intell. φρήν), κυκλίσκεται e codd. Pro ἀντιθρῶντος idem e codice dedit ἀντιθροῶντος. Sed ἀντι- mutavi in ἀμφι-, quod sensui accommodatius, uti mox περικάρδιον. Pro -θροῶντος autem haesitavi, an reciperem Scal. lect. -θόροντος; at θορεῖν, θορών, ἔθορον, in aor. 2 usitata quidem, non item praesens θόρω. Haud magis vero usitatum θροῶντος, quod non potest duci a θροέω, ut opinatur Heerenus (oportuisset enim θροοῦντος scribi), sed a θροάω, quod idem esse suspicor atque θόρω, θρώσκω; quo ἀμφιθροῶντος significet idem quod vs. 309 ἀμφινάοντος; nisi fortasse corrigendum sit ἀμφιθροοῦντος. — Ultimus versus in Etymol. M. corrupte legitur ita: αἷμα γὰρ ἀνθρώποισι π. νόημα (omisso ἐστί); similiter in Orion. Etym. excerpt. p. 185 (Sturz.); vitiosius etiam in Etym. Gud. v. αἷμα. Falso hunc vs. Critiae tribuit Philoponus de An. c. 8, apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. X, p. 659 Harl.

Vs. 318. πρὸς παρεὸν — ἀέξεται) Pro ἀέξεται alii ἐναύξεται. Aristoteles hoc et sequenti versu utitur testimonio, Empedoclem, ut plerosque veteres, τὸ φρονεῖν et τὸ αἰσθάνεσθαι idem putasse. Cujus interpretationis ratio in promptu est: τὸ παρεὸν intelligit res praesentes, sensibus objectas, αἰσθητόν τι; jam quod τῷ αἰσθητῷ afficitur, αἴσθησις est: ergo μῆτις sive φρόνησις idem atque αἴσθησις. Longiore argumentatione id explicat Philopon. l. l. lit. P, p. 3. In Metaph. l. l. Aristoteles dictum hoc ita interpre-

tatur: *μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν μεταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν.* Idem de Anim. l. l. cum Empedoclis dicto comparat Homericum hocce, Od. σ, 136:

τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Quod imitatur Archilochus ap. Laërt. IX, 71. Ab Aristotelis interpretatione dissidet Simplicius de An. III, f. 56 B, dicens, posse quidem *τὸ παρεὸν* intelligi *τὸ αἰσθητόν*, non tamen ab Empedocle ita intellectum esse: *ἡ γὰρ μῆτις οὐ τοῖς αἰσθητοῖς, ἀλλὰ τοῖς νοητοῖς αὐτῇ παροῦσιν, ἀεὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς ἐπιδίδωσι (ἀέξεται) τελειότητα· καὶ τὸ φρονεῖν ἐν τοῖς ὀνείροις ἀλλοῖα παριστᾶ (παρίστατο), οὐ διὰ τὰ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν... ἐγκαταλείμματα· οὐ γὰρ φρονεῖν τὸ τοιόνδε· ἀλλ' ὅτε, τοῦ λόγου ἀπολυομένου τῆς πρὸς τὸ σῶμα καταστάσεως, κρείττων τις ἐν τοῖς ὕπνοις τῆς ἐν τῷ ἐγρηγορέναι γνῶσις τοῦ ἀγαθοῦ ἢ τοῦ ἀληθοῦς γίνεται.* Docte haec quidem; verior tamen Aristotelis explicatio.

Vs. 319 sq. *ὅσσον γ' ἀλλοῖοι κτλ.*) Sic Aristoteles in Metaph. Idem de Anim. abruptius: *ὅθεν σφισιν αἰεὶ καὶ τὸ φρονεῖν* — similiter Philoponus. Scaliger hunc versum cum superiore connectit legens: *καὶ ὅσον ἀλλ.* Perperam. Olim autem vulgo legebatur *ἀλλοίοις μετέφην.* Sturz. correxit *μετέην*; sed Bekker. e codd. edidit *ἀλλοῖοι μετέφυν*, i. e. *ἀλλοῖοι μετεπλάσθησαν*, quod omnem conjecturam supervacaneam reddit; etsi nec alterum *ἀλλοίοις* ineptum efficeret sensum: *ὅσσον γ' ἀλλοίοις πράγμασι μετέφυν (μετέησαν)*, *prouti in alias res incidant* sive *aliis in rebus occupati sint.* Similis lectionis varietas est in versu Archilochi, quem statim citabo. Porro Bekk. in Metaph. *παρίστατο*; idem de An. *παρίσταται.* Pro *καὶ τὸ φρονεῖν* malim *καὶ φρονέειν.* E Simplicii autem verbis supra relatis, *καὶ τὸ φρονεῖν ἐν τοῖς ὀνείροις ἀλλοῖα παρίστατο*, discimus, Empedoclem hîc de somniis loqui; quod clarius etiam docet Philoponus in Aristot. de Anim. l. l. *ὁ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς τὰς διαφορὰς τῶν ὀνειράτων λέγων, φησὶν ὅτι ἐκ τῶν μεθ' ἡμέραν ἐνεργημάτων αἱ νυκτεριναὶ γίνονται φαντασίαι· ταύτην δὲ τὴν φαντασίαν φρόνησιν καλεῖ ἐν οἷς φησιν· »ὅθεν σφισιν καὶ*

τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται." Ex his talis efficiatur hujus versiculi sententia: »prouti homines corpore et sensibus mutantur, sic variantur quoque somniorum visa." Itaque ut in superiore versu μῆτις, ita hîc φρονεῖν ad sensuum visa pertinet. Aristoteles in Metaph. cum his comparat Parmenideos versus:

ὡς γὰρ ἕκαστος ἔχει κρᾶσιν μελέων πολυκάμπτων,
τῶς νόος ἀνθρώποισι παρίστατο κτλ.

Vid. Parm. vs. 145 sq. Nec dissimilis est versus ille Archilochi in Aeschin. dial. Eryx. c. 13 (Boeckh. ed. Simon. Socr. p. 83):

καὶ φρονεῦσι τοῖ', ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν.

ubi alii legunt ὁκοῖοι; neutrum male. cf. Liebel. Archilochi fr. XLVII, p. 130.

Vs. 321 sqq. Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν κτλ.) Versus multum celebrati; scriptoribus eos laudantibus adde Stob. Flor. Append. ed. Gaisf. p. 73, ubi citantur duo hi versus: γαίῃ — ἀΐδηλον. Referuntur ad animi cognitionem: res eo cognoscimus, quod animi sensuumque natura cum externarum rerum natura convenit: hoc est illud γινώσκεσθαι τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον. ὀπώπαμεν igitur non de visu tantum, sed de omni cognoscendi facultate intelligendum, ut apparet e vs. 325: καὶ τούτοις φρονέουσι. Pari modo vs. 49, ἀθρεῖν, vs. 108, δερκεῖν de mente usurpantur. Quum igitur mens nostra elementa et quae ex his conflata sunt cernat, ipsa quoque easdem has naturas in se continet, terram, aquam, aërem, ignem; non quidem crassam illam materiem, sed subtiliorem quandam, divinae elementorum naturae cognatam. — Placitum hoc, simile simili cognosci, late patet. Similiter fere statuit Plato in Timaeo, ut Aristoteles de Anim. l. l. animadvertit: τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ. γινώσκεσθαι γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὁμοῖον, τὰ δὲ πράγματα ἐκ τῶν ἀρχῶν εἶναι. Vid. Plat. Tim. p. 35 et passim alibi. Frequenter hoc usurpant Neoplatonici, praeclare Plotinus de pulcr. p. 57 G (p. 66 Cr.): τὸ γὰρ ὁρῶν πρὸς τὸ ὁρώμενον συγγενὲς καὶ ὅμοιον ποιησάμενον, δεῖ ἐπιβάλλειν τῇ θέᾳ. οὐ γὰρ ἂν πώποτε εἶδεν ὀφθαλμὸς ἥλιον, ἡλιοειδὴς

μὴ γεγενημένος, οὐδὲ τὸ καλὸν ἂν ἴδοι ψυχὴ, μὴ καλὴ γενομένη. Cf. Proclus Theol. Plat. I, 3; id. in Parmen. T. V, p. 182, 248; in Tim. p. 232. — αἰθέρα Empedocles vocat *aërem*, ut supra vs. 105; ut ibi, sic in hoc quoque versu Sextus semel (c. Math. I) ἠέρι δ' ἠέρα δῖον, quod pro glossemate habendum. δῖον Aristot. Metaph. Bekk. sed de Anim. δῖαν, ubi tamen variant codices; δῖαν habet quoque Philoponus: utrumque usitatum est. Verba στοργῇ δὲ στοργὴν passim inverso ordine (στοργὴν δὲ στοργῇ) leguntur; denique pro Νεῖκος δέ τε quidam libri N. δέ γε, ut leviora praeteream. — πῦρ ἀΐδηλον, Homerice: cf. Buttman. Lexil. I, p. 247.

Vs. 324 sq. ἐκ τούτων γὰρ πάντα κτλ.) Hos versus superioribus, quos strictim memorat, Theophrastus subjungit: διαριθμησάμενος γὰρ, ὡς ἕκαστον ἑκάστῳ γνωρίζομεν, ἐπὶ τέλει προςέθηκεν, ὡς »ἐκ τούτων πάντα . . . . ἅδονται καὶ ἀνιῶνται." Doricam formam ἅδονται mutavi, ab imperita manu profectam, similiter ut vs. 4, ἀλαλᾶσθαι pro ἀλάλησθαι. Pro καὶ, flagitante metro, scripsi ἠδὲ. Ex hoc autem versu intelligitur, Empedoclem ea, quae ad intellectum, voluptatem et dolorem spectant, conjunctim explicuisse. Eodem pertinent quoque versus qui deinceps sequuntur.

Vss. 326-334. Ἄρθμια μὲν γὰρ — δέμας ὀργῇ.) Hos versus facile quis putaret ad elementorum descriptionem pertinere, sicut arbitratus est Sturzius, qui eos ideo ad libr. I (vs. 127 sqq.) retulit. Sed e Theophrasti loco, qui illum fugit, discimus, explicari his versibus voluptatis et doloris naturam; quare eos hoc loco, ubi de mortalium ingenio et sensu agitur, (probabiliter libr. II.) inserui. Theophrastus autem l. l. haec dicit: ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν ἡδονὴν καὶ λύπην ὁμολογουμένως ἀποδίδωσι, ἥδεσθαι μὲν ποιῶν τοῖς ὁμοίοις, λυπεῖσθαι δὲ τοῖς ἐναντίοις· ἐχθρὰ γὰρ εἶναι. διὸ »πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων διέχουσι γέννῃ τε κράσει τε καὶ εἴδεσιν ἐκμακτοῖσι." (vs. 331 sq.) Statuit igitur Empedocles elementorum genera et partes alia congruere inter se, alia discrepare: illa facile coalescere et amice conspirare, haec odisse

se invicem et discordiâ agitari; illis coëuntibus voluptatem, his, dolorem nasci. Similis fere sententia jam Parmenidi placuit, vs. 150 sqq.

At si virtutes, permixto semine, pugnent
Nec faciant unam (temperiem), permixto in corpore Dirae
Nascentem gemino vexabunt semine sexum.

Sed hic de humano tantum partu, Empedocles generatim de omnibus naturae rebus loquitur. Versus autem illi apud Simplicio pluribus maculati erant vitiis, quae corrigere tentavi.

Vs. 326 sqq. ἄρθμια — πέφυκεν.) Simplicius: ἄρτια μὲν γὰρ αὖτα ἑαυτῶν πάντα μέρεσσιν. Verba αὖτα et πάντα, metro flagitante, transposuit Sturzius. Sed etiam ἄρτια, *integra*, manifesto vitiosum; olim correxeram ἄρσια, *amica*, cui contrarium ἀνάρσιος, *inimicus*, non semel obvium in Homero; sed optime codex (teste Brandis. Hist. Phil. Vol. I, p. 202.) exhibet ἄρθμια, quod recepi. Similis confusio est apud Plutarchum, de Anim. procr. Tim. Vol. X, p. 265: τοὺς ποιητὰς . . ἄ ρ θ μ ι α μὲν τὰ φίλα καὶ προσηνῆ καλοῦντας, ἀ ν α ρ τ ί ο υ ς (leg. ἀναρσίους vel ἀναρθμίους) δὲ, τοὺς ἐχθροὺς καὶ τοὺς πολεμίους. — Pro μέρεσσι correxi μέλεσσι, ex Empedoclis consuetudine: cf. vss. 66, 70, 109, 175.

Verba autem sic cohaerent: πάντα ἐστὶ ἄρθμια αὖτα ἑαυτῶν μέλεσσιν, . . . ὅσσα ἀποπλαγχθέντα σφιν (ἀπ᾽ αὐτῶν) ἐν θνητ. πέφυκε. Ista vero, ἠλέκτωρ — θάλασσα, in medio interposita sunt, per appositionem addita vocabulo πάντα. Sensus igitur est: Elementa amica sunt suis quaeque membris sive partibus, inde decerptis et ab immortali stirpe in mortalem naturam delapsis, s. in mortalia corpora conversis. – φὶν pro σφὶν Doricum; utuntur tamen eo et poëtae Callimachus et Nicander (vid. Maittair. de Dialect. p. 262 B et 470 D, Sturz.), in hoc certo antiquiorem auctorem secuti.

Vs. 329 sq. ἐπαρτέα, *congrua*, *idonea*, dedi pro vulg. ἐπαρκέα, quod parum aptum. — ἀλλήλοις ἔστερκται, ut vs. 131,

ἀλλήλοισι ποθεῖται. — ὁμοιωθέντ' Ἀφροδίτῃ, idem quod vs. 214 dicitur, Ἁρμονίης κόλλῃσιν ἀρηρότα. cf. vs. 217.

Vss. 331-333. ἐχθρὰ δὲ πλεῖστον κτλ.) Vulgo vitiose: ἔχθρα πλεῖστον ἐπ' ἀλλ. διέχουσι μάλιστα γέννη κτλ. Pro ἔχθρα codex apud Brandis. l. l. corrupte ἔργα; Sturz. mutavit in ἔχθει (ab ἔχθος); potius legendum ἐχθρὰ, quod etiam Theophrastus ostendit; particulam δὲ addidi propter sensum. Quod deinde legitur: πλεῖστον ... διέχουσι μάλιστα, in his alterutrum vitiosum, πλεῖστον vel μάλιστα; sed illud tuetur Theophrastus, qui μάλιστα omittit, magis verborum sensum quam numeros attendens. Mutavi hoc in ἄμικτα, quod salvâ sententiâ a Theophrasto omitti poterat. Verborum ordo hic est: (τά) πάντῃ συγγ. ἀήθεα . . , ἐχθρὰ διέχουσιν, ἄμικτα (ὄντα) γέννᾳ κτλ. quae respondent plane antecedentibus: ὅσα κρᾶσιν ἐπαρτέα ἔασιν, ἀλλήλοις ἔστερκται, ὁμοιωθέντ' Ἀφρ. Vox μάλιστα prave etiam legebatur supra vs. 215, ubi in μιγεῖσα mutavi; γέννᾳ autem dedi pro γέννῃ. cf. annot. ad vs. 114.

νεικεογεννητῇσιν — δέμας.) Pro his Simplicius: νεικεογεννέστησιν — γέννας. Illud repugnat etymologiae; legendum vel, ut scripsi, νεικεογεννητῇσιν (Scaliger in marg. -γεννηταισιν), vel νεικειογενέτῃσιν. — γέννας autem in δέμας mutandum esse, manifestum; similiter supra γένος et δέμας confusa vidimus vs. 73.

Vss. 335-341. τοῦτον μὲν βροτέων κτλ.) Explicatur his versibus vitae ac mortis discrimen in hominibus, bestiis, plantis: altera in concentu partium, altera in dissidio posita. Etiam haec indicio sunt, judice Simplicio, in hoc mundo ex Empedoclis sententia non, quod quidam putabant, solam Discordiam, sed utramque pariter regnare.

Vs. 335 sq. τοῦτον μὲν βροτ. — ἀκμῇ.) μελέων ὄγκον dicit τὸ σῶμα; vocabulum congruum plane ipsius sententiae, corpus putantis nil nisi compagem membrorum forte in unum conflatorum. Accusativus pendet a verbo quod excidit. — βίου θαλέθουσιν ἐν ἀκμῇ scripsi pro vulg. θαλέθοντος, quo manca

efficiebatur sententia; illud respondet plane sequenti: *πλάζεται περὶ ῥηγμῖνι βίοιο.*

Vs. 338 sq. *ἐρίδεσσι*, intell. morbis, aegritudinibus, quae sunt certamina principiorum, e veterum medicorum sententia; ut ostendit, ne alios memorem, Eryximachi oratio in Platon. Symp. p. 186; ad q. l. cf. intpp. — *πλάζεται*, *vagantur*, incerta quo vadant, in quas naturas convertantur; *περὶ ῥηγμῖνι βίοιο*, circum *vitae littora, oras;* novum hoc, haud tamen inelegans; metaphora facile fluxit ab eo quod a poëtis dici solet, *Ἀχέροντος ἀκτή, Ἀχερουσίαι ὄχθαι.* cf. Aeschyl. Agam. 1133 Well. Sophocl. Antig. 813 Brunck. Neque insolentius hoc quam nota illa: *luminis orae* (Virgil. Aen. VII, 660.), *vitae limen* (Lucret. III, 681.), *γήραος οὐδός* (Odyss. ψ, 212.). Tangit hoc Naekius Choeril. fr. VIII, p. 167.

Vs. 340 sq. *ἰχθ. ὑδρομελάθροις — κύμβαις.*) Pro *ὑδρομελάθροις* inscius exhibui *ὑδομελ.* etsi utrumque recte dici potest. Similiter in Orph. Hymn. 24, 7, pisces vocantur *ὑδρόδομοι*, et supra vss. 134 et 160, *ὑδατοθρέμμονες ἰχθῦς.* — *ὀρειλεχέεσσι*, ex emendatione Schneideri pro *ὀρειμελέεσσι.* cf. vs. 382. Probat et Naekius l. l. — *κύμβαι, ὄρνιθες.* Hesych. Vox ejusdem generis ac *καμασῆνες*, vs. 205, derivata fortasse a *κύπτω* (*κύβω, κύμβω*), *mersare.*

Vss. 342-353. *Οἱ δ', εὖτ' ἢ κατὰ φῶτας — οὐδ' ἄρ ἔασι*) Hos versus Sturzius ad librum I retulit, conjunctim cum vss. 77-83; minus juste, ut mihi videtur: nam superioribus illis explicatur, quid sit natura per se, quid ortus, quid interitus; his vero, quos nunc tractamus, de rerum mortalium hominumque ortu et interitu agitur. Quocirca ut illos ad libr. I, ita hos ad libr. II potius referendos duxi. Redarguitur autem his vss. vulgaris opinio, qua nasci et occidere dicunt ea quae revera tantum mutantur, modo conciliantur, modo dissipantur.

Vs. 242 sqq. *οἱ δ' εὖτ' ἢ κατὰ φ. κτλ.*) Hi versus apud Plutarchum valde corrupti leguntur; primus vs. ita mutilatus est: *οἱ δ' ὅτε κατὰ φῶτα μίγεν φῶς αἰθέρι.* Reiskius sic emen-

dandum conjecit, *οἵ δ' ὅτε ἢ κατὰ φῶτα μιγὲν φάνη αἰθέρι λαμπρῷ.* Coraeus vero sic ut edidit Sturzius: *οἵ δ', εὖτ' ἢ κατὰ φωτῶν (γένος) μισγέντ' ἐς φάος ἔλθῃ.* quod tamen cum a vulg. longius recedit, tum nimis durum est. Leniorem adhibui medicinam, *φῶτα μίγεν* mutando in *φῶτας ἴδῃ*: nam pro *φῶτα* pluralem *φῶτας* requiri, pariter ut mox *θηρῶν γένος*, manifestum est, quo facto sequentis verbi litera initalis *μ* sponte excidere debuit; deinde *αἰθέρι* mutavi in *αἰθέριόν γε*, quo versus suppletur. *ἰδεῖν φάος* de nascentibus nota locutio est: sic Hom. Il. *π*, 188: *Ἠελίου ἴδεν αὐγάς.* Il. *σ*, 11: *λείπειν φάος ἠελίοιο.* — Porro legitur in Plutarcho: *ἠὲ κατ' οἰωνῶν, τότε μὲν τὸν . . . γενέσθαι*, quod Reisk. et Sturz. supplerunt ita: *τότε μὲν τὸ λέγουσι γενέσθαι.* Melius mihi visum: *τότε μὲν δοκέουσι γενέσθαι.*

Vs. 345 sqq. *εὖτε δ' ἀποκριθῶσι κτλ.*) Plutarch. ed. vitiose:

τὰ δ' αὖ δυσδαίμονα πότμον
εἶναι καλέουσιν· ὅμως δ' ἐπίφημι, καὶ αὐτὸς —

Pro *τὰ δ' αὖ* recte Reiskius *τὸ δ' αὖ*, probante Sturzio. Postremus autem versus in altero Plutarchi loco sic legitur:

ᾗ θέμις καλοῦσιν, ὅμως ἐπίφημι καὶ αὐτός.

Prius istud *εἶναι* vitiosum esse, vel metrum arguit; alterum *ᾗ θέμις* repugnat sensui; contrarium potius requiritur: unde Reiskius pro hoc reponi voluit *οὐχ ᾗ θέμις*, quod Plutarcheum fortasse sit, Empedocleum certe non est. Wyttenb. conj. *ᾗ θέμις οὐ καλ.* quod parum placet. Altero vero loco Reiskius conjecit: *ἔν γε νόμῳ καλέουσι, νόμῳ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός.* Ita edidit Sturz. Posterius omnino vere, quod monstrant ipsa Plutarchi verba, quae haec praecedunt, Vol. X, p. 577: *νόμῳ δὲ ἤ τί* (corr. *ἐπί*)*φημι καὶ αὐτός.* Prius vero illud *ἔν γε νόμῳ* minus probabile mihi visum; potius e Plut. lectione *εἶναι*, adjectâ syllabâ quam metrum flagitat, effeci *εἰκαίως*, quod vocabulum, ut minus usitatum, facile obliterari potuit. *εἰκαῖον* habet Hesychius, quod interpretatur *ἀνωφελές, μάταιον, ἀργόν, μωρόν.* — *νόμος*, i. e. *ἔθος*, *vulgaris consuetudo:* quo sensu *κατὰ τὸν νόμον*

dicit Aristot. de X. Z. G. p. 943 B; cf. Plato Phaedr. c. 7, p. 231 E, ad q. l. Ast. comment p. 238.

Vss. 347-349. Νήπιοι — ἀπάντῃ.) μέριμναι, *mentis curae, cogitatio,* ut supra vs. 33. In ultimo horum versuum vulgo: ἤτοι καταθνήσκειν . . . πάντῃ. πάντῃ in ἀπάντῃ correxit Steph. ἤτοι in ἠὲ Sturzius. Minus recte Reiskius conj. legendum: ἤ τι καταθν. κἀξόλλυσθαι πάνυ πάντῃ. Ante καταθνήσκειν intell. τὸ ἐὸν, quod intelligi debet ex opposito γίνεσθαι οὐκ ἐὸν, quemadmodum saepe, praegresso οὐδεὶς, supplendum est ἕκαστος, veluti in Plat. Symp. p. 192 E.

Vs. 350. φρεσὶ μαστεύσαιτο.) Plutarchi libri μαντεύσαιτο, ut exhibent quoque Stephan. in Poës. phil. et Scaliger. Reiskius voluit μητεύσαιτο, quod caret usu; Sturzius μητίσαιτο. Magis in promptu erat corrigere μαστεύσαιτο, quum ambo ista vocabula non semel a librariis permutata sint, ut in Theocrito Idyll. 21, vs. 65 (Kiessl.); Himerio Ecl. 13, s. 33; p. 236 (Wernsd.); Themistio Or. 26, p. 318 D; cf. Boiss. in Eunap. Annot. p. 447 sq. Frequentior quidem est forma μαστεύω sive ματεύω, quae tum iis quos indicavimus locis, tum apud Pindarum saepius obvia est; sed et μαστεύομαι sive ματεύομαι usitatum, ut in Archytae et Aresae fragm. apud Stob. Ecll. 1, c. 43 et 52; p. 722 et 848. Plerumque notat *inquirere, investigare*, quod tamen h. l. minus congruum; interpretandum *animo arripere*, vel *tractare, versare.* Simili significatione supra vs. 10, χείλεσι μαστεύσασθαι scripsi pro vulg. μητίσασθαι. ubi cf. annot. p. 163.

Vs. 352 sq. τόφρα μὲν οὖν κτλ.) εἶσιν καί σφιν — dedi pro vulg. εἰσὶ καί σφι. εἰσὶν habet quoque Neander Op. Aur. T. I, p. 526; σφὶν Scaliger; cf. vs. 356. — δεινὰ καὶ ἐσθλά, *vitae bona et mala*, ut δεινὸν καὶ ἐσθλὸν apud Phocyl. 857-859. Bekk. — πρὶν δὲ πάγεν τε βρ. καὶ ἐπεὶ λύθεν, ex emendatione Reiskii recepi pro vulgato, παγέντε βρ. καὶ λυθέντος. Xyland. conjecerat ὡς λύθεν. conjunctio certe requiritur, quae opposita sit praecedenti πρίν. Ceterum Steph. habet λυθέντες. Scal. λυθέντ'. — οὐδ' ἄρ ἔασι dedi pro vulg. οὐδὲ ἄρ' εἰσί.

Steph. Scal. alii: οὐδὲν ἄρ' εἰσί. Non male. Res a codicibus pendet.

Vs. 354 sq. ὄλβιος ὃς θείων κτλ.) Jam a rebus humanis venimus ad divinas, quas tertio praesertim libro explicitas fuisse, liquet e vss. 359 sqq. — πραπίδων πλοῦτον, dicit item vs. 441; πραπίδες θεῖαι, h. e. mens rerum divinarum compos sive gnara. Similis color est in his Jamblichi, de Myst. Aeg. sect. II, c. 11 extr. ὅσιον καὶ ὠφέλιμον εἶναι νενόμικας τὴν περὶ θεῶν ἐπιστήμην, καὶ τὸ μὲν τῆς ἄγνοιας τῆς περὶ τῶν τιμίων καὶ καλῶν σκότος καλεῖς, φῶς δὲ τὸ τῆς γνώσεως. καὶ τὸ μὲν (σκότος) ἐμπλῆσαι τίθεσαι παντῶν κακῶν τοὺς ἀνθρώπους δι' ἀμαθίαν καὶ τόλμαν, τὸ δὲ (φῶς) αἴτιον ἡγῇ πάντων ἀγαθῶν.

Vs. 356-358. οὐκ ἔστιν πελάσασθ' κτλ.) Clemens: οὐκ ἔστιν πελάσασθαι ἐν ὀφθ. Theodor. οὐκ ἔστι πελάσασθ' οὐδ' ὀφθ. — ἧπερ γε, suadente Sturzio, recepi pro vulg. ἧπερ τε. — In verbis, πειθοῦς ἀμαξιτὸς εἰς φρένα πίπτει, istud πίπτει mihi suspectum est: πειθὼ εἰς φρ. πίπτει recte dici puto, sed πειθοῦς ἀμαξιτὸς πίπτει an recte dicatur, valde dubito; num scripserit εἰς φρένας ἕρπει, aut simile quid? Refertur autem dictum illud οὐκ ἔστιν πελάσασθ' — ad Deum, τὸ θεῖον, ut addit Clemens. Empedoclis dictionem, quamquam in dissimili argumento, imitatus videtur Lucretius V, 101 sqq.

> Ut fit, ubi insolitam rem adportes auribus ante,
> Nec tamen hanc possis oculorum subdere visu,
> Nec jacere indu manus, via quâ munita fidei
> Proxuma fert humanum in pectus templaque mentis.

oculorum subdere visu respondet Empedocleo ὀφθαλμοῖσιν ἐφικτόν; *jacere indu manus*, χερσὶ λαβεῖν; *via munita fidei* etc. Πειθοῦς ἀμαξιτὸς κτλ. Pro ἧπερ e Lucretio corrigendum fortasse ᾗπερ, *quâ*, et pro μεγίστη, ἀγχίστη, *proxima*.

Vss. 359-363. οὔτε γὰρ ἀνδρομέῃ —— θοῇσιν.) Magnifica prorsus sententia de Deo, quam e tertio Physicorum petitam esse, addit Tzetzes l. l. VII, 522: Ἐμπεδοκλῆς τῷ τρίτῳ τε τῶν Φυσικῶν δεικνύων, κτλ: In vulgatam leves quaedam men-

dae irrepserunt. Ammonius: οὔτε γὰρ ἀνδρομέη κεφαλὴ κτλ. Tzetzes: οὐ μὲν γὰρ βροτέῃ κεφαλῇ — unde Sturz. recte effecit: οὔτε γὰρ ἀνδρομέῃ κεφαλῇ. In sequenti versu uterque: οὐ μὲν ἀπαὶ νώτων, ubi rursus incommodum istud οὐ μὲν mutavi in οὔτ', quod respondet antecedenti οὔτε; et ἀπαὶ in ἀπό οἱ, quia pronomine aegre carebatur. — δύω Ammonius, Tzetzes δύο. κλάδοι intell. *brachia*. ἀΐσσουσι, ut Hesiod. Theog. 150 (cit. Sturz.):

τῶν ἕκατον μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο.

οὐ θοὰ γοῦν', οὐ μήδεα, ita jam Steph. emendavit Tzetzae lectionem, γοῦνα καὶ μήδεα. — Caeterum Empedocleis his versibus similes sunt illi Xenophanis fragm. 1 et 3, p. 35, 37:

εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος,
οὔτε δέμας θνητοῖσιν ὁμοίϊος οὔτε νόημα. —
ἀλλ' ἀπάνευθε πόνοιο νόου φρενὶ πάντα κραδαίνει.

Vss. 364-377. ἔνθ' ἦσαν —— ἠέα γυῖα.) Omnes hi versus pertinent manifesto ad aureae cujusdam aetatis descriptionem, qua laeta et pacata essent omnia, ver aeternum in rerum natura, religio et pietas inter homines. Comparanda cum his quae Pythagoram canentem facit Ovidius Metam. XV, 96 sqq. — Caeterum retuli hos vss. ad Physica; etsi fatendum eos optime quoque in Καθαρμοῖς collocari potuisse, ubi pristina hominum beatitas praesenti eorum miseriae et perversitati opponeretur. Haec in conjectura posita sunt.

Vss. 364 sq. ἔνθ' ἦσαν κτίλα κτλ.) Incautus scripsi ἔνθ' ἦσαν pro ἠδ' ἦσαν, sicut e Morel. edidit Sturzius; Schneid. ed. ἦσαν γάρ. In vs. seq. Steph. et Casaub. e vitioso codice pro οἰωνοὶ exhibent ἄνθρωποι. Sturzius φιλοφροσύνη mutavit in φιλοφροσύνῃ, *amore flagrabant omnia;* meâ opinione pulcrius φιλοφροσύνη δεδήει, quemadmodum Il. β, 93: Ὄσσα δεδήει. ρ, 253: ἔρις δέδηε. *Ardere* autem tam bono sensu quam malo dici potest; sic φλέγειν Pindarus usurpat de florum splendore, Olymp. II, 79: ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει.

Vs. 366 sq. δένδρεα δ' ἐμπεδόφ. κτλ.) Theophrasti l. l. haec

sunt verba: Ἐμπεδοκλῆς »ἀείφυλλα καὶ ἐμπεδόκαρπά φησι θάλλειν, καρπῶν ἀφθονίῃσι κατ' ἠέρα πάντ' ἐνιαυτόν", ὑποτιθέμενός τινα τοῦ ἀέρος κρᾶσιν, τὴν ἠρινὴν κοινήν, *fingens quandam aëris temperiem, qualis verno tempore esse solet.* E postremis verbis intelligitur, de aureâ aetate haec dicta esse, qua, ut poëtae canunt, *ver erat aeternum.* In Plutarcho autem haec leguntur: τὸ δ' ἀειθαλὲς τοῦτο καί, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, ἐμπεδόφυλλον —; hoc verbum cum Sturzio recepi pro ἀείφυλλον, in caeteris secutus Hermannum, qui ex allatis Theophrasti verbis talem versum concinnavit: δένδρεα δ' αἰείφυλλα κ. ἐμπ. τέθηλε. Elegantius quam Sturzius: θάλλει δένδρεα ἐμπεδόφ. κ. ἐμπεδόκαρπα. In vs. sq. pro καρπῶν malim μήλων, ne eadem vox repetatur. κατήρεα optime Scaliger pro inepto κατ' ἠέρα. Similiter Nicander Ther. vs. 69: ἀεὶ φύλλοισι κατήρη.

Vss. 368-370. οὐδέ τις ἦν κτλ.) Porphyrius in altero versu legit: οὐδ' ὁ Κρόνος οὐδ' ὁ Ποσ. Athenaeus rectius articulum omittit. In Eustathio desunt verba οὐδὲ Κρόνος. Empedocli obversabatur fortasse versus ille Homeri Il. σ, 535:

ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ὁμίλεον, ἐν δ' ὀλοὴ Κήρ.

Illum vicissim aemulatur Aratus Phaenom. vs. 108 sq. de aurea aetate canens:

οὔπω λευγαλέου τότε Νείκεος ἠπίσταντο,
οὐδὲ Διακρίσιος πολυμεμφέος, οὐδὲ Κυδοιμοῦ.

Vs. 371 sq. τὴν οἵ γ' εὐσεβέεσσιν κτλ.) Sacrificia incruenta antiquitus usu recepta et ab Orpheo maxime commendata fuisse, cum aliunde discimus, tum e Platon. de Legg. VI, 22, p. 782 C, ubi hunc locum paene spectasse videtur, dicens: θύματά τε οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῶα, πέλανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα· σαρκῶν δ' ἀπείχοντο, ὡς οὐχ ὅσιον ὂν ἐσθίειν οὐδὲ τοὺς τῶν θεῶν βωμοὺς αἵματι μιαίνειν, ἀλλὰ Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι ἐγίνοντο κτλ. ad q. l. plura Astius. Plutarchus de Esu carn. II; Vol. X, p. 152: τὰ δὲ Πυθαγόρου καὶ Ἐμπεδοκλέους δόγματα νόμοι τῶν παλαιῶν ἦσαν Ἑλλήνων.

εὐσεβέεσσιν ἀγάλμασιν — γραπτοῖς τε ζώοισι κτλ.) γραπτὰ

ζῶα sunt ζωγραφήματα, *picturae;* cf. Lex. Herodot. v. ζῶον. ἀγάλματα, *statuae* aliaque ejus generis donaria. Tangit haec verba Ruhnk. in Tim. Lex. p. 6. Plato de Legg. XII, 7, p. 956 A, de templorum donariis dicit: θειότατα δὲ δῶρα ὄρνιθές τε καὶ ἀγάλματα. — Athenaei ed. Dind. γραπτοῖς δὲ. Porphyrius δαιδαλεόσμοις, Athen. -όδμοις.

Vs. 373 sq. σμύρνης τ' ἀκρήτου — ξουθῶν τε κτλ.) Athen. ἀκρήτου, Porphyr. ἀκράτου. σμύρνη ἀκήρατος memoratur Herodoto, II. 86; nam utebantur etiam medicatâ, praesertim ad suffimenta. Vid. Theophrast. de Causs. plant. VI, 17, 2. p. 632 Schneid. et alibi. — ξουθῶν μελιτῶν Porphyrius; Athen. ξανθῶν μελίτων, ex interpretatione. Sturzius μελιτῶν ducit a μελιτόν, quod secundum Hesychium notat κηρίον, ἢ τὸ ἑφθὸν γλεῦκος. parum probabiliter; rectius Casaub. in Athen. et Schneiderus Lex. Gr. a μέλιτα (μέλιττα, μέλισσα): sic μέλισσαν pro μέλι dicit etiam Sophocl. Oed. Col. 481. cf. Schneid. Lex. Gr. Addit. — ξουθὴ μέλισσα saepius appellatur, ut docet Valcken. in Schol. Eurip. Phoen. p. 622. — Pro ῥιπτοῦντες Athen. verbum vulgare ῥίπτοντες. cf. Odyss. ν, 78 et alibi.

Vs. 375. ταύρων δ' ἀκρήτοισι φόνοις) ἀκρήτοισι dedit Scaliger, Euseb. ἀκράτοισι, Porphyr. et Cyrill. ἀκρίτοισι. Eadem vocabula confusa sunt supra vs. 179. Fabricius ad Sext. Emp. p. 580 not G, scribit ἀῤῥήτοισι, quod idem conjecit Rhoer. in Porph. Sed ἀκρήτοισι recte se habet; interpretatus sum autem *immoderatis caedibus;* potius interpretandum erat, ut Sturzio placet, *mero cruore*, similitudine a vino ducta: nam ἄκρητοι σπονδαί, *meri libamina vini*, offerebantur Diis: vid. Hom Il. δ, 159; hoc Empedocles ad taurorum transtulit caedem, qua tanquam mero perfundebantur arae. — Similem versum affert Sext. Emp. Math. IX, 128, de Pythagoreis dicens: ἀσεβεῖν ἔφασκον τοὺς ἀνθρώπους

βωμὸν ἐρεύθοντας μακάρων θερμοῖσι φόνοισι.

Vs. 376 sq. ἀλλὰ μύσος — ἠέα γυῖα.) μύσος hîc scribendum esse, non, ut vulgo, μῦσος, arguit metrum. Pro ἔσκεν

Cyrill. ἔσχον. — ἀποῤῥαίσαντας ἐέδμεναι Euseb. similiter Steph. et Scal. idque dudum pro ἀποῤῥέζαντας ἐέλμεναι Porphyrio restituerunt intpp. cf. vs. 415. ἀποῤῥαίσαντας agnoscunt item Steph. et Scal. sed iidem ἐέλμεναι, et deinceps ἤϊα, sicut olim vulgatum erat; Reisk. conj. ἤπια, non male; sed melius Viger. et Rubnk. ἠέα (ἠΰς). Hesychius: ἠέα, ἀγαθά. Hoc autem Empedocles posuit pro usitatiore vocabulo ἐνηέα (ἐνηής), similiter ut vs. 191, ἁγῆς pro εὐαγής; vs. 405, ἠνεκέως pro διηνεκέως. ἐνηής significat *amicus*, *carus*, ut Il. ψ, 252: ἑτάροιο ἐνηέος ὀστέα λευκά, et alibi; unde ἠέα γυῖα hîc idem valet quod inferius vs. 415 in simili sententia dicit: φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσιν. intell. membra cognatorum, ut ostendunt vss. 410 sqq. Caeterum institutum illud Pythagoreorum a carne abstinendi, antiquissimum fuit. Aristophanes testatur Orpheum id docuisse Graecos, in Ran. 1032. Cf. Valcken. in Eurip. Hippol. vs. 952, p. 266 b. Scymnus Chius de Scythis ultra Maeotin habitantibus dicit, gentem esse εὐσεβῆ πάνυ, ὡς οὐδὲν ἐμψύχων ἀδικῆσαί ποτ' ἄν. Apud Ovidium l. l. Pythagoras haec canit:

At vetus illa aetas, cui fecimus A u r e a nomen,
Foetibus arboreis et quas humus educat herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.

Vs. 378. ἐκ μὲν γὰρ ζώων κτλ.) Hic versus et sequentes ad formarum mutationem sive metempsychosin spectant, quos ideo h. l. conjunxi, quamquam certam cuique sedem adsignare haud facile. Non mirum si nonnulli horum versuum quondam in Καθαρμοῖς positi fuerint, veluti vss. 380 sq. 384-388; argumentum certe ab illis carminibus nequaquam abhorret. Sed certum de hoc statui nequit.

ἐκ ζώων ἐτίθει νεκρά — spectat ad animarum lapsum ex immortali conditione in mortalem. Sic superius vs. 178, de nascentibus dicit:

αἶψα δὲ θνήτ' ἐφύοντο τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι.

νεκρὰ igitur intelligendi *mortales*, fere sicut Euripides in decantato illo versu apud Clement. l. l. dicit:

τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, —

ut alia omittam. — ἐτίθει νεκρά, intell. ὁ δαίμων, πότμος, aut simile quid. — Pro εἴδε' ἀμείβων Buttmann. quem citat Sturz. conjecit κῆδε' ἀμείβων. frustra: hiatus ante εἴδεα non offendit, quia haec vox olim digamma habuit praefixum. cf. vs. 6.

Vs. 379. σαρκῶν ἀλλοιόχρωτι κτλ.) In textu minus recte exaratum est ἀλλοιοχρῶτι. Sensum hujus versiculi satis ostendunt haec Plutarchi verba: ἀλλάσσει δὲ ἡ Φύσις ἅπαντα καὶ μετοικίζει, »σαρκῶν κτλ." item haec Porphyrii: αὐτῆς γὰρ τῆς μετακοσμήσεως Εἱμαρμένη καὶ Φύσις ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους δαίμων ἀνηγόρευται, »σαρκῶν — χιτῶνι", καὶ μεταμπίσχουσα τὰς ψυχάς. Sed vulg. lectio, quam Sturz. sequitur, corrupta est: Plutarch. ἀλλογνῶτι, Stob. ed. ἀλλογνῶτι, codd. ἀλλογλῶτι, ἀλλοιχωτι, unde Heerenus jam legendum suspicatus est ἀλλοιοχρῶτι, recipere tamen non ausus. Wakefield. in Lucret. III, 613, et IV, 56, legi jubet ἀλλοχρῶτι. Aliquamdiu haesitavi, utrum reponerem αἰολόχρωτι an ἀλλοιόχρωτι; alterutrum certe verum existimo; illud metro convenientius videbatur, hoc sensui, nec tamen metro repugnans: nam licuit diphthongum οι in ἀλλοιο- corripere, aeque ac Homero id facere interdum licuit in ἔμπαιος (-⏑⏑), οἷος (⏑⏑), υἱός (⏑⏑); cujus generis exempla indicat Thiersch. Gr. Hom. § 168, 13. ἀλλοιόχρως significat *colores* sive *formas identidem mutans*, puta, hominum, bestiarum, arborum, sicut sqq. versibus describitur. Sensus igitur est: »Natura vel Necessitas animas variis deinceps corporum figuris, tanquam tunicis, induit." Idem brevius dicit supra vs. 137: γίγνεται ἀλλοιωπά. De *vestis* similitudine ad humanum corpus translata cf. Wakef. in Lucret. l. l.

Vs. 380 sq. ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ κτλ.) Versus, ut multum decantati, sic mirum in modum deformati; molestum adeo, omnes lectionis discrepantias referre. Tamen cupidis talium rerum satisfaciam. Prima statim verba Origenes ita exhibet: ἤτοι μὲν γὰρ ἐγὼ — Vitiosius Cedrenus: ἤτοι μὲν πρῶτα κοῦρος ἐγενόμην κόρη τε. Omitto librariorum peccata, velut quod

in Eustathio omittitur ποτ'; apud Arsenium pro hoc legitur αὖτ'. Neque pluris est, quod pro κοῦρός τε κόρη τε multi inverso ordine legunt κούρη τε κόρος τε, ut Athenaeus, Themistius, Philostratus, Cyrillus, Eustathius, Suidas. Major diversitas est in altero versu. Clemens et Arsenius εἰν ἁλὶ ἔλλοπος; Cyrillus εἰν ἁλὶ φαίδιμος; alii (teste Casaub. in Athen.) εἰν ἁλὶ νήχυτος. Plerique etiam longius discedunt: Laërtius ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος (cod. ἔμπειρος); Athenaei codd. ἐξ ἁλὸς ἔμπορος (ut Dind.), ἔμπνοος (ut Cas.) vel ἔμπυρος; Origenes uno loco ἔμπορος, altero ἔλλοπος; Olympiodorus ἄμφορος (ἔμπορος?); Philoponus rursus ἔμπορος; Eustathius ἔμπνοος; Anthologia Bosch. ἔμπυρος; deterius Cedrenus: καὶ θὴρ καὶ θάμνος καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπνοος ἰχθύς. Adde, quod pro θάμνος τ' οἰωνός τε, nonnulli, teste Oleario in Philostr. l. l. πτώμενος οἰωνός τε, et pro ἔμπορος J. Kuhnius in Laërt. l. l. conjecit ἔμπνυος ἰχθύς, *lactes habens* piscis. Ex ista varietate effecerit quis fortasse, Empedoclem hunc versum in carminibus suis bis terve varie scriptum dedisse, ut Sturzius opinatur. Quidni sane? — δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν, ut ajunt! Mihi tamen non fit probabile. Ex omni ista farragine duae lectiones prae ceteris se commendant: εἰν ἁλὶ ἔμπορος, id est propria significatione, ἁλίπορος, ἁλίπλοος, *maris navigator;* vel εἰν ἁλὶ ἔλλοπος, quod, probatum Stephano, Scaligero, Sturzio, recepi. ἔλλοπες, ἔλοπες (ἔλλοψ, ἔλωψ) a poëtis saepius cognominantur *pisces*, ut in Scut. Herc. vs. 212; Nicandr. Alex. vs. 481; de significatione autem ejus vocabuli jam antiquitus dubitatum: alii duxerunt ab ἴλλεσθαι et ὄψ, quasi ἴλλοπες, utpote ἰλλομένην καὶ καθειργομένην τὴν ὄπα ἔχοντες, *voce interclusi* sive *muti;* alii a λοπίς, *squama*, διὰ τὸ εἶναι λεπιδωτοί. Vid. Plutarch. Symp. VIII, 8 (Vol. VIII, p. 907 Reisk.); Athen. VII, p. 308 B; Eustath. Odyss. μ, p. 1720, 32. cf. intpp. Hesychii in v. Prior interpretatio probata Plutarcho et vulgo recepta est, quamquam recte animadvertit Casaub. in Athen. l. l. p. 538, ἴλλεσθαι non proprie significare εἴργεσθαι; quocirca ἔλλοπες, si significet *muti*, potius explicandum esse

ἐλλιπεῖς τὴν ὄπα. Et ita Hesychius: ἔλλοπες· ἐλλείποντες τῆς ὀπός, τουτέστιν, ἄφθογγοι, ἄφωνοι. Tamen haec quoque derivatio non admodum probabilis. Potius ducatur, ut placet Schneidero in Lex. Gr., ab ἐλλός, ἐλλός, quod cognatum est verbo ἔλω (εἰλέω, ἑλίσσω), *volvo, agito*. Sic in Odyss. *τ*, 228, ἐλλὸς vocatur *hinnuleus*, propter *agilitatem* ita nominatus; Sophocles Aj. 1297 Br. ἐλλοῖς (ἔλλοις) ἰχθύσι dicit, ad exemplum cyclici poëtae, qui dixerat χρυσώπιδες ἰχθύες ἐλλοί, vid. Athen. Deipn. VII, p. 277 D. Ab ἐλλός et ὄψ factum ἔλλοψ, ἐλλοπίς, *hinnuleo similis*, i. e. *velox*; et ἐλλόπους, *agilis pede, volucer*. Hesychius: ἐλλόπιδας (Heins. et Kust. ἐλλόποδας, ex Etymol. M.). ἡ λέξις παρὰ Κρατίνῳ, γέγονε δὲ παρὰ τοὺς ἐλλούς, καὶ λέγει κοινῶς τοὺς νεβροὺς καὶ τοὺς στρουθοὺς ἢ νεοττοὺς ὄφεως, ἀπὸ τοῦ ἄλλεσθαι. rectius dixisset, ab ἑλίσσεσθαι. Eodem sensu Nicander Ther. 490, ἔλοπας vocat ἀσθενεῖς ὄφεις, interprete Schol. Haec potestatem vocabulorum ἐλλός et ἔλλοπος satis videntur illustrare: nam ἔλλοπος aut per metaplasmum pro ἔλλοψ accipiendum, aut mutato accentu scrib. ἐλλόπος pro ἐλλόπους, ut dicitur ἀελλόπος, ἀρτίπος, pro -πους, Iliad θ, 409; ι, 505. Nihil enim obstat, quominus ἐλλόποδες appellentur pisces, quum similiter serpentes appellati sunt, ut modo legimus. Caeterum vocabulum doctius est quam ut ab imperita manu profectum putetur. Quod ad sententiam attinet, veteres in hoc agnoscunt aemulum Pythagorae, quem ipsum cum Empedocle confudit Jo. Chrysostomus, hos versus spectans, Hom. II in Joann. c. 2; T. VIII, p. 10 Montf. Πυθαγόρας δὲ τὴν μεγίστην Ἑλλάδα καταλαβὼν καὶ γοητείας ἐπιδείξας εἴδη μυρία, . . . καὶ ἀνθρώπους ἀφεὶς διδάξαι τι τῶν χρησίμων, ἐπαίδευσεν, ὅτι ἴσον ἦν κυάμους φαγεῖν καὶ τὰς τῶν γεννησαμένων κεφαλάς· καὶ τοὺς συνόντας ἔπειθεν, ὅτι δὴ ἡ τοῦ διδασκάλου ψυχὴ »ποτὲ μὲν θάμνος ἐγένετο, ποτὲ δὲ κόρη, ποτὲ δὲ ἰχθύς." Idem dictum sugillant Basilius M. Hexaëm. VIII, 2; T. I, p. 71. Bened. Hermias Irris. Gentil. p. 176 B; Tertullian. de Anim. c. 32; jam ab aliis citati. Imitatur Tibullus Eleg. ad Messalam, IV, 1, vs. 207 sq.

Vss. 382 sq. ἐν θήρεσσι λέοντες κτλ.) Etiam haec ad metempsychosin spectant. Sensum declarant Aeliani verba his versibus praemissa: λέγει καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἀρίστην εἶναι μετοίκησιν τὴν τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὲν εἰς ζῶον ἡ λῆξις αὐτὸν μεταγάγοι, λέοντα γίγνεσθαι, εἰ δὲ εἰς φυτὸν, δάφνην. Ratio in promtu est. Laurus nobilissima arborum maximeque divina; de cujus laudibus vid. intpp. in Geopon. XI, 2, p. 789 sq. ed. Niclas. cf. vs. 419. Leo autem ferarum rex; de quo similiter Hermes in Stobaei Ecll. I, 52, p. 958: αἱ δικαιότεραι δ' ὑμῶν καὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον μεταβολὴν ἐκδεχόμεναι, εἰς μὲν ἀνθρώπους, βασιλεῖς δίκαιοι, φιλόσοφοι γνήσιοι, κτίσται καὶ νομοθέται, μάντεις ἀληθεῖς (cf. Emped. vs. 384 sq.) — εἰς δὲ πτηνὰ, αἰετοί, — εἰς δὲ τετράποδα, λέοντες· ἰσχυρὸν γὰρ τὸ ζῶον, καὶ φύσεως ἔτυχεν ἀκοιμήτου τρόπῳ τινι, καὶ φθαρτῷ σώματι τὴν ἀθάνατον γυμναζόμενον φύσιν. Cum his congruit quod Plato Phaedon. p. 81 sq. dicit, unumquemque in talia bestiarum corpora migrare, quae ipsius indoli maxime conveniant. — Schol. Aphthon. hos versus Orpheo tribuit: perperam; Empedocli adjudicarunt jam pridem Hemsterh. in Lucian. Dial. Mort. 20; T. 1, p. 415; et Valcken. de Aristob. p. 85. Caeterum ἐν θήρεσσι λέοντ. scholiastes, rectius quam Aelianus ἐν θηρσὶ δὲ λέοντες; contra hic melius ἐνὶ δένδρεσιν, pro quo ille ἐν δένδρεσιν.

Vss. 384-386. εἰς δὲ τέλος μάντεις κτλ.) Tandem, postquam necessitatis orbem expleverint et varios mutationum gradus percurrerint, in praestantiores evehuntur naturas, ut reges, vates, cet. hinc ad Deos transeunt. Cum his rursus comparanda quae apud Platonem in Phaedr. p. 248 D, leguntur, ubi animarum lapsum in humana corpora enarrans, alias in deteriora hominum genera migrare dicit, optimas vero εἰς γονὴν ἀνδρὸς γενησομένου φιλοσόφου; quae his proximae, εἰς βασιλέως ἐννόμου ἢ πολεμικοῦ καὶ ἀρχικοῦ, κτλ. cf. Hermes in Stob. Ecll. Phys. l. l. Cum postremo vs. ἔνθεν ἀναβλαστοῦσι θεοὶ — concinunt fere illa Platonis in Phaedon. p. 82 D: εἰς δέ γε θεῶν γένος μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ ἀπιόντι οὐ θέμις ἀφ-

ἱκνεῖσθαι ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ. Quem locum Plato philosopho, eundem Empedocles vati adsignat.

ἰητροί, primâ contra morem correptâ, uti vs. 433; contra productâ eâdem legitur vs. 435; corripit item Diogen. Laërt. III, 45, ut notat Sturz. — πρόμοι vocantur hîc non solum πρόμαχοι, ut apud Homerum, sed generatim *principes* (βασιλεῖς, ἀρχικοί, ut Plato supra appellat); quo sensu idem vocabulum legitur in Euripid. Iphig. Aul. 699. — Pro ἔνθεν ἀναβλαστοῦσι Theodoretus deterius ἔνθ' ἀναβλαστάνουσι.

Vs. 387 sqq. ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέστιοι, κτλ.) Haec non minus profecto νεανικά, quam quae Musaeus et Eumolpus justis pollicebantur; quae tangit Plato de Rep. II, 6, p. 363 C: ἐς ᾅδου γὰρ ἀγαγόντες τῷ λόγῳ καὶ κατακλίναντες καὶ ξυμπόσιον τῶν ὁσίων κατασκευάσαντες, ἐστεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας, ἡγησάμενοι κάλλιστον ἀρετῆς μισθὸν μέθην αἰώνιον. Concinunt in hoc fere omnes poëtae; sic Homerus de Hercule Od. λ, 602:

αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
τέρπεται ἐν θαλίῃς.

Similiter Hesiodus de aureo hominum seculo, Op. et D. vs. 112 sqq. Pindarus de beatis, Olymp. II, 67-74. cf. Astii comment. in Platon. de Rep. p. 401 sq. adde quae apud ipsum in Phaedon. p. 69 C, de initiatis praedicantur. Etiam illud, bonos post mortem ad Deos evehi, vetus et pervagata fuit opinio: sic Hesiodus jam l. l. vs. 122, de aureo illo genere praedicat:

τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς.

quo spectat Plato Cratyl. p. 398 B. Praesertim appositi sunt ultimi illi versus ex Aureo carmine:

ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Ceterum in Empedoclis versu primo pro ἔν τε τραπέζαις Euseb. perperam αὐτοτράπεζοι, quod significaret *soli epulantes*. Alter versus a Scaligero ad Steph. Poës. phil. emendatus est, quum vulgo vitiose legeretur ita: ἐόντες ἀνδρείων Ἀχαιῶν ἀπόκληροι

ἀπηρεῖς. Pro Ἀχαιῶν jam Steph. ed. ἀχέων. Vox ἀπόκληροι tamen in Scaligeri ms. Leyd. retentum est, puto, calami vitio: nam ἀπόκηρος (ἀκήριος), *fati immunis*, etsi alibi non legatur, tamen analogiae congruum et unice hic conveniens. — εὔνιες ἀχέων, simili significatione supra vs. 233: εὔνιδες ὤμων.

Vss. 389-400. Ὦ φίλοι — εὐηχέα βάξιν.) Versus illos principium fuisse τῶν Καθαρμῶν, testatur Laërtius VIII, 54: αὐτὸς ἐναρχόμενος τῶν Καθαρμῶν φησίν· »Ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κτλ." Animadvertendum Empedoclem hic cives seu populum alloqui; in physicis contra semper ad singularem personam, Pausaniam, loqui: cf. vss. 86, 101, 113, 124, 150, 164, 182, 250. Unde effici licet, etiam alios locos, in quibus plurali numero utitur, ut vss. 407 sqq. 416-422, non e physicis, sed carminibus lustralibus esse petitos. Nec mirum: carmina enim haec non uni vel paucis, sed multitudini et populo destinata erant. Illud autem, e quibus hi versus desumti sunt, carmen poëta quasi vaticinans in conventu quodam principum Agrigentinorum (hi enim habitabant ἀν' ἄκρα πόλευς) vel ipse recitasse videtur vel scriptum ad eos misisse.

Vs. 389 sq. οἳ μέγα ἄστυ — ἄκρα πόλευς κτλ.) Laërtii cod. Vind. vitiose: ἢ μέγα. Verba sic jungenda: οἳ καταναίετε ἄστυ ξανθοῦ Ἀκράγαντος. A c r a g a s nominatus erat et mons in quo urbs sita, et flumen eam alluens. Hîc flumen intelligitur; similiter Pindarus Olymp. II, 10, A g r i g e n t u m vocat ἱερὸν οἴκημα ποταμοῦ. Huc spectat fortasse illud quod apud Laërt. VIII, 63, his versibus adscriptum est: μέγαν δὲ τὸν Ἀκράγαντα εἰπεῖν φησι Ποταμίλλα, ἐπεὶ μυριάδες αὐτὸν κατῴκουν. quae sic corrigenda puto: μέγαν δὲ τὸν Ἀκράγ. εἶναί φησιν, ἐπεὶ — et Ποταμίλλα mutandum in ποταμὸν ἄλλοι (uti cod. Palat. habet), idque, tanquam glossam vocabuli Ἀκράγαντα, in marginem rejiciendum. Fluvius autem ille, teste Aeliano Var. Hist. II, 33, sacer erat Agrigentinis et formosi juvenis specie (παιδὶ ὡραίῳ εἰκάσαντες) cultus: unde fortasse ξανθὸς cognominatus est, vel

etiam ob aquarum colorem, ut *flavus Tiberis*, Horat. Od. I, 2 pr. Intelligitur inde, perperam Bergkium pro ξανθοῦ corrigi voluisse ζαθέου Ἀκράγαντος. — ἂν ἄκρα πόλευς edidi secutus Stephan. Scaliger. Menagium, Anthologiam. Editiones et codices varie: ναίετ' ἂν ἄκρα πόλεως, ἄκρην πόλεως, ἄκρων πόλεως, πόλευς, πόληος, πόλιος. Vid. intpp. in Laërt. l. l. et Bosch. in Anthol. T. IV, p. 383. Sturzius edidit πόλιος (sicut Villoisonus scripsit Iliad. β, 811), πόλευς vero, ut Aeolicam formam, sprevit; tametsi idem usurpat Theognis vs. 776 (758 Welck.). cf. Maittair. de Dial. p. 248 sq. ed. Sturz. Empedocli istam formam non magis abjudicare ausim quam vs. 328 φιν pro σφιν, et mox ὕμμιν pro ὑμῖν. — ἂν ἄκρα πόλευς est idem quod ἐν πόλει ἄκρῃ, ubi habitabant principes et reges. cf. Iliad. ζ, 317.

Vs. 391. ξείνων αἰδοῖοι λιμένες κτλ.) Versum hunc, quem Diodorus separatim memorat, ab Empedocle in laudem Agrigentinorum dictum narrans, Sturzius hîc interposuit; quo loco aptior esse nullus poterat. — ξείνων λιμένες iidem qui vulgari consuetudine ξεινοδόκοι appellantur; congruum his adject. αἰδοῖοι, *laude digni, generosi*. Bergkius vero corrigit αἰδοίων (ξείνων), parum recte: nam licet centies occurrat ξεῖνοι αἰδοῖοι, hîc tamen illud epitheton non tam in ξείνους convenit quam in ξεινοδόκους s. Agrigentinos, quorum laudes praedicantur. Sed putaverit forsitan, αἰδοῖοι parum recte jungi cum λιμένες; at ita saepius poëtae figurato nomini addunt adjectivum proprium, in quo est quaedam dictionis δριμύτης, quam veteres etiam in Empedocle agnoscunt. Multa hujus generis e Tragicis et Lyricis poëtis conquiri possint exempla; pauca, quae subeunt, e Pindaro afferam: Olymp. II, 7, *Theronem Agrigentinum* appellat εὐωνύμων πατέρων ἄωτον ὀρθόπολιν. Pyth. I, 50, *regnum* vocat πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον. Pyth. XI 19, *oraculum Delphicum* praedicat γᾶς ὄμφαλον ὀρθοδίκαν. His locis adjectiva ὀρθόπολις et cetera proprie non conveniunt nominibus ἄωτον, στεφάνωμα, ὄμφαλος, quibus junguntur, sed personis

rebusve intellectis, *Theroni*, cet. Similiter h. l. αἰδοῖοι spectat ad cives Agrigentinos.

Vs. 392. ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς κτλ.) ὔμμιν dedi e Philostrato et Suida, probante Menagio; ceteri ὑμῖν; vitiose Cedrenus: ἔγω δ' εἰμὶ θεὸς κτλ. ὔμμιν per pleonasmum, ut dici solet, adjectum. — θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός, dicitur quoque in versiculo Aurei carminis supra citato; sed Empedocles jam vivus sibi honorem adeptus videtur mortuis debitum.

Vs. 395. στέφεσίν τε θαλείοις legitur in Anthol. apud Steph. et Scaligerum; multi θαλείαις; Menagius et Sturz. θαλείης.

Vs. 395 sq. τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι κτλ.) Verba sic jungantur: τοῖσιν εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλ., σεβίζομαι ἅμα ἀνδρ. — τοῖσιν refertur ad praecedens πᾶσι, quemadmodum verbo ἵκεσθαι saepe dativus commodi, qui appellatur, jungitur; ἅμα autem hyperbaton facit, ut interdum fit, e. g. in Herodot. IV, 160: κτίζοντες δ' ἅμα αὐτὴν, ἀπιστᾶσι ἀπὸ τῶν Κυρηναίων τοὺς Λίβυας, pro κτίζοντες δ' αὐτὴν, ἅμα ἀπιστᾶσι κτλ. et saepe alibi.

Vs. 398 sqq. οἱ δ' ἐπὶ νούσων κτλ.) Laërt. et Anthol. οἱ δέ τι νούσων παντοίων ἐπύθοντο κτλ. omisso medio versu, δηρὸν δὴ χαλεπῇσι κτλ. Clemens vero hunc locum memorans dicit: παρακολουθεῖν τε αὐτῷ ἔλεγεν, τοὺς μὲν μαντοσυνῶν κεχρημένους, τοὺς δ' ἐπὶ νούσον σιδηρὸν (ἐπὶ νούσοισι δηρὸν) δὴ χαλεποῖσι πεπαρμένους — Ex abruptis his et depravatis Clementis verbis optime Bergkius versum illum effecit, quem edidi: δηρὸν δὴ χαλεπῇσι πεπαρμένοι ἀμφ' ὀδύνῃσιν. — Ad dictionem illustrandum adhibet Archiloch. in Stob. Floril. 62, p. 397. in Gaisfordii Poëtt. Min. Gr. T. III, p. 104 ed. Lips. et quae ibi plura contulit Jacobs. Versus autem ille, quum mediae sententiae interjectus sit, quam facile excidere potuerit, nemo non videat. — Caeterum οἱ δ' ἐπὶ νούσων, pro οἱ δέ τι νούσων, recte jam a Sturzio editum.

εὐηχέα βάξιν e conjectura Scaligeri in ms. Leyd. et Rittershusii in Porphyr. vit. Pyth. p. 37, recepi pro vulg. εὐηκέα β.

Nam εὐηκὴς duplicem habet significationem, *acutus* et *vigens* s. *valens*; priore significatione vulgo usitatum (uti et simplex ἠκές, teste Hesychio, quamquam rarius); neutra vero in h. l. convenit. Sed possit etiam notare *medicabilis* vel *medicans*, quo sensu occurrit δυσηκής. Hesychius: δυσηκῆ, δυσακῆ, δυσίατον. Hoc quidem sensu, quamvis inusitatum, posset h. l. explicari *medicantia verba*, quod ad remedia morborum spectet. Empedocles tamen non solum de morborum remediis, sed etiam de vaticiniis loquitur: in utrumque quadrat βάξις εὐηχής. Nam εὐηχὴς et δυσηχὴς proprie notant *sonitu* s. *auditu gratum* vel *ingratum*, quo sensu hoc supra vs. 293; inde, aucta verbi potestate, δυσηχὴς notat *detestatus*, *horridus*: ut πόλεμος, θάνατος δυσηχής, apud Homerum; φόνος δυσηχής, *caedes nefanda*, in Emped. vs. 416; ergo contrarium εὐηχής significabit *dulcis*, *propitius*, quo sensu pariter εὔφημος usurpatur, idque cum vocabulo βάξις optime congruit. Ecce vero Hesychius habet: εὔηκες, εὐήκοον. apud quem tamen non dubito quin corrigendum sit εὐηχές, sive ipsius Lexicographi sive librariorum incuriae vitium istud tribuendum sit.

Vs. 401 sq. Ἀλλὰ τί τοῖςδ' ἐπίκειμ' κτλ.) Etiam his versibus, quos Sextus post praecedentes citat, suam Empedocles extollit praestantiam; fortasse ex eodem carmine ac superiores sunt desumti. Certe istud τοῖςδε apte referri potest ad artes illas, quibus modo gloriatus est. — πρήσσων scripsi pro πράσσων e consuetudine Homerica, similiter supra vs. 82 legitur ἄπρηκτον.

Vss. 403-405. οὐ πέλεται — ἀπλέτου αὐγῆς) Praeclara sententia, ad quam illustrandam non alienum erit Aristotelis l. l. verba hîc describere: ἔστι γὰρ, ὃ μαντεύονταί τι πάντες, φύσει κοινὸν δίκαιον καὶ ἄδικον, κἂν μηδεμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ᾖ μηδὲ συνθήκη, οἷον καὶ ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη (vs. 456 Br.) φαίνεται λέγουσα, ...

οὐ γάρ τι νῦν τε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
ζῇ τοῦτο, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.

καὶ ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει περὶ τοῦ μὴ κτείνειν τὸ ἔμψυχον· τοῦτο

γὰρ οὐ τισὶ μὲν δίκαιον, τισὶ δ' οὐ δίκαιον, »ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων νόμιμον κτλ." Primum versum: οὐ πέλεται τοῖς μὲν θεμιτὸν τόδε — e notatis Aristotelis verbis effinxi ad exemplum Sturzii, qui dedit:

οὐ πέλεται τοῖς μὲν δίκαιον τόδε, τοῖς δ' ἀθέμιστον.

τὸ πάντων νόμιμον, ut ex Aristotele discimus, spectat ad caedis abstinentiam, et intelligi videtur *commune jus vitae et animae*, omnibus animantibus a natura tributum. Sic de Pythagora Laërtius dicit VIII, 13, eum vetare, ἅπτεσθαι τῶν ζώων, κοινὸν δίκαιον ἡμῖν ἐχόντων τῆς ψυχῆς. Eodem spectat Sext. Emp. adv. Math. IX, 127: οἱ μὲν οὖν περὶ Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ τῶν Ἰταλῶν πλῆθός φασι, μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναί τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων· ἓν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου διῆκον ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἑνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα· διόπερ καὶ κτείνοντες αὐτὰ . . . ἀσεβήσομεν. Ergo *commune illud jus* pertinet διά τ' αἰθέρος, i. e. *per aërem* (cf. annot. ad vs. 105.), quo omnes animantes vescuntur, διά τ' αὐγῆς, *per lucidum coelum* (ut vs. 127), in quo Dii degunt. — Scaliger ad vocabulum αὐγῆς in margine annotavit lect. αὖ γῆς. Codices variant; hoc perperam recepit Bekkerus, quem plures sunt secuti, qui loci sensum parum habuerunt perspectum. — ἠνεκέως pro διηνεκέως, ab Empedocle fortasse inductum, ut putat Hermann. Elem. doctr. metr. p. 54; certe ante eum in nullo scriptore reperitur; postea plures usurparunt, ut Aratus et Nicander.

Vs. 406. νηστεῦσαι κακότητος.) Dictum μέγα καὶ θεῖον, ut ait Plutarchus: jejunium, vulgo in καθαρμοῖς praecipi solitum, non tam ad corporis quam animi castitatem referendum docet. Simili modo Euripid. Bacch. 73 sqq. laudat eum, qui τελετὰς θεῶν

εἰδὼς, βιοτὰν ἁγιστεύει,
καὶ θιασεύεται ψυχάν.

Vss. 407-409. Ὦ φίλοι — πίστιος ὁρμή.) Cur hos versus, quos Sturzius ad Physica retulit, potius ad Καθαρμοὺς referendos

duxerim, ostendent ea quae supra animadverti ad vs. 389-400. Verba sic jungenda: *πίστιος ὁρμὴ εἰς φρένα ἀργαλέη καὶ δύσζηλος τέτυκται ἀνδράσι.* Dictio *πίστιος ὁρμὴ εἰς φρένα* similis est ei quem modo habuimus vs. 358: Πειθοῦς ἁμαξιτὸς εἰς φρένα. *τέτυκται* idem valet quod *ἐστί*, quo sensu saepe occurrit apud Homerum. Itaque sententia verbum de verbo sic reddenda: *Molestus admodum et invidiosus est hominibus fidei impetus* sive *incessus in mentem.* Credo, Empedoclem spectasse ad facta sua divina, quae, ut invidiosa, ab hominibus non facile creditum iri intelligeret. Concinit fere cum hoc dicto nota illa Thucydidis sententia, II, 35: *μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι, ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαστος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσε· τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν.* Similis color est in Empedoclis vss. 84-86. Caeterum in primo versu cum Sturzio scripsi *ὅτ' ἀληθείη*, quod Hoeschelio debetur; vulgo vitiose *ἔκ τ' ἀληθείη*; ed. Colon. *ἔτ' ἀληθείη.* in secundo versu Steph. item vitiose *ἐγώγ' ἐξερέω* pro *ἐγὼ ἐξ.*

Vs. 410-416. Μορφὴν *δ' ἀλλάξαντα κτλ.*) Poëta a victimarum caede homines deterrens, ejus facti crudelitatem his versibus pingit. Victimas qui caedit, caedit suos ipse cognatos, parentes, liberos, in brutorum corpora mutatos. E lustralibus carminibus versus hos excerptos esse, tam propter argumentum quam dictionis colorem probabile. Cum his comparandus Ovidii locus, Met. XV, 75, quem supra ad vs. 364-377 jam tetigi, ubi similiter Pythagoram loquentem inducit.

Empedoclis verba apud Sextum nonnullis partibus depravata sunt, quae correxi. Prima verba: Μορφὴν *δ' ἀλλάξ. . . νήπιος*, bene se habent; nam Origenis lectio: *καί τις φίλον υἱὸν ἀ. σφάξει*, manifesto ex incuria fluxit memoriter verba recitantis; deinceps vero Sextus pergit: *μέγα νήπιος· οἱ δὲ πορεῦνται λισσόμενοι θύοντες, ὁ δ' ἀνήκουστος ὁμοκλέων, σφάξας, ἐν μεγάροισι* — Haec manifesto corrupta. Quinam sunt isti *οἱ δ'*? an pater et filius? non fert sensus. Ergo pater cum

amicis vel famulis una sacrificantibus. Quis porro ὁ δ' ἀνήκουστος? item pater filium mactans. At istud ἀνήκουστος manifesto oppositum est praegresso λισσόμενοι, quae ambo igitur ad eandem personam pertinere absurdum. Si ἀνήκουστος dicitur de patre, λίσσεσθαι in filium dici debuit. Stephanus scripsit, approbante Sturzio, οἱ δὲ πορ. λισσόμενον θύοντες — quod praestat sane vulg. lectioni, nec tamen satisfacit. Nam quam durum est illud οἱ, quum praecesserit πατὴρ; qualis est autem iste verborum nexus: πατὴρ υἱὸν σφάζει, οἱ δὲ (ἀμφὶ τὸν πατέρα) πορεῦνται θύοντες, ὁ δὲ (πατὴρ) σφάξας κτλ. Necessarium est, pronomina ista οἱ δὲ et ὁ δὲ, quae sibi opposita sunt, non ad eandem, sed ad diversas personas spectare. Denique θύοντες *sacrificandi* notione primam habet brevem, quae hîc producitur; quocirca non *mactare*, sed *furere* significat. Emendandi viam monstravit Scaliger, qui in ms. pro λισσόμενοι legit λισσόμενος, et verbis οἱ δὲ πορεῦνται in margine conjecturam apponit: ὃς δὲ πορεῦται. Hoc secutus sum, et deinceps, flagitante sensu, θύοντες in θύοντα (*furentem*) mutavi. Restabat vitiosum ἀνήκουστος, cujus prima syllaba perperam producitur; metro succurri scribendo ἀνηκούστησεν, et post σφάξας inserui conjunctionem δ'. Video tamen leniore medicina emendari sic potuisse: ὁ δ' ἀνήκουστος ὁμοκλείων (s. ὁμοκλάων), σφάξας ἐν μεγ. — Syllaba -τος ob arsin produci potuit, quod saepius fit, quum tres breves deinceps sequuntur. Jam sententiae membra apte sibi respondent: »Pater filium ad aram trahit; hic supplicat saevienti; ille non motus precibus victimam caedit.” Quod filius fingitur supplicans patri mactanti, elegans est et sensui Pythagoreorum conveniens; simile est illud quod de Pythagora fertur, relatum a Menagio Obss. Laërt. VIII, 50, p. 378: βοῦν θύεσθαι μέλλοντα ὁρῶν μυκησάμενον, ἀνδρὸς, ἔφη, ψυχὴν ἐμοὶ φιλτάτου κέκτηται, καὶ διὰ τοῦ μυκήματος προςαγορεύει με ταλαίπωρος. Formam πορεῦται pro -εύεται supra tetigi ad vs. 269. Caeterum comparentur haec Ovidii l. l. vs. 130:

Victima labe carens et praestantissima formâ . . . .
Sistitur ante aras, auditque ignara precantem.

Vs. 415. *θυμὸν ἀποῤῥαίσαντε*, scripsi pro vulg. *θυμ. ἀποῤῥαίσαντα*, quod caret sensu; dualis numerus recte ponitur, quum referatur ad ambo quae praecedunt: *υἱὸς πατέρα ἑλὼν* et *παῖδες μητέρα ἑλόντες*. Caeterum cf. supra vs. 377.

Vs. 416 sq. *Οὐ παύσεσθε κτλ.*) Pro *φόνοιο δυσηχέος* Bergkius corrigit *φ. δυσηκέος*, ad similitudinem vs. 400, ubi vulgo legebatur *εὐηκέα βάξιν*. Utrumque, ni fallor, vitiosum: *εὐηκέα* potius in *εὐηχέα* mutandum supra ostendi, ubi utriusque vocabuli sensum explicui. Cum his concinit plane Ovidius, ibid. vs. 174:

Parcite, vaticinor, cognatas caede nefanda
Exturbare animas.

ubi *nefanda* idem quod hîc *δυσηχής*; *exturbare animas* respondet verbo *ἀποῤῥαίειν θυμόν*. Item vs. 141 sq.

Cumque boum dabitis caesorum membra palato,
Mandere vos vestros scite et sentite colonos.

Vs. 418. *κυάμων — ἔχεσθε.*) Geopon. *ἔχεσθε*, Gellius *ἔχεσθαι*, antiqq. edd. *ἕλεσθαι*. Faba abstinendum vetus est praeceptum, pervulgatum tamen magis quam explicitum; pertinet quippe ad mysteria; de quo vellem idem posse dicere, quod in talibus solet parens historiae, *τούτου μοι πέρι εὔστομα κείσθω!* Sed locus explicationem postulat. Multi de hoc placito scripserunt, tam antiqui quam recentiores: ex his praecipue nominandi Lilius Gyraldus Pythag. Symb. p. 649; Rittershus. in Porphyr. Vit. Pyth. nr. 43; Menag. Obss. Laërt. VIII, s. 24 et 34; Hemsterh. in Lucian. Dial. mort. XX, § 3, et Vit. auct. § 6 (T. I, p. 415 et 545); Sturzius in Emped. p. 654 sq. Lobeck. Aglaoph. p. 249 sq. aliique ab illis citati. Veterum scriptorum loci, in quibus hac de re mentio fit, hi potissimum consulendi: Diogenes Laërt. VIII, 24 et 34, testem adhibens Aristotelem; Gellius N. A. IV, 11, Aristoxenum laudans et Callimachum fragm. 128; Cicero de Div. I, 30, et II, 58; Plinius H. N. XVIII, 12; Didymus in Geopon. II, 58 ed. Nicl.

Plutarch. de Puer. educ. Vol. VI, p. 42, et Symp. II, 3, Vol. VIII, p. 519; Sextus Emp. Pyrrh. hyp. III, s. 224; Jamblich. Vit. Pyth. s. 109; idem Protrept. extr. Symb. 37; Porphyr. Vit. Pyth. s. 44; Anonym. (e Photio) Vit. Pyth. s. 7; Pseudo-Origen. Philos. c. II, p. 42 Wolf. Apollon. Dysc. Mirab. hist. c. 46; Eudocia p. 368; Suidas in Συμβ. Πυθαγ. Eustath. Il. ν, p. 948. Tangunt praeterea Clemens Alex. Strom. III, p. 435 D; Chrysostom. Hom. II in Joh. c. 2; Gregor. Naz. Or. XXIII, p. 535 C; Lucian. Dial. Mort. 20, et Vitar. auct. § 6. Jam fontes indicavi; de sententia pro re breviter agam. Sunt in eo plura, de quibus dubitatur: num κύαμος sit idem qui vulgo *faba* appellatur, an ab illa diversus; num praeceptum illud Pythagorae tribuendum sit necne; denique utrum propric an symbolice intelligendum. De quibus, quae maxime probabilia sint, summatim exponam. Κύαμος intelligendus videtur non vulgaris faba, sed ἡ Αἰγύπτιος κύαμος, secundum Sprengel. Hist. rei herb. I, 30; cf. Niclas in Geopon. l. l. Hesych. in v. et ibi intpp. Ipsum quoque illud praeceptum ex Aegypto repetendum: Aegyptiis enim sacerdotibus κύαμον tangere nefas habitum, teste Herodoto, II, 37; cf. Plutarch. Symp. VIII, 8. Vol. VIII, p. 908. Hinc in Graecorum et Romanorum mysteria et religiones dimanavit. Sacrum his erat praeceptum, teste Pausania VIII, c. 15, in cultu divino a faba abstinendum: Eleusinii sacerdotes et omnino mysteriorum antistites eam detestabantur; similiter Romae, ut tradidit Varro, Flamini Diali nec tangere nec nominare fabam fas erat; contra in parentando et coenis funebribus adhibita. Vid. Plinius l. l. et quos citat Lobeck. p. 253 sq. Idem mos fuit in sacris Orphicis, unde etiam praeceptum illud vulgo Orphicum solet haberi. Ad Pythagoram vero et Pythagoreos quod attinet, communis est omnium veterum opinio, eos a fabis abstinuisse; unus obstat Gellius l. l. contrarium ostendens ex Aristoxeno qui scripsit, Pythagoram nullo legumento lubentius usum: Πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασε, λίαν κινη-

τικόν τε γὰρ εἶναι καὶ διαφορητικόν· διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ. Addit Plutarchi testimonium ex Aristotele ductum: Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας καὶ καρδίας καὶ ἀκαλήφης καὶ τοιούτων ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς Πυθαγορικοὺς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις, i. e. abstinuisse ab animantium corde et vulva, ab urtica (quod est animal marinum) aliisque ejus generis; ceteris vero rebus pro alimento usos. His vero opponatur testimonium non minus grave, item ab Aristotele depromtum, apud Diogenem Laërt. VIII, 34, qui scribit: φησὶ δὲ Ἀριστοτελῆς ἐν τῷ περὶ τῶν κυάμων, παραγγέλλειν αὐτὸν (Πυθαγόραν) ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι — addit et alias explicationes, quas mox memorabo. Illud περὶ κυάμων pars fuisse videtur libri Aristotelis de Pythagoricis s. de Pythagorica philosophia. Ex his autem effici posse censeo, Pythagoram fabae quidem legumen non aversatum, praeceptum tamen illud κυάμων ἀπέχεσθαι e prisca religione retinuisse, arcano scilicet sensu; sequentes vero Pythagoreos, cum Orphicis fere congruentes, in servando hoc ritu fuisse religiosiores: hinc vulgari famâ placitum illud ut Orphicum idemque Pythagoricum decantatum esse. Quod vero ad sensum attinet, plurimi praeceptum illud διαιτητικὸν fuisse tradunt, valetudinis caussa praescriptum: quoniam e communi veterum medicorum judicio faba magnam habeat inflationem, mentis tranquillitatem impediat, corpoream voluptatem incitet, ideo eâ interdictum fuisse. Ita Cicero, Plinius, Didymus, Laërtius (VIII, 24.), scriptor vitae Pythag. apud Photium, Apollon. Dyscolus, alii, existimant. cf. Niclas. in Geopon. II, 35, p. 180. Plerique vero arcanum quendam ei tribuunt sensum, cujus praecipuas explicationes breviter memorat Laërtius l. l. ex Aristotele: ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι ᾅδου πύλαις· ἀγόνατον γὰρ μόνον· ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν· κληροῦνται γοῦν αὐτοῖς. Singula haec interpretari longum foret; consulantur de eo interpretes, quos supra laudavimus; addunt et alias explicationes: quod semen oleat (Lucian.), quod in ejus flore literae lugubres reperiantur (Plin. Didym.),

alia, ad quae explicanda Oedipo opus foret. Caeterum haud dubium, utramque rationem, et valetudinis illam et alteram quandam magis reconditam, in hoc praecepto conjunctam fuisse. Nam quum κύαμος vile esset legumen et cuivis parabile, hinc facile in parentationibus usurpatum et Orci symbolum habitum; cumque idem corpus animumque gravet, facile corporeae item libidinis symbolum haberi potuit et τῶν αἰδοίων signum: ut κυάμων ἀπέχεσθαι idem fere valeat atque *a Venere temperandum!* In hanc sententiam multi veteres Empedoclis versum interpretati sunt, teste Gellio l. l. qui dixere, κυάμους hoc loco *testiculos* significare, eosque Pythagoreorum more symbolice ita appellatos, quia sint εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ καὶ αἴτιοι τοῦ κυεῖν. Itaque Empedoclem in hoc versu homines non proprie a fabulo edendo, sed a rei Venereae proluvio voluisse deducere. Haec Gellii interpretatio haud sane improbabilis est. Derivatio enim vocis κύαμος a κύειν non aliena a philosophorum illius temporis ingenio; quin etiam vulgari usu κυαμίζειν dicuntur puëllae quasi *turgescentes* s. viro maturae. Ab eadem vero illa τοῦ κυάμου significatione etiam alia hujus praecepti explicatio duci potest, non moralis illa, sed naturalis, quae nescio an Empedoclis menti magis conveniat. Maneat, κυάμους symbolice *testiculos* significare; jam testiculi sunt vitae origo: idcirco igitur nefas duxerit Empedocles κυάμους tangere, quia hos edendo quasi vitae nostrae originem insultemus et perdamus. Ob eandem rationem multi Orphici et Pythagorici ab ovis quoque, item ab animalium cerebro, medulla, corde, aliisque partibus, in quibus praecipue vitae vis insit, abstinere jusserunt. Quo spectat Plutarchi locus Symp. II, 3, princ. p. 519, ubi narrat, se aliquando ab ovis abstinentem convivis in suspicionem venisse, ἐνέχεσθαι δόγμασιν Ὀρφικοῖς ἢ Πυθαγορικοῖς, καὶ τὸ ᾠὸν, ὥσπερ ἔνιοι καρδίαν καὶ ἐγκέφαλον, ἀ ρ χ ὴ ν ἡγούμενος γ ε ν έ σ ε ω ς, ἀφοσιοῦσθαι. Quibus deinceps haec addit: καὶ προὔφερεν Ἀλέξανδρος ὁ Ἐπικούρειος ἐπὶ γέλωτι τὸ "ἶσόν τοι κυάμους ἔσθειν κεφαλάς τε τοκήων," ὡς

δὴ κυάμους τὰ ᾠὰ διὰ τὴν κύησιν αἰνιττομένων τῶν ἀνδρῶν. Haec interpretatio a nostra parum discrepat, siquidem testiculi et ova in hoc similia sunt, quod utrumque vitae principium contineat, et utrumque symbolice usurpatum sit. In versu autem hocce, Ἶσόν τοι κυάμους ἐσθ. κεφαλάς τε τοκ. manifestum, κυάμους esse vitae symbolum, quando comedere eos idem sit atque parentum capita seu vitam perdere. Idem versus aliqua lectionis varietate a multis ut Orphicus vel Pythagoricus memoratur: a Clemente Alex. Didymo, Athenaeo (II, p. 65 F.), Eustathio; eundem tangunt Chrysostomus, citatus ad vs. 380, p. 274; Gregorius Naz. Sextus Empir. Lucianus, locis supra indicatis. Propter ejus similitudinem cum Empedocleo illo versu, Sturzius aliique hunc quoque ipsi Empedocli tribuerunt. Quod si ita esset, mirandum sane, ex tot testibus neminem veterum diserte auctori suo vindicasse. Neque vero tutum, omnia Empedocleis similia huic vindicare. Potius credam, dictum istud, in mysteriis tam late divagatum, sacrum fuisse praeceptum, ἱερὸν λόγον, ut Eustathius et Pausanias (VIII, 15) appellant, cujus quis auctor fuerit, jam antiquitus ignoratum sit. Perperam autem Sturzius istum ἱερὸν λόγον intelligit notum hoc titulo carmen, Pythagoreis vel Orphicis tributum; quod jure reprehendit Lobeck. Aglaoph. p. 252.

Vs. 419. δάφνης φ. ἀπὸ πάμπ. ἔχεσθε.) Versum hunc vel potius versûs partem elicui ex his Plutarchi verbis: οὐ μόνης, ὡς ἔοικε, κατ' Ἐμπεδοκλέα τῆς δάφνης τῶν φύλλων ἀπὸ πάμπαν ἔχεσθαι χρή, κτλ. Sturzius inde hunc versum effecit:

χρὴ τῆς δάφνης τῶν φύλλων ἄπο πάμπαν ἔχεσθαι.

Haud numerose sane! Lauro magnus honos ab antiquis habitus, cum alias ob caussas, tum quia in ea inesse credebatur divinandi vis, ut supra ad vs. 382 monui. Hinc quod vaticinandi facultatem mandendis lauri foliis augeri putabant. Vid. Creuzer. Symbol. Vol. II, p. 162 not. Eo spectaverit facile hoc Empedoclis praeceptum, quo a lauri foliis abstinere

jubet. Ratio ejus cum metempsychoseos doctrina videtur esse conjuncta. cf. supra vs. 382 sq.

Vs. 420 sq. τοι γάρ τοι χαλεπῇσιν κτλ.) Dictum ad improbos vel ἀμυήτους, qui jura divina et humana contemnant vel negligant. ἀλύοντες hîc secundam syllabam habet productam, ut in Homeri Od. ι, 398. — ἀχέων λωφήσετε θυμόν (κατὰ θυμόν), sic Thucyd. VI, 12 princ. νόσου μεγάλης καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν. Plato Phaedr. p. 251 D: λωφᾷ τε τῆς ὀδύνης καὶ γέγηθεν.

Vs. 422 sq. κρηνάων ἀπὸ πέντ' κτλ.) Theon Smyrnaeus, unde hic versus petitus est, postquam exposuit, quinque initiationis esse partes sive gradus, deinceps hoc ad disciplinam et institutionem transfert, his verbis: κατὰ ταῦτα (ταὐτὰ?) δὴ καὶ ἡ τῶν πολιτικῶν λόγων παράδοσις τὸ μὲν πρῶτον ἔχει καθαρμόν τινα, οἷον ἡ ἐν τοῖς προσήκουσι μαθήμασιν ἐκ παίδων συγγυμνασία· ὁ μὲν γὰρ Ἐμπεδοκλῆς »κρηνάων ἀπὸ πέντ' ἀνιμῶντα, φησὶν, ἀτειρέϊ χαλκῷ δεῖν ἀποῤῥύπτεσθαι.'' ὁ δὲ Πλάτων ἀπὸ πέντε μαθημάτων δεῖν φησὶ ποιεῖσθαι τὴν κάθαρσιν· ταῦτα δέ ἐστιν ἀριθμητική, γεωμετρία, στερεομετρία, μουσική, ἀστρονομία. quae sic interpretor: (*Ut sacra,*) *sic civilis quoque institutio primum quasi purgationem quandam habet, quae continetur earum quibus pueri exercentur artium disciplinâ. Uti enim Empedocles praecipit, »e quinque fontibus haurientem puro aere purgari oportere,'' sic Plato quinque disciplinis adolescentum animos quasi purgandos esse docet, quae sunt arithmetice, cett.* Haec ille. Quod ad verba attinet, ἀτειρέϊ χαλκῷ pro ἀτηρέϊ vel ἀκειρεῖ recepi ex emendatione Bullialdi; cf. Gelder. ad h. l. Porro metri gratiâ pro vulg. ἀποῤῥύπτεσθαι scripsi ἀπορυπτ. et pro δεῖν, χρή, quod poëtis usitatius. Relinquitur hiatus in verbis ἀνιμῶντα ἀτειρέϊ, qui tolli facile queat legendo: ἀνιμῶντ' ἐν ἀτειρέϊ, — quo sensu praepositio ἐν saepe ad instrumentum vel modum, quo quid fiat, indicandum adhibetur. De sententia autem multa disserit Sturzius, explicans, quid quinque illi fontes significent. Putat, aut quinarium numerum ab Empedocle intelligi, quod justitiae symbolon; aut quinque

hominum aetates significari, infantiam, pueritiam, adolescentiam, virilem aetatem, senectutem; aut denique quatuor elementa, et quintum aetherem; quae permeantem hominem purgari mortali faece oporteat. Sed omnia haec οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Theon Smyrnaeus, si verba ejus bene intelligo, Empedoclis placitum opponit Platonicae sententiae: ut hic quinque statuit disciplinae partes, ita illius dictum adhibet ad declarandum id quod paullo ante dixerat, quinque initiorum esse partes, quae vocantur ab eo κάθαρσις, τελετῆς παράδοσις, ἐποπτεία, ἀνάδεσις (στεμμάτων ἐπίθεσις), εὐδαιμονία. Ergo Empedoclis quinque κρήνας intellexit de quinque illis initiationis gradibus. Sed quinquepartita haec descriptio, quum praeter Theonem a nullo veterum scriptorum memorata sit, merito in dubium vocari potest; Lobeckio certe in Aglaoph. p. 38-42 commentitia videtur. Etsi vero fateamur, istam divisionem non in Eleusiniis, non in praecipuis Graeciae mysteriis obtinuisse, tamen quum tanta fuerit tam privatorum quam publicorum ejusmodi sacrorum in Graecia multitudo et varietas, quidni Empedocli licuit in initiando suum arbitrium sequi et quinque quasi gradus sive partes constituere? Hoc certum, versum illum ad καθαρμοὺς sive τελετὰς spectare: eo refertur τὸ ἀποῤῥύπτεσθαι, eo item illud ἀτειρέϊ χαλκῷ; aenea enim supellex puritatis signum jam apud Aegyptios (Herod. II, 37), inde item apud Graecos: cf. Bulliald. ad Theon. l. l. A mysteriis item petita est dictio ἀπὸ κρηνάων ἀνιμῶντα — fontes enim lactis, mellis, vini, in his non deerant, ut docet locus Platonis Ion. p. 534, ubi poëtas cum bacchantibus comparans dicit: ἐπειδὰν ἐμβῶσιν εἰς τὴν ἁρμονίαν καὶ εἰς τὸν ῥυθμὸν, βακχεύουσι καὶ κατεχόμενοι, ὥσπερ αἱ βάκχαι ἀρύτονται ἐκ τῶν ποτάμων μέλι καὶ γάλα κατεχόμεναι — Hinc, addit, etiam poëtae dicere solent: ὅτι ἀπὸ κρηνῶν μελιῤῥύτων ἐκ Μουσῶν κήπων . . . τὰ μέλη ἡμῖν φέρουσιν. Illorum fontium meminit Euripides Bacch. vs. 142, ubi chorus, ad Bacchicos καθαρμοὺς excitans, inter alia haec dicit: Ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν νέκταρι.

et paullo post vs. 694-700, Nuntius, Bacchica orgia describens, narrat se vidisse, ut virgulâ divinâ prosilirent *fontes aquae* et *vini* et *lactis* et *mellis*. Quid igitur mirum, si Empedocles in καθαρμοῖς, hac in parte Bacchica sacra imitatus, pariter aquae, vini, mellis, lactis, fortasse et olei, fontes adhibuerit? idque eo facilius creditu, quod Pythagorei multa Bacchicis sacris habuerunt similia. Vid. Creuzer. Symb. III, p. 169 sqq. Fontes autem illi habebant arcanam quandam significationem: veluti aqua vitiorum purgationem significat, unde in lustrationibus adhiberi solita; lac et mel frugalitatis et sanctitatis signum (Creuz. ibid. IV, p. 365 sqq.); oleum sapientiae (Jamblich. Protrept. Symb. 17.); vinum ἐνθουσιασμοῦ et beatitatis. Tale quid Empedoclem voluisse suspicor, quum dicit, *quinque e fontibus* haurientem purgari oportere: ut quincuplex illa lustratio significet, animum per sacra illa vitiorum sordibus ablutum paullatim emendari, confirmari, ad coelestia evehi. Numerus *quinarius* non temere positus: sic quinquennale fuit Pythagoreorum silentium, quinque item annis consummari solita Eleusiniorum sacrorum institutio. Vid. Tertull. adv. Valentin. princ. cf. Lobeck. Aglaoph. p. 32 sqq. Num tamen quinque illae κρῆναι plane respondeant quinque mysteriorum partibus a Theone descriptis, hoc quidem valde dubitandum.

Vss. 424-432. Φάρμακα δ' ὅσσα — μένος ἀνδρός) Versus hos, quos e Satyro profert Diogenes, Sturzius inter Καθαρμοὺς posuit; mihi potius ex Ἰατρικῶν carmine desumti videntur. Argumentum his optime convenit, ut supra animadverti p. 71; sed praeterea animadvertendum, Empedoclem his versibus ad certam personam loqui (ut indicant illa, ἐπεὶ μούνῳ σοι —), quod minus convenit Καθαρμοῖς, qui non certi alicujus hominis, sed cujusvis aut multorum usui destinati. cf. annot. ad vs. 389-400. Ergo aut ad Physicorum aut ad Medicorum carmen referendi sunt, quorum hoc mihi probabilius visum. Eodem spectare puto, quod in codice quodam Matritensi, quo hi versus servantur, (teste Iriarte Catalog. p. 450, cit. Sturz. Emped. p. 85.) adscripta haec

sunt: Ἐμπεδοκλῆς Παυσανίᾳ ὑφηγήσατο τὸ (περὶ τὴν) ἄπνουν. Titulus hic, quamvis non magnae auctoritatis, significat, agi his versibus de muliere illâ exanimi ab Empedocle, ut traditur, in vitam revocatâ; cujus rei rationem ille Pausaniae explicuisse fertur. Jam etsi de hoc parum constat, ut supra p. 25 monui, tamen non improbabile, factum illud ab Empedocle in Ἰατρικοῖς commemoratum, atque adeo hoc carmen, pariter ut Physica, Pausaniae dicatum fuisse, ad quem illud μούνῳ σοι spectare potest.

Vs. 424 sq. φάρμακα δ' ὅσσα κτλ.) Tzetzes omittit δ'. Verbum κρανέω Hesychius intpr. ἐπιτελέσω, fortasse h. l. spectans; est futurum pro κρανῶ, quemadmodum κρανέεσθαι pro κρανεῖσθαι, futurum medium passivâ potestate, apud Homer. Il. ι, 626.

Vs. 426 sqq. παύσεις δ' ἀκαμάτων κτλ.) Magnifica promissa: spirant illa, ut jam Satyro videbatur, Magorum superstitionem qui incantationibus suis omnia se consequi et efficere posse jactabant. Hos versus spectat Jamblichus Vit. Pyth. 135, ubi similia de Pythagora fabulatus haecce addit: ὧν (θείων ἔργων) μεταλαβόντας Ἐμπεδοκλέα τε τὸν Ἀκραγαντῖνον καὶ Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα καὶ Ἄβαριν τὸν Ὑπερβόρειον, πολλαχῆ καὶ αὐτοὺς τοιαῦτά τινα ἐπιτετελεκέναι. Eadem dicit Porphyrius Vit. Pyth. s. 29. His modestiora quidem, satis ampla tamen sunt, quae de vatibus canit Horatius Epist. II, 1, vs. 135:

> Coelestes implorat aquas doctâ prece blandus,
> Avertit morbos, metuenda pericula pellit,
> Impetrat et pacem et locupletem frugibus annum;
> Carmine Dî superi placantur, carmine Manes.

Pro ἀνέμων μένος Suidas habet ἀν. βίας, adversus metrum. Pro ἄρουραν Laërtii codex Vindob. ἀρούρας, super ς tamen scripta litera ν. ἀρούρας habent item Tzetzes et Clemens (operarum vitio Sylb. Clem. ed. ἀρούσας.); utrumque recte.

Vs. 428. καὶ πάλιν εὖτ' ἐθέλησθα κτλ.) Particulae καὶ πάλιν in Clemente, Suida, Eudocia, ab Empedoclis verbis separatae sunt, quasi a scriptoribus illis insertae, quo diversi Empedoclis versus connecterentur. Recte vero Sturzius, quamquam

nonnullis improbantibus, cum Diogene et Tzetza eas Empedocli restituit. Manifestum est enim, sententiam hujus versûs oppositam esse versui praegresso, παύσεις δ' — quod vocabulo πάλιν, *rursus*, *contra*, indicatur. Neque vero offendere debet repetitum illud, πάλιν — παλίντιτα, non magis quam vs. 294, hocce: τοτὲ δ' αὖ πάλιν, ἔμπαλιν ἢ πρίν. — εὖτ' ἐθέλησθα dedi e Clemente; ceteri ἣν κ' ἐθέλησθα. Sed idem vitiose in fine versûs pro πνεύματ' ἐπάξεις habet πνεύματα θήσεις, quod verbum haud dubie e sq. vs. huc immigravit.

παλίντιτα. Pro hoc nonnulli Laërtii et Tzetzae libri corrupte παλίντητα, πάλιν τι τά, πάλιν τϊ το πνεῦμα τ'. Suidas vero habet παλίντονα, quod perperam praefert Schneider. Lex. Gr. Melius foret παλίγκοτα πνεύματα, *inimica flamina*, quo sensu πῆμα παλίγκοτον dicit Pindar. Ol. II, 22. Sed παλίντιτα optime se habet, quod activa potestate interpretandum: *ultores* ventos; quemadmodum in Homero Od. α, 379: αἴ κέ ποθι Ζεὺς δῷσι παλίντιτα ἔργα γενέσθαι, i. e. interprete Hesychio: ἐξ ὑποστροφῆς τιμωρίαν δώσοντα.

Vs. 429 sq. θήσεις δ' ἐξ ὄμβρ. — αὐχμοῖο θερείου.) Ita Laërtius; in Suida ambo hi versus vitiati sunt, ita tamen, ut veram lectionem facile agnoscas:

στήσει δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ ῥόον καίριον

αὐχμὸν ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο (omisso θερείου)

Insertum istud ῥόον depravationis causa fuit. Tzetzes in utroque vs. pro θήσεις, στήσεις. Illud merito praetulit Sturz. cf. vs. 378.

Vs. 431. κατὰ θέρος αἰθύσσοντα.) Ita haec verba emendavi, quae vulgo admodum vitiose leguntur. Diogenes ita exhibet: τὰ δ' ἐν θέρει ἀήσαντα. (cod. Vindob. τά τ' ἐν θέρει ἀήσοντα.) Suidas: τά τ' ἐν θέρει ἔσονται. Tzetzes: τά τ' αἰθέρινα θήσονται. (cod. quidam ἥσονται). Quae omnia corrupta esse, plerique interpretes animadverterunt variasque tentarunt medendi vias. Scalig. in ms. margine annotavit ἀΐξαντα, *ruentia*, quod certe et quantitate et significatione melius quam ἀήσαντα, *spirantia;* melius item quam quod Sturzius e conjecturâ edidit, ἀτμίζον-

τα, *vaporantia.* Buttmann. in Comment. philol. Lips. emendat: τά τ' αἰθέριν' ἀΐσσονται; Hermannus apud Sturzium proponit: τά τ' αἰθέρι' αἰθύσσονται; utrumque significat: *quae (pluviae) in auris moventur, agitantur.* Sed haec significatio languida est, praesertim post praegressum illud ῥεύματα δενδρεόθρεπτα. Requirebatur aliquid huic congruum. Correxi ergo κατὰ θέρος αἰθύσσοντα, quae lectio si cum librorum lectionibus τά τ' ἐν θέρει ἀήσοντα, τά τ' αἰθέρινα θήσονται, comparetur, facile apparebit, quam facile in illas deformari potuerit, partim literarum confusione, partim librariorum inscitiâ, quos offendebat facile illud κατὰ, posteriore syllabâ productâ (etsi ita saepius Empedocles, ut vs. 82: τό τ' ἐόν. vs. 212: τὰ δύο. vs. 298: θάτερον); fugiebat item illos verbum αἰθύσσειν, non semel obliteratum, ut ostendit Pierson. Verisim. I, 10, p. 124. Jam verba ita jungantur: ῥεύματα καταιθύσσοντα θέρος. θέρος interpr. *segetem*, quam significationem illustrat Schneider. Lex. Gr. — καταιθύσσειν, *verberare, pulsare*, optime dictum de imbre in segetem descendente; quo pertinet hoc Hesychii ex incerto poëta desumtum: καταῖθυξ ὄμβρος, ὁ καταιθύσσων. Neque illud tantum de imbre vastante, sed etiam de larga et fecunda pluvia dici potest. Bono sensu ponit Pindarus Pyth. V, 10 (12): εὐδίαν ὃς (εὐδιανὸς) μετὰ χειμέριον ὄμβρον τεὰν καταιθύσσει μάκαιραν ἑστίαν, *qui (Castor) post graves tempestates domum tuam serenitate irrigat.* cf. Pyth. IV, 83 (147).

Vs. 432. ἄξεις δ' ἐξ Ἀΐδαο) Non intelligendum hoc, ut Sturzio videtur, de animo e terrestri caligine in coelum evecto, sed potius de vita medicinae ope e letali morbo servata, ut explicat Fabric. in S. Emp. Pyrrh. Hyp. I, c. 33, p. 61. Ita mox vs. 438 de medico dicitur:

φῶτας ἀπεστρέψεν Περσεφόνης θαλάμων.

Spectet fortasse ad factum illud περὶ τὴν ἄπνουν, supra p. 24 a nobis narratum.

Vs. 433 sq. Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων' κτλ.) Epigramma τωθαστικόν, ut appellant Suidas et Eustathius. Auctoris nomen ab

Eustathio et in Anthol. omissum est; nonnulli, teste Laërtio, Simonidi tribuerunt; plures, et majori jure, Empedocli. De occasione, qua Empedocles illud pronuntiasse narratur, dixi in ejus vita p. 17; de verborum sensu et rhetorico ornatu, ibidem p. 61: quo spectat auctor Epitom. rhet. apud Walz. l. l. In lectione quaedam peccata sunt a librariis, velut in Eustathio prima verba perverso ordine leguntur: Ἄκρων' ἰατρὸν ἄκρον. — ἰατρὸν pro ἰητρὸν omnes, excepto Laërtio. Epitom. rhet. vitiose Ἀκραγαντίνου pro -τῖνον, et κρημνὸς ἀὴρ pro κρ. ἄκρος. Vocabulum ἰητρὸς prima contra morem correptâ vidimus jam vs. 384; pariter ἄκρος (κρημνὸς ἄκρος), vs. 48. — Quod ad παρήχησιν attinet, comparari potest illud Sapphonis, quod Walzius in Rhett. Gr. Argum. Vol. V plenius edidit ita:

οἷον τὸ γλυκύμαλον ἐρεύθεται ἄκρῳ ἐπ' ὄσδῳ,
ἄκρον ἐπ' ἀκροτάτῳ, λελάθοντο δὲ μαλοδροπῆες,
οὐ μὰν ἐξελάθοντ', ἀλλ' οὐκ ἐδύναντ' ἐφίκεσθαι.

κρημνὸς, quod *tumulum* interpretatus sum, spectat ad *collem* montis in quo urbs Acragas sita erat. Secundus autem versus jam olim bifariam lectus est, teste Diogene, qui haec addit: τινὲς δὲ τὸν δεύτερον στίχον οὕτω προφέρονται·

ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

Idem versus additus est in Suida et Antholog. Caeterum cf. Boschii annot. in Anthol. T. V, p. 172. Inter Simonidea hoc epigramma recensuit Schneidew. Simonid. rell. p. 424 sq.

Vs. 435 sq. Παυσανίην ἰητρὸν — Γέλα.) Epigramma hoc, a Diogene Empedocli tributum, in Anthologia Planudea inter incerta ponitur; in Palat. VII, 508, Simonidis nomini adscriptum est; perperam, ut mihi videtur. cf. Schneidew. Simonid. rell. p. 225. De Pausania dixi supra p. 55. In lectione aliqua est discrepantia. In primo versu Laërtius: Παυσανίην ἰητρὸν . . Ἀγχίτου. Anth. Bosch. Παυσανίαν . . Ἀγχίτεω. Brunck. Anal. I, 163: Παυσανίαν ἰατρόν . . Ἀγχίτου. — Παυσανίην ἐπώνυμον recte Grotius vertit: *vero nomine Pausanias;* quo sensu ἐπώνυμος tam Homero quam aliis usurpatum: vid. Duncanii Lex. Gr. ed. Rost.

in h. v. Παυσανίας enim significat ὁ παύων τὴν ἀνίαν. Quam frequenter ita in nominibus ludere soleant poëtae, notum est et docte illustratum a Valcken. in Eurip. Phoen. vs. 639; cf. Bosch. in Anthol. T. IV, p. 401 sq. T. V, p. 45 sq.

φῶτ' Ἀσκληπ. — ἔθρεψε Γέλα.) Ita Laërtius; Anthol. Plan. τόνδ' Ἀσκλ. . . ἔθαψε κόνις. Pal. ἔθαψε πέλας. — ἔθαψε ediderunt item Brunck. et Sturzius, reliqua sic ut Laërtius. Mihi commodius visum: πατρὶς ἔθρεψε Γέλα, *Gela patria aluit* sive *genuit*. Nam πατρὶς ἔθαψε non significat, opinor, *patria terra tegit, occulit* (κρύπτει, κεύθει), quod in epitaphiis fere dici solet, sed *patria civitas sepelivit* sive *publico sumtu extulit;* quod in homine divite, qualis Pausanias fuisse traditur, parum probabile mihi videtur. φῶτ' Ἀσκληπιάδην, sic Machaonem medicum Homerus Il. δ, 194 vocat φῶτ' Ἀσκληπιοῦ υἱόν.

Vs. 437 sq. ὃς πολλοὺς μογεροῖσι κτλ.) Anthologia Plan. et Palat. hunc versum ita exhibent:

ὃς πλείστους κρυεραῖσι μαραινομένους ὑπὸ νούσοις.

Dubia optio; Laërtiana tamen lectio μογεροῖσι καμάτοισι exquisitior videtur. — In ultimo versu Laërtius Περσεφόνης ἀδύτων. Anthol. Περσεφόνας vel -νης θαλάμων. Posterius recepi. Simonides (ed. Schneidew.) fragm. 180: κατέβην . . . ξανθῆς Περσεφόνης θάλαμον. Sappho (ed. Neue.) fragm. 138: θανοῖσαν δέξατο Περσεφόνας κυάνεος θάλαμος.

Vs. 439. κλυτὲ κ. Θεανοῦς Πυθαγόρεω τε.) Diogenes in Pythagorae vita l. l. haec scribit: ἦν καὶ Τηλαυγὴς υἱὸς αὐτοῦ, ὃς καὶ διεδέξατο τὸν πατέρα καὶ κατά τινας Ἐμπεδοκλέους καθηγήσατο· Ἱππόβοτός γέ τοί φησι, λέγειν Ἐμπεδοκλέα Τηλαυγεῖ »κλυτὲ κοῦρε κτλ." Scaliger legit κλῦθι κοῦρε. Indicatur his verbis, in versu illo Telaugem ipsum quidem non nominatum fuisse, — sive ab ipso auctore nomen tacite intellectum fuerit, sive temporis injuria deletum, — Hippobotum vero dixisse, Telaugem his verbis spectari. Pariter fere se res habet in vss. sqq. quos alii veterum ad Pythagoram, alii ad Parmenidem pertinere putarunt. Bentleius quidem de aetat. Pythag.

p. 37 ed. Lennep. corrigi jussit: Ἱππ. φησι λέγειν Ἐμπεδοκλέα »Τηλαυγές, κλυτὲ κοῦρε —" idque recepit Sturzius; sed conjectura haec est, si non improbabilis, tamen prorsus incerta. Neque magis certum, e quo poëmate hic versiculus desumtus sit. Ad Physica retulit Sturzius; haec vero Pausaniae dedicata fuisse e Diogene discimus (cf. vs. 54); at potuit idem carmen ad ambos illos scriptum esse, ut putat Sturzius; potuit sane, attamen id parum probabile tam ob Laërtii testimonium, quam quia Empedocles in Physicis semper ad unam personam loquitur. Probabilius, versiculum hunc ex epigrammate quodam petitum esse. Caeterum mirum sane, si Empedocles in carmine Telaugem ut magistrum suum (hoc enim significat καθηγήσατο) tam honorifice compellaverit, antiquiores scriptores, Alcidamantem, Aristotelem, Theophrastum, Timaeum, in illius doctoribus et familiaribus memorandis, nullam Telaugis mentionem fecisse, sed seriores tantum (cf. supra p. 52.): quocirca mihi hic versiculus paullum suspectus est, eoque magis, quod ejusdem Telaugis ferebatur quondam epistola de Empedocle scripta, manifesto supposita, ut ostendi supra p. 4. Caeterum de Telauge et Theano vid. Holsten. et Rittersh. in Porphyr. Vit. Pyth. s. 19; Menag. in Laërt. VIII, 43; Bentlei. de aet. Pyth. l. l.

Vss. 240-245. Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ κτλ.) E quo carmine petitum sit hoc elogium, incertum; nec convenit adeo inter omnes, ad quem spectet. Quidam (τινές), teste Diogene, in Parmenidem scriptum contenderunt; Timaeus vero ad Pythagoram refert; similiter Porphyrius et Jamblichus, qui sane plus fidei merentur quam ignoti quidam testes. Caeterum animadvertendum, Empedoclem de Pythagora hîc loqui tanquam dudum mortuo: quocirca ex his versibus minime effici potest, eo illum magistro usum esse: cf. quae supra dixi p. 49 sq. Caeterum Porphyrius et Jamblichus, sensum illorum versuum explicantes, haec subjungunt:

τὸ γὰρ περιώσια καὶ τῶν ὄντων λεύσεσκεν ἕκαστα καὶ πραπίδων πλοῦτον, καὶ τὰ ἐοικότα, ἐμφαντικὰ μάλιστα τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀκριβεστέρας παρὰ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως ἔν τε τῷ ὁρᾷν καὶ τῷ ἀκούειν καὶ τῷ νοεῖν τοῦ Πυθαγόρου.

Vs. 440 sq. περιώσια, ut vulgo περιώσιον, pro adverbio accipiendum: cf. Apollon. Rhod. Arg. III, 1326. πραπίδων πλοῦτον, ut vs. 354; pluribus hoc illustrat Rittersh. in Porphyr. l. l. p. 43. μήκιστον tetigi supra ad vs. 11. — Quae sequuntur sic jungenda: μάλιστα ἐπιήρανος παντοίων σόφων ἔργων, ut judicat Sturzius; deterius Menagius Observ. Laërt. l. l. jungit μάλιστα Σόφων (*maxime Sapientum*) ἐπιήρανος π. ἔργων. — σόφα ἔργα signif. *doctrinae studia;* usitata locutio: sic ὁμοίϊα ἔργα (vs. 110), *consuetudo, amicitia;* πολεμήϊα ἔργα, *bellica virtus* (Iliad. V, 727); ἀμύμονα ἔργα, αἴσιμα ἔργα (Il. τ, 254; Od. ξ, 84.), multaque similia. Praeferrem tamen, si legeretur πάντων τ᾽ ἦν μάλιστα — *omnium hominum maxime.*

Vss. 433-445. ὁππότε γὰρ πάσῃσιν — αἰώνεσσι) Porphyrius πάσῃσι, Jamblichus πάσαισι. Sequens versus, καί τε δέκ᾽ — αἰώνεσσι, abruptus est, ut mihi videtur; nihil est enim, a quo datius αἰώνεσσι pendeat. Intelligo: καί τε δέκ᾽ ἀνθρώπων . . . αἰώνεσσι σοφίᾳ μετέπρεπεν, aut aliquid hujusmodi. Sturzius haec verba jungit praecedentibus, ut hunc efficiant sensum: Pythagoram rerum omnium naturam perpexisse per triginta hominum secula, per tantum scilicet temporis spatium sub variis formis in terris circumvagatum. Sed nec apta satis est haec sententia, neque ex verbis Graecis elici potest.

Vs. 446. καὶ δὶς γὰρ κτλ.) In Plutarcho l. l. vulgo prave legitur: καὶ δεῖ παρ᾽ ὃ δὴ καλόν ἐστιν ἀκοῦσαι. ubi δεῖ παρ᾽ e δὶς γὰρ corruptum esse, manifestum. Ostendit id quoque scholiastes Platon. in Gorg. p. 124 Ruhnk. ubi haec leguntur: δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν, ὅτι χρὴ περὶ τῶν καλῶν πολλάκις λέγειν. Ἐμπεδοκλέους τὸ ἔπος, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ παροιμία· φησὶ γὰρ

—— καὶ δὶς γὰρ, ὃ δεῖ, καλόν ἐστιν ἐνίσπειν.

In Siebenkesii Anecd. Gr. p. 33 scribitur ὃ δὲ καλόν. E Plutarcho correxi ὃ δὴ καλὸν; sed ἀκοῦσαι pro ἐνίσπειν haud dubie est memoriae error. Sturzius e vulgato illo proverbio Empedoclis versum ita supplevit:

δὶς γὰρ καὶ τρὶς δεῖ ὅ τι δὴ καλόν ἐστιν ἐνίσπειν.

quod parum probabile mihi videtur. De proverbio ipso vid. Sturz. et Stallb. in Platon. Phileb. p. 198 (p. 59 Steph.).

Vs. 447 sq. κορυφὰς ἑτέρας — μίαν.) Scaligerum secutus scripsi ἑτέρῃσι pro vulg. ἑτέραις, et auctore Wyttenb. pro λέγειν, λόγων. Plutarchus autem, dictum illud memorans, haec addit: ἵνα μὴ (κατὰ) τὸ Ἐμπεδόκλειον εἰπεῖν δόξω, »κορυφὰς ἑτέρας —" ἐάσατε με τοῖς πρώτοις τὸ προσῆκον ἐπιθεῖναι τέλος. Hunc ergo si interpretem sequamur, dictum convenit in eum qui in disserendo diversa connectit, nec sequitur simplex illud et unum, — sive Empedocles id de se ipso dixerit alicubi, in disserendo liberius divagans, sive in alterius cujusdam vituperationem ab eo dictum sit. Dictio κορυφὰς ἑτέρας ἑτέραις προςάπτειν, si formam spectes, comparari potest cum Parmenidis hocce vs. 47: πλάζονται δίκρανοι, *bicipites vagantur;* quod dictum in eos qui in argumentando sibi non constant. Habet etiam simile aliquid cum Platonis illo in Phaedon. p. 60 B: (τὸ ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρὸν) ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς ἡμμένω δύ' ὄντε, *voluptas et dolor duae res uno vertice constrictae.*

Nr. 449. Uterque hic locus, Aristotelis et Theophrasti, eodem pertinet quo versus 244: explicatur ratio, cur pisces, animalia naturâ calidiora (ὑπέρπυρα), in aqua vivant: ideo nempe, ut naturalis ipsorum calor aquae frigore temperetur. cf. quae dicta sunt supra p. 234. Verba haec Aristotelis, γενόμενον ἐν τῷ ξηρῷ μεταβάλλειν τὸν τόπον εἰς τὸ ὑγρόν, concinunt plane cum versu citato:

ἐν ξηρῷ τετοκυῖα φύσις μεταείρει ἐς ὑγρόν.

Reliqua aliquantum discrepant et aliorum fortasse versuum vestigia continent, ut hoc Aristotelis: φεύγοντα δ' κτλ. item hoc Theophrasti: τὰ ὑπέρπυρα κτλ.

Nr. 450. Causa, cur muli steriles sint, explicatur e seminis naturâ vel potius misturâ. Comparatio quae addita est, ὥσπερ τῷ καττιτέρῳ μιχθέντα τὸν χαλκόν, ipsius est Empedoclis, quod apparet ex iis, quae Aristoteles, illius sententiam refellens, addit: λέγων οὔτ' ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ καὶ τοῦ καττιτέρου τὴν αἰτίαν ὀρθῶς, . . . οὐθ' ὅλως ἐκ γνωρίμων ποιούμενος τὰς ἀρχάς. Simili comparationis genere usus est vs. 208, 265, 272.

Nr. 451. Idem placitum tangit Aristoteles Meteor. II, 1, p. 426 D: ἔνιοι δὲ, θερμαινομένης φασὶν ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς γῆς, οἷον ἱδρῶτα γίγνεσθαι (τὴν θάλατταν)· διὸ καὶ ἁλμυρὰν εἶναι. Improbat vero hanc sententiam, ut poëticam magis quam naturae congruam. Olympiodorus in Meteor. l. l. f. 33 B, perperam Heracliteum vocat hoc placitum. Cum Empedocle concinit Lucretius, V, 488:

— expressus salsus (Terrae) de corpore sudor
Augebat mare manando camposque natantes.

cf. idem II, 464 et 503, ad q. l. Wakef. Simili fere metaphora in Orphicis pluvia appellatur δάκρυα Διός. Vid Clemens Alex. Strom. V, p. 571 A.

Nr. 452. Istud δυσδαίμονα πότμον legimus supra vs. 345; alterum, θάνατος ἀλοιτής, e deperdito versu desumtum est. Vocabulum ἀλοιτής, et cognata huic, ἀλοιτός, ἀλοῖται (ἀλοίτη), ἀλοιτήεσσα (-ήεις), memorantur ab Etymologo, Hesychio, Phavorino, qui interpretantur fere ἁμαρτωλός, φονεύς, ἀνδροφόνος. Secundum Etymologum factum est epenthesi literae ο ab ἀλιτεῖν, *peccare*; rectius dixisset, ab ἀλείτειν, quod idem est, unde ἀλείτης, *improbus, sceleratus:* Homer. Il. γ, 28; Od. υ, 121; huic geminum puto vocabulum ἀλοιτής, et θανατὸν ἀλοιτὴν interpretor *mortem improbam*, vel quia cuncta rapit, vel quia improbitatis poena est. Vocabulum ἀλοιτὴς usurpat et Callimachus apud Etymologum; ἀλοιτὸς Lycophron vs. 136, citt. a Schneidero in Lex. Gr.

Nr. 453. Locum hunc attigi supra p. 59. Vocabula ἀμφιβρότη et νεφεληγερέτης ab Homero desumta, sed novo sensu

posita; illud Homerus de *clypeo*, hoc de *Jove* usurpare solet. — πολυαίματον ἧπαρ recte appellatum: sic Aristoteles de Part. An. III, 7: τὸ μὲν ἧπαρ καὶ ὁ σπλὴν βοηθεῖ πρὸς τὴν πέψιν τῆς τροφῆς· ἔναιμα γὰρ ὄντα θερμὴν ἔχει τὴν φύσιν.

Nr. 454. Verba haec, εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἀριθμῶ, depravata esse, tam metrum quam sensus arguit. Quo autem spectent, ostendunt addita Philoponi verba: τὰ στοιχεῖα κατ' ἀριθμὸν τὰ αὐτὰ διαμένειν, *elementa numero eadem semper manere*, *figurâ* tantum variari. Hoc Empedocli placuit, quo pertinent vs. 114: ταῦτα γὰρ ἶσα τε πάντα καὶ ἥλικα — vs. 122: ἀλλ' αὔτ' ἔστι γε ταῦτα — Ad haec loca spectaverit, opinor, Philoponus: quocirca leg. conjicio, ut dixi: ἶσα δὲ ταῦτα ἀριθμῷ, vel, ἥλικα ταῦτα ἀριθμῷ. Credibile est eum, memoriter versum recitantem, ipsa verba minus accurate exhibuisse. Sturzius vero cum his verbis comparat Pythagoreorum illud: ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικε, et legendum proponit:

—— εἰ δέ τε ταῦτα ἀριθμῷ πάντ' ἐπέοικε.

Hoc vero a Philoponi sententia prorsus alienum.

Nr. 455. Βαυβῶ memoratur in Orphei fragm. quod exstat apud Clement. Alex. Admon. Gent. p. 17, relatum in Orphicis ed. Herm. fr. XVI, p. 475, illustratum a Lobeck. Aglaoph. II, 6, p. 818 sq. Michael Psellus de quorund. Graec. opin. p. 139 (cit. Lobeck. p. 823.) refert, in Orphicis memorari quoque *Baubo* (*Babo*) quandam, deam geniumve nocturnum: ἔνεστι γάρ που τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι Βαβώ τις ὀνομαζομένη δαίμων νυκτερινή, ἐπιμηκὴς τὸ σχῆμα καὶ σκιώδης τὴν ὕπαρξιν. Et sane nocturno numini illud nomen optime congruit, cognatum quippe verbo βαυβᾶν, quod vel *sopire*, vel *dormire*, *oscitari* notat. Unde forsitan efficias, Empedoclem Βαυβῶ appellasse non ipsum ventrem (κοιλίαν Hesych.), sed ventris voluptatem, quae somnolentiam parit. Caeterum in hoc quoque agnoscimus illius morem fabulosa nomina allegorice interpretandi: cf. annot. ad vs. 56 sq. p. 181 sq.

Nr. 456. In hac Platonis sententia illud quod primum me-

moratur, ὡς τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, ad Heraclitum pertinere constat; quis vero intelligendus sit ille κομψὸς ἀνήρ, qui libidinem, propter insatiabilem ejus cupiditatem, quasi πίθον τετρημένον, idemque stolidos et improbos ἀμυήτους vocaverit, ab eruditis dubitatur. Schol. Ruhnk. p. 119 sq. Empedoclem intelligit, haec annotans: Σικελικὸς (Σικελὸς) δ' ἢ Ἰταλικός, οἷον Ἐμπεδοκλῆς. Πυθαγόρειος δὲ οὗτος ἦν, ὑπῆρχε δὲ καὶ Ἀκραγαντῖνος· . . . Σικελὸν δὲ ἢ Ἰταλικόν φησιν, ἐπειδὴ πλησίον Σικελίας ὅ τε Κρότων καὶ τὸ Μεταπόντιον, αἱ πόλεις, οὗ οἱ Πυθαγόρειοι διέτριβον, αἳ τῆς Ἰταλίας εἰσί. Eundem intelligit Olympiodorus. Cum his e recentioribus consentiunt Tiedemann. et Stallbaum. in h. l. Dissentit Boeckh. Philol. p. 187 sq. qui Philolaum potius significari putat. At in Philolaum, etiamsi ipsum illud dictum congrueret, non tamen congruit hocce Σικελός τις ἢ Ἰταλικός, quippe quem Metapontinum, Italum certe fuisse omnes conveniunt. Neutrum probatur Astio in h. l. qui lusum istum verborum πίθος, πιθανός, πειστικόν, ἀμυητόν, ab ipso Platone excogitatum putat, quo rhetores, illos persuadendi magistros, irrideret, eumque solitâ usum dissimulatione, illud κομψῷ τινι ἀνδρὶ tribuisse. Sed quamvis lubenter Astio adsentiar, ea, quae rei augendae gratia ridicule addita sunt, a Platone ficta esse, tamen, quod praecipuum est in hac sententia, dictum hocce πίθος τετρημένος, item hoc τοὺς ἀνοήτους ἀμυήτους, non ipsi certe Platoni, sed Siculo illi homini, quisquis sit, tribuendum; pariter ut praegressum quoque istud, τὸ μεν σῶμά ἐστιν σῆμα, non a Platone inventum, sed ab Heraclito desumtum est. Jam vero in neminem hoc alium nisi in vatem Siculum, Empedoclem dico, convenire, mihi dubium non videtur. Primum in quem congruit illa appellatio Σικελός τις ἢ Ἰταλικός, nisi in Empedoclem, qui natione Siculus idemque Italicorum familiae quasi affinis fuit? cf. quae dixi supra p. 44 sq. Deinde istud παράγειν τῷ ὀνόματι, vocabula et vocabulorum significationes deflectere, omninoque rhetoricae argutiae Empedocli non alienae. Exempla vidimus

in nominibus propriis Ἄκρων et Παυσανίας, vss. 433, 435; item in ἥλιος, vs. 187, ubi cf. annot. — Porro argumentum illius sententiae conveniens, ut mox ostendam. His alia accedunt. Empedoclem tacite hîc a Platone significari, vel ideo probabile est, quod ille Gorgiae, qui huic dialogo intererat, magister fuit, atque adeo illius argutiis irridendis simul ipse Gorgias leniter perstingebatur, ut recte animadvertit Stallbaum. Praeterea uti hoc loco, sic et alibi Heraclitus et Empedocles conjunctim memorantur, ut Soph. p. 242 D, ubi dicit: Ἰάδες δὲ καὶ Σικελικαί τινες ὕστερον Μοῦσαι ξυννενοήκασιν ὅτι συμπλέκειν ἀσφαλέστερον ἀμφότερα, καὶ λέγειν, ὡς τὸ ὂν πολλά τε καὶ ἕν ἐστιν κτλ. Hîc Ἰάδες Μοῦσαι *Heraclitum*, Σικελικαὶ *Empedoclem* significant. Denique non est nihili putanda veterum interpretum, Olympiodori et Scholiastae, auctoritas, qui si per se parum locupletes auctores habendi sunt, at haud dubie ab antiquioribus illud hauserunt.

Quod ad sententiam attinet, etsi difficile est stricte distinguere, quaenam ipsius sint Empedoclis, quae a Platone addita, sine dubio tamen verba ἀμύητοι et πίθος τετρημένος ad Siculum sapientem referenda. Probabile mihi videtur, Empedoclem, ut religiosum hominem et mysteriorum patronum, ἀμυήτους vocasse dementes et miseros, eosque, ut est in Danaïdum fabula, finxisse velut aquam fundentes in *dolium perforatum*(πίθον τετρημένον), quod insatiabilem libidinum cupiditatem significat. Haec fictio ab ingenio poëtae (qualis fuit Empedocles) fabulas allegorice interpretantis haud aliena; neque vero e veterum judicio abhorret a fabulae sensu. Similiter in celebri Polygnoti pictura praeter multa alia pictae erant duae mulieres, φέρουσαι ὕδωρ ἐν κατεαγόσιν ὀστράκοις, quibus addita erat inscriptio, εἶναι σφᾶς τῶν οὐ μεμυημένων (ἀμυήτων). Pausan. L. X, c. 31, s. 2. cf. Creuzer. Symbol. T. III, p. 481 ed. sec. Ceterum quam misera haberetur in inferis τῶν ἀμυήτων sors, declarant nota Platonis dicta in Phaedon. p. 69; cf. Emped. vs. 420 sq. Haec satis ad Empedoclis sententiam illustrandam;

quae ad Platonem attinent, accurate explicuerunt Stallb. et Ast. in h. l. Unum addam, Platonis haec verba spectare Longinum de Invent. in Rhett. Gr. ed. Walz. Vol. IX, p. 576.

Nr. 457. Num conjectura a me proposita probabilis sit, non ausim dicere; est certe Aristotelis sententiae congrua, quod non potest dici de Sturzii emendatione (vs. 211) quae talis est:

ἐξ ἄρθροιν δὲ δυοῖν καρπὸς συμπήγνυται αἰεί.

Nam καρπός, pars manus, ab hoc loco alienum; agitur de junctura universe.

Nr. 458. Empedocleam hanc dictionem memorat Hesychius: δυσμαῖς βίου, τῷ τέλει τῆς ζωῆς. Illustrant Alberti in h. l. Boisson. in Marin. Vit. Procl. not. p. 105, 148; Ast. in Platon. de Legg. VI, 14, comment. p. 310.

APOPHTHEGMATA.

Οἱ Ἀκραγαντῖνοι κτλ.) Idem dictum paullum immutatum Platoni tribuit Aelian. V. H. XII, 29. Confer illud Horatii Od. II, 18: *sepulcri immemor, struis domos.*

Ἐρωτηθείς, διὰ τί κτλ.) Pro αἰσθήσομαι corr. ἡσθήσομαι, quod oppositum sequenti ἀχθήσομαι, et notetur verborum παρήχησις, quam tetigi p. 62.

Φασὶ, κυνός ποτε κτλ.) Spectat hoc ad notum illud placitum: τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον. Nescio vero, an non potius in Empedocleae sententiae irrisionem compositum, quam ab ipso editum sit.

Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικὸς κτλ.) Idem dictum, sed alio modo, refert Laërtius IX, 20; cujus verba exposui in Xenoph. rell. p. 87.

DE

EMPEDOCLIS

PHILOSOPHIA ET PLACITIS.

DE EMPEDOCLIS PHILOSOPHIA.

§ 1.

DE VERI COGNOSCENDI FACULTATE.

Empedoclis philosophiam expositurus illud maxime praecipiendum duco, quod supra in vita ejus et ingenio adumbrando animadvertimus, illum non magis fuisse philosophum quam poëtam, atque adeo omnium fere, qui apud Graecos de rerum natura carmina scripsere, ποιητικώτατον. Elatioris animi spiritus et poëtici ingenii color, qui tum in vita ejus rebusque, tum clarius in versuum reliquiis cernitur, idem per omnem ejus philosophiam est diffusus. Sententias suas et placita interdum ita enuntiat, ut potius divino instinctu quam meditato rationis judicio ea efferre videatur; naturae elementa et principia, quae animo concepit, tanquam imagines viventes ac divinas informat; denique tota ejus ratio talis est, ut dubites, utrum poësi an philosophiae propior sit. Hoc jam statim apparet in carminis initio, ubi inter alia de *veri cognoscendi facultate* agitur; quae quaestio cum ad omnem philosophiam pertineat et ab ipso Empedocle in Physicorum exordio, ut videtur, proposita sit, nunc, priusquam ad physica aggredimur, a nobis explicabitur.

Magna illa et pervagata quaestio, utrum in naturae verique indagatione plus sit sensuum testimonio an rationis judicio tribuendum, jam antiquitus philosophantes quasi in duas divisit partes. Quamquam veteres illi non sic ut seriores subtiliter de hoc disceptarunt, utrum veri κριτήριον in sensu an in recta ratione positum sit (quod nonnulli iis tribuere); Academicorum fuit haec formula, veterum sententiae parum consentanea, quippe qui nec discrimen, quod inter sensus et rationem intercedit, subtiliter distinxerint. Illi magis animi voluntate vel ingenii instinctu quam subtili argumentatione hanc illamve rationem sunt secuti. Quae hac de re fuerit Empedoclis sententia, quae philosophandi ratio, carminis exordium significat.

Queritur ibi poëta de veri cognoscendi difficultate: angustas esse ingenii facultates, mentem curis hebetatam, breve vitae spatium: quibus rebus effici, ut homines universam naturae vim perspicere (τὸ οὖλον εὑρεῖν) non valeant [1]. Deinde Deos invocans precatur, ut mentem suam divino afflatu moveant, casto ex ore purum sapientiae flumen emittant, ipsumque quasi religionis curru ad sapientiae arcem evehant [2]. Tum ipse sese vel potius Musa eum hortatur, ne veri cognoscendi difficultatibus deterreatur, sed sapere audeat; monetque ne in naturae cognitione sensuum visis credat, sed potius unumquodque, quale per se est, indaget [3].

(1) Vid. Emped. vss. 32 sqq.
(2) Idem vss. 41-45. (3) Id. vss. 48-53.

Haec fere sunt quae in Empedoclis versibus abrupte leguntur, e quibus tria potissimum colligi possunt: primum, abstrusam esse et arduam homini naturae cognitionem; porro, obscuros et fallaces sensus, resque alias saepe iis videri, alias reverâ esse; denique, non humanâ ope, sed divino potius instinctu sapientiam pari, eamque adeo cum sanctitate et modestia esse conjunctam.

Horum primum et alterum saepius tangit Cicero in Quaestt. Academicis, unde discimus, Academicos vel Scepticos potius, nominatim Arcesilam, ut aliorum veterum sic Empedoclis quoque dicta in suam sententiam interpretatos esse, quasi ille statueret, »nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse: angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitae," denique »omnia tenebris circumfusa [4]." Haec, quamquam ex ipsis Empedoclis verbis ducta, tamen non parum aucta sunt. Restrictius Lucullus illis contradicens [5]: »Isti philosophi, inquit, raro admodum, quum haerent aliquo loco, exclamant quasi mente incitati, Empedocles quidem, ut interdum mihi furere videatur (si furere de poëtico ardore intelligas), abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino quale sit posse reperire." Quamquam ne haec quidem plane respondere videntur Empedoclis sententiae; in versibus certe ejus, quos antiqui hac de re proferunt, non dicit nihil cognosci posse, sed universum perspici posse negat; de hoc praedicat:

(4) Cicero Qu. Acad. I, 12. Cf. Emped. vss. laudatos not. 1.
(5) Ibidem IV, 5.

οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἄνδρασιν οὔτ' ἐπακουστὰ οὔτε νόῳ περιληπτά [6]. Recte autem Lucullus in tota hac sententia magis elati animi spiritum quam rationis judicium agnoscit; quod multos fugit, qui perverse Empedoclis dicta ita prorsus interpretati sunt, quasi aliquem de nova Academia audias loquentem. Tales sunt, quos Sextus memorat [7], *οἱ λέγοντες, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα κριτήριον εἶναι τῆς ἀληθείας οὐ τὰς αἰσθήσεις, ἀλλὰ τὸν ὀρθὸν λόγον· τοῦ δὲ ὀρθοῦ λόγου τὸν μέν τινα θεῖον ὑπάρχειν, τὸν δὲ ἀνθρώπινον, ὧν τὸν μὲν θεῖον ἀνέξοιστον εἶναι, τὸν δὲ ἀνθρώπινον ἐξοιστόν.* i. e. »Empedoclem veri criterium posuisse non in sensu, sed in recta ratione; hanc autem duplicem esse, vel divinam vel humanam; alteram licere in vulgus efferri, alteram non licere." Haec, quamquam effecta ex Empedoclis dictis, tamen menti ejus non plane consentanea sunt. Primum, quod ad sensuum et rationis discrimen attinet, Empedocles, ut diximus, id parum distincte habuit perspectum, quod ostendunt ea, quae de intellectûs natura docuit: e quibus contrarium potius sequi videtur, ambo ista nihil differre, sed cogitare atque sentire idem esse [8]. De hoc accuratius infra, ubi de animo disseremus. Deinde, etsi interdum jubet, *mente, non oculis cernere* [9], »non tamen excaecat nos Empedocles, non orbat sensibus," ut Ciceronis verbis utar [10], i. e. eorum fidem in rerum

(6) Emped. vss. 37 sq.
(7) Sextus Emp. adv. Mathem. VII, 122.
(8) Vid. Emped. vss. 318-320 et Commentar. p. 258.
(9) Vid. vs. 108.
(10) Cic. Qu. Acad. IV, 23. cf. Sextus Empir. ibid. s. 124.

natura cognoscenda non omnino tollit. Judicavit tantum, sensus parum valere ád universi vim, principia et leges perspiciendum; haec non oculorum visu, sed potius mentis acie cerni. Denique, quod duplicem rationem distinguunt, alteram divinam, alteram humanam, id referendum ad Empedoclis sententiam, quam modo tetigi, angustum esse ingenii humani captum, rerum arcana vulgari intellectui abscondita, nec nisi divinae mentis afflatu agnosci.

Ex his, quae exposui, universe, quae sit Empedoclis voluntas, quae philosophandi ratio, effici potest. Quum videret, imbecillos esse sensus, infinitas et instabiles naturae res, judicavit, non sensuum facultate, non rerum naturalium indagatione naturae cognitionem pari, sed mentis acie defixâ in mundi speciem quasi divinitus animo oblatam. Hanc ille intuens, ad ejus exemplum et similitudinem rerum naturam descripsit. Quocirca non mirum, si Empedocles, quamvis diligens naturae indagator, interdum tamen parum anxie curaverit, num cogitata sua et mentis notiones cum rerum sensibus subjectarum naturâ plane congruant[11], — sed mentis spiritu incitatum interdum ita

(11) Ideo perstringitur a Galeno *περὶ ἁπλῶν φαρμ. κράσ.* II, princ. T. XIII, p. 30 sq. Chart. Locus longior est; praecipua excerpsisse sufficiat: *Φέρε δὲ, ὦ πρὸς θεῶν, εἴπερ ἐγὼ νῦν ἀρξάμενος ὧδέ πως λέγειν, ὡς, τεττάρων ὄντων στοιχείων, . . . οὐδενὸς ἄλλου ξύμφυτόν ἐστι τὸ λευκὸν καὶ λαμπρὸν χρῶμα πλὴν αὐγῆς καὶ πυρός, εἶτα καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ ἄλλους τινας ἐπὶ τῷ λόγῳ καλέσας μάρτυρας, ἅπαντα τὰ λαμπρὰ σώματα πυρὸς πλείστου μετέχειν ἀποφηναίην, ἀμελήσας ἐμβλέψαι χιόνι . . . ἑτέροις τε μυρίοις τῶν λαμπροτάτων ἅμα καὶ ψυχροτάτων, εἶτά τινος αὐτὰ προχειριζομένου, τὸν ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως ἔλεγχον*

loqui, ut potius vatis instar oracula fundere quam rationis placita enuntiare videatur [12]. Praeterea haec mentis elatio et color poëticus ut sententiarum sublimitatem auget, ita perspicuitati aliquantum obest. Quum enim mundi principia, vires motusque informet ad notiones animo conceptas, eaque porro non ratiocinando explicet, sed tanquam imagines adumbret et velut praesentia in conspectu ponat, difficile interdum interiorem ejus mentem agnoscere, rationis effata a poëticis figmentis juste discernere. Quod quo rectius facere instituerimus, eo melius Empedoclis philosophiam cognoscere et aestimare licebit.

ἀποδιδράσκων, ἀξιοίην ἐπὶ τὸν λόγον ἰέναι καὶ τούτῳ σκοπεῖσθαι περὶ φύσεως πραγμάτων, οὐκ αἰσθήσεσιν ἀλόγοις ἐπιτρέπειν τὸ πᾶν, ἆρ' οὐκ ἂν τοῖς νοῦν ἔχουσι μαίνεσθαι δόξαιμι; . . . εἰ μὲν οὖν ἀποστητέον ἐστὶ ταῖς αἰσθήσεσι, οὐδεμίαν ἕξομεν ἀπόδειξιν, οὐδ' ἡμεῖς, οὐθ' Ἐμπεδοκλῆς, ὧδε γράφων »ἠέλιον μὲν κτλ." (vs. 126.)

(12) Cf. vs. 164, et annot. ad vss. 32-40. p. 172.

§ 2.

DE MUNDI FABRICA.

Empedocles physicus fere vocari solet [13]: et merito: omnis enim ejus philosophia in rerum natura explicanda versatur; in quo ab Eleatis, a quibus ceteroquin plura mutuatus est, multum differt. Illi veri cognitionem posuere in re ab omni sensuum perceptione omnique naturae fluxu remota, in ente; hic contemplationem revocavit ad adspectabilem naturam, multaque ab illis abstrusius dicta ad physica explicanda transtulit. Physice autem veterum quam late pateat, notum est: complectitur tam divinarum rerum quam humanarum cognitionem. Itaque Empedocles incipiens a describenda universi origine, elementis, principiis, legibus quibus mundus regitur, deinceps processit ad mundi conditionem singularumque rerum tam adspectabilium quam occultarum naturam explicandam. Illarum partium prior Κοσμοποιία appellari potest, sicut a multis appellata est, quam nunc explicabimus; primum summam ejus sententiae proponemus, deinde singulas partes diligentius tractaturi.

Profectus a noto illo veterum decreto: *ex nihilo nihil, in nihilum nil posse resolvi*, statuit, mundi

(13) Vid. e. g. Aristoteles de Mundo c, 6; Cicero de Orat. I, 50; Plutarch. de Curios. p. 515 C.

universitatem sive elementa et principia rerum omnium, tam divinarum quam humanarum, aeterna esse, nec nata unquam nec interitura[14]; naturales autem illas vicissitudines, quas nasci et mori appellamus, esse tantum formae mutationes, mixtionem partium et discretionem, revera nec oriri nec perire quidquam[15]; unam esse universi complexionem eamque omnibus numeris completam, in qua nec vacuum quid nec abundans[16]; denique omnia tam supra quam subter velut diversa esse mundi membra eaque mutuâ communione inter se contineri[17]. Placita haec omnia pendent a nobili illo Eleaticae scholae decreto: ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν[18]. Quae ab hoc principio exorsus Parmenides de ente demonstravit, ea Empedocles ad mundi universitatem transtulit. Videamus porro, qualem sibi mundi fabricam informaverit.

Principio statuit unum fuisse omnia, nulla partium diversitate, nullo naturarum discrimine, sed globi instar unâ harmoniâ contentum, idque divinum. Dein certo tempore ex fati lege subortam Discordiam, qua factum ut unum illud in diversas partes distraheretur: sic exstitisse Ignem, Aërem, Terram, Aquam, exstitisse Amicitiam et Discordiam, singula per se tota atque integra, sibi invicem vero opposita, lo-

(14) Vid. Emped. vss. 81 sqq. et 118 sqq.

(15) Idem vss. 77 sqq.

(16) Id. vs. 63.

(17) Vs. 122 sq. 132-137. Eodem spectat placitum de metempsychosi, vs. 380 sq. aliaque.

(18) Vid. Parm. vs. 71.

cis disclusa, naturis diversa, ceterum potestate paria, aeterna atque divina. Postea rursus suo tempore venisse Amicitiam, eamque, repulsâ pedetentim Discordiâ, discreta elementa inter se miscuisse, ex immortalibus mortalia fecisse, mutuâque eorum temperie hunc finxisse mundum e diversis conflatum generibus, quae reluctantia inter se Amicitiae vinculo constringi. Porro hanc esse naturae legem divinitus constitutam, ut Amicitia et Discordia alternis in mundo regnent, altera cuncta in unum concilians, altera in diversas partes dirimens. Contrariis his motibus omnem rerum vicissitudinem pari.

Haec est summa Empedocleae doctrinae de mundi fabricâ, in qua statim animadvertimus aliquos veluti gradus praestantiâ diversos. Primo loco ponitur summum illud, cuncta unâ complexum harmoniâ, hoc est regnum Amicitiae; sequitur elementorum dissidium, quo universitas e perfecta illa consensione in diversas distrahitur partes, quae sunt quasi fundamenta rerum naturae, hoc est Discordiae regnum; postremo, generibus illis diversa indole inter se mixtis, oritur mundus, fluxus ille rerum ordo, repugnantium seminum concretione conflatus. Haec universe; jam singula diligentius consideranda.

§ 3.

De Uno sive Sphaera.

Principio ergo, ut vidimus, Empedocles universum unum fuisse canit, e quo deinceps mundi principia orta. Istud vero quale sit, subobscurum varieque ab interpretibus tam antiquis quam serioribus acceptum. Unde facile conjicias, ipsum Empedoclem haud admodum luculenter illud descripsisse; memorantur certe non nisi duo tresve ejus versus, quibus speciem illius adumbrat, dicens esse harmoniâ vinctum, formâ rotundum, omni ex parte quietum seu immobile, denique infinitum sive unum omnia complectens; idem ab eo in versu quodam Deus nuncupatur[19]. Aristoteles plerumque ἓν appellat[20]; seriores, Aristotelici et Platonici, Syrianus, Proclus, Themistius, Simplicius, alii, σφαῖρον cognominare solent[21] Empedocleo vocabulo, quamquam Aristoteles hoc nomine nunquam designat; credo, quia proprium et usitatum vocabulum usurpare mallet quam metaphoricum, quod illis magis placuit: utrumque Empedoclis sensui conveniens est. Interdum quoque simpliciter ὁ θεὸς ab Aristotele vocatur tanquam principium universi et summum naturae[22].

Quid autem vel quale sit summum illud, videamus.

(19) Vid. vss. 59-61 et 70.

(20) Vid. Aristotelis locos, qui paullo post citantur.

(21) Horum auctorum testimonia passim afferuntur hac § et § 13. De vocabulo σφαῖρος cf. Commentar. in vs. 60, p. 183 sq.

(22) Ut de Gener. et Corr. II, 6; p. 404 H. Metaph. II, 4; p. 662 D.

Nam Pythagorei quoque principium universi statuerunt unum, *τὸ ἕν*, at dispari sensu. Amborum sententias ita distinguit Aristoteles [23]: *τὸ πάντων χαλεπώτατον καὶ πλείστην ἀπορίαν ἔχον, πότερον τὸ ἓν καὶ τὸ ὄν, καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων ἔλεγεν, οὐχ ἕτερόν τί ἐστιν ἀλλ' οὐσία τῶν ὄντων, ἢ οὔ, ἀλλ' ἕτερόν τι τὸ ὑποκείμενον, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς φησὶ φιλίαν, ἄλλος δέ τις πῦρ, ὁ δὲ ὕδωρ, ὁ δὲ ἀέρα.* i. e. »Empedoclem a Pythagoreis in eo differre, quod hi unum et ens nihil aliud dixere nisi ipsam naturae essentiam, ille vero alterum quid ei subjecit, unum dicens Amicitiam, prouti alii idem hoc ignem, alii aquam, alii aërem appellarunt." Cum his comparandus est alius Aristotelis locus, quo mutatis verbis eandem profert sententiam, et quorum alter alterum illustrat. Nam paullo inferius eandem, quam modo tetigerat, quaestionem de uno et ente repetens, diversas dicit esse de ea sententias [24]: *Πλάτων μὲν γὰρ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι οὐχ ἕτερόν τι τὸ ὂν οὐδὲ τὸ ἕν, ἀλλὰ τοῦτο αὐτῶν τὴν φύσιν εἶναι, ὡς οὔσης τῆς οὐσίας αὐτὸ τὸ ἓν εἶναι καὶ ὄν τι· οἱ δὲ περὶ φύσεως, οἷον Ἐμπεδοκλῆς, ὡς εἰς γνωριμώτερον ἀνάγων* (f. *ἀνάγειν*) (*), *λέγει, ὅ τι ποτε τὸ ἕν ἐστι·*

(23) Aristoteles Metaph. II, 1. p. 658 A.

(24) Aristoteles Metaph. II, 4. p. 663 A.

(*) Verba haec non recte accepisse videntur interpretes, qui *γνωριμώτερον* referunt ad intellectum *τι*, hoc sensu: *referens ad notius quiddam, ad magis cognitum, ad notiora ferens. γνωριμώτερον* spectat ad Empedoclem, ut reliquis physicis illustriorem. Itaque verba haec aut glossatori tribuenda sunt, qui annotaverit, Empedoclem ab Aristotele memorari, utpote ad notiorem auctorem provocante; aut ipse Aristoteles hoc addidit, quo sensu pro *ὡς . . ἀνάγων* postulatur *ὡς . . ἀνάγειν, ut notiorem proferam;* quemadmodum paullo ante Empedoclem citans addit:

δόξειε γὰρ ἂν λέγειν τοῦτο τὴν Φιλίαν εἶναι· αἰτία γοῦν ἐστὶν αὕτη τοῦ ἓν εἶναι πᾶσιν· ἕτεροι δὲ πῦρ, οἱ δὲ ἀέρα φασὶν εἶναι τὸ ἓν τοῦτο καὶ τὸ ὂν ἐξ οὗ τὰ ὄντα εἶναί τε καὶ γεγονέναι. Sensus horum verborum idem est ac praecedentium: Empedoclem uni aliud quid subjectum facere, idque esse Amicitiam; tantum interest, quod priore loco sine haesitatione affirmat: Ἐμπεδοκλῆς φησι Φιλίαν; posteriore loco dubitanter dicit: *δόξειε γὰρ ἂν λέγειν τοῦτο τὴν Φιλίαν*; unde apparet, Empedoclem ipsum id non diserte dixisse, sed isto sensu acceptum esse ab Aristotele, quia nimirum Amicitia sit quae cuncta unum faciat, *ἡ ἑνοποιὸς αἰτία* [25]. Aristotelis auctoritatem in hoc multi sunt secuti, ut Alexander Aphrodisius, Syrianus, Philoponus, omnes idem dicentes [26]. Mirum tamen, qua ratione unum et vis unum efficiens, id est Amicitia, pro eodem possint haberi. Non credibile, Aristotelem tam negligentem fuisse, ut caussam efficientem et effectum confunderet; sed quum unum Amicitiam dicit, nihil aliud significare videtur nisi Amicitiae regnum, *τὴν ἐπικρατείαν τῆς Φιλίας*, quemadmodum veteres interpretes interdum appellant [27].

καὶ γάρ, ὅνπερ οἰηθείη λέγειν ἄν τις μάλιστα ὁμολογουμένως αὐτῷ, Ἐμπεδοκλῆς, καὶ οὗτος ταὐτὸ πέπονθε. Quae deinceps sequuntur, ὅ τι ποτὲ τὸ ἕν ἐστι, apud Bekkerum sic leguntur: ὅτι τὸ ἓν ὂν ἔστιν. quod minus rectum; clarius foret: ὅτι ἕτερόν τι τὸ ἕν ἐστι.

(25) Pariter et alibi τὸ ἓν et τὴν φιλίαν promiscue usurpat, veluti Metaph. XIV, 4, secundum Empedoclem dicit φιλίαν esse τὸ στοιχεῖον, pro quo de Gen. et Corr. I, 1, extr. dicit στοιχεῖον esse τὸ ἕν.

(26) Alexand. Aphrod. in Metaph. p. 98 lat. Syrian. in Metaph. II, f. 8 B. lat. Philopon. in Metaph. X, f. 41 A. lat.

(27) Ut Simplic. in Aristot. Phys. f. 265 A, 272 B; de Coelo III, f. 144

Praeterea ex allatis Aristotelis locis nonnulli effecerunt, Empedocleum unum ab aliis quoque ignem, ab aliis aquam, ab aliis aërem intellectum esse[28]. Falso. Illud vult Aristoteles: idem illud unum, quod Empedocles Amicitiam diceret, alios physicorum dixisse aquam, alios ignem, alios aërem; intelligens Thaletem, Anaximandrum, Heraclitum[29], quorum quisque unum aliquid horum statuit summum, *τὸ ἓν καὶ τὸ ὄν, ἐξ οὗ τὰ ὄντα εἶναί τε καὶ γεγονέναι*, ut Aristotelis verbis utar.

Ergo Empedoclis unum continet quidem Amicitiam, quae in eo dominatur, nec tamen eâ totum absolvitur; idem est elementorum omnisque naturae fons et principium. Docet hoc Aristoteles, alibi dicens, Empedoclem universam rerum naturam ad unum quid reducentem, ex hoc porro generare omnia, addito nimirum formarum qualitatumque discrimine, etsi haec in ipso uno non insint: *ὅταν*, inquit, *συναγάγῃ εἰς ἓν τὴν ἅπασαν φύσιν πλὴν τοῦ νείκους, ἐκ τοῦ ἑνὸς γίγνεσθαι πάλιν ἕκαστον· ὥστε ἐξ ἑνός τινος, δῆλον ὅτι διαφοραῖς τισι χωριζομένων καὶ πάθεσι, ἐγένετο τὸ μὲν ὕδωρ, τὸ δὲ πῦρ*[30]. Ergo Aristoteles unum illud videtur intelligere communem elemen-

(Brandis. Schol. p. 512 a.); Philop. de An. I. lit. F, f. 2; de Gener. Animal. I. f. 16 B, et passim.

(28) Sic Sturzius p. 159 sq.

(29) Sic veteres quoque interpretes acceperunt, ut Philopon. in Metaph. f. 41 A: »Quidnam est unum? .... numquid sicuti Naturales dicunt? veluti Empedocles amicitiam dicebat, Anaximander vero aërem, alii alia."

(30) Aristoteles de Gener. et Corr. I, 1. p. 385 C. *χωριζομένων*, puta *τῶν στοιχείων*, quod intelligitur e sqq. *ὕδωρ, πῦρ*.

torum materiem, e qua deinde, adscitis variis formis et qualitatibus, elementa oriantur. Clarius etiam hanc sententiam exponit in Metaphysicis, ubi postquam docuit, omnem mutationem, ortum, interitum, esse conversionem ex eo quod potentiâ est in id quod actu est, — *μεταβάλλειν πᾶν ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος εἰς τὸ ἐνεργείᾳ ὄν*, — addit: *καὶ τοῦτ'* (scil. *τὸ δυνάμει ὂν, μὴ ὂν δὲ ἐνεργείᾳ*) *ἐστὶ τὸ Ἀναξαγόρου ἓν* (*βέλτιον γὰρ ἢ ὁμοῦ πάντα*) (*) *καὶ Ἐμπεδοκλέους τὸ μῖγμα καὶ Ἀναξιμάνδρου καὶ ὡς Δημόκριτός φησιν, ἦν ὁμοῦ πάντα δυνάμει, ἐνεργείᾳ δ' οὔ. ὥστε τῆς ὕλης ἂν εἶεν ἡμμένοι* [31]. *Ἐμπεδοκλέους τὸ μῖγμα* hoc loco unum sive sphaeram dici cum per se manifestum, tum veteres agnoverunt interpretes [32]; eodemque sensu Aristoteles paullo inferius *φιλίαν* vocat *μόριον τοῦ μίγματος* [33]. Ergo unum illud intellexit quasi chaos e diversis elementis conflatum, quale fere illud, quod Anaxagoras statuit, ponens omnium rerum semina initio confusa fuisse, *πάντα ὁμοῦ*, quas vulgo homoeomerias appellant: — hanc autem mixturam Empedoclem fecisse universi materiem (*στοιχεῖον* s. *ὕλην*), in qua discreta rerum elementa potentiâ quidem insint, non autem actu (ut Aristotelice loquar); sive talem materiem, e

(*) Lectio discrepat; alii: *βέλτιον γὰρ ἦν ὁμ. π.* Suspicor haec verba esse a correctore, qui ad istud *Ἀναξαγόρου ἓν* adscripserit: *βέλτιον γρ.* (*γράφεται*) »*ἦν ὁμοῦ πάντα.*" quae sunt verba ipsius Anaxagorae. Ex isto *γρ.* ortum facile *γάρ*.

(31) Aristot. Metaph. XI, 2, p. 739 A. cf. Phys. I, 4.

(32) Cf. Alex. Aphrod. in Metaph. l. l. f. 192 lat. Simplic. Phys. I, f. 33 A. Schol. Brandis. p. 799 b, lin. 27.

(33) Ibid. XI, 10, p. 745 G.

qua elementa illa exsistere quidem possint, non tamen ei reapse insint. Istud autem vocabulum *μῖγμα* tacitam in se habet reprehensionem, quod videlicet primam illam materiem Empedocles non formarit talem, qualem Aristoteles esse demonstrat, informem, omnis qualitatis expertem (*ἄποιον*), sed quod vim formantem sive amicitiam cum illâ conglutinaverit, nec disjunxerit ab eâ diversas naturae qualitates et species (*): quocirca illam non tam communem elementorum materiem, quam ex diversis potius elementis formisque conflatam videri, ut dubium sit, utrum elementa ex uno orta, an unum ex elementis conflatum sit. *Ἄδηλον δὲ*, inquit, *καὶ τὸ πότερον ἀρχὴν αὐτῶν θετέον, τὸ ἓν ἢ τὰ πολλά· λέγω δὲ (τὰ πολλὰ) πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ σύστοιχα τούτων· ᾗ μὲν γὰρ ὡς ὕλη ὑπόκειται, ἐξ οὗ μεταβάλλοντα διὰ τὴν κίνησιν γίγνεται γῆ καὶ πῦρ, τὸ ἓν στοιχεῖον· ᾗ δὲ τοῦτο* (i. e. *τὸ ἓν*) *μὲν ἐκ συνθέσεως γίγνεται συνιόντων ἐκείνων* (i. e. *τῶν στοιχείων*), *ἐκεῖνα δὲ ἐκ διαλύσεως, στοιχειωδέστερα ἐκεῖνα καὶ πρότερα τὴν φύσιν* [34]. Hanc ob rem alibi quoque Empedoclis placitum commemorans dicit, eum vel quatuor naturae principia statuisse vel unum, *τῇ φύσει τέτταρα, ἄνευ τῶν αἰτίων, ἢ ἕν* [35], et alio loco elementa vocat *φύσει πρότερα τοῦ θεοῦ*, naturâ antiquiora ipso Deo, i. e. uno s. sphaerâ [36].

(*) In hunc sensum Schol. Aristot. Metaph. p. 799 b Brand. dicit: *Ἐμπ. ἐκ τοῦ μίγματος λέγων γενέσθαι τὰ τῇδε (λέγοι δ' ἂν μῖγμα τὸν σφαῖρον), τὴν ὕλην ἐφαντάζετο, μὴ δυνηθεὶς δὲ ἅψασθαι* — i. e. *materiem suspicatus est*, *non perspexit*. Parum vero recte Brandis Hist. Phil. Vol. I, p. 200 *t*) istud *μῖγμα* idem significare vult atque *τὴν ἄποιον ὕλην*.

(34) Aristot. de Gener. et Corrupt. I, 1 extr. p. 385 E.

(35) Idem de Xen. Zen. Gorg. c. 2, p. 910 G.

(36) Id. de Gener. et Corr. II, 6, p. 404 H.

Ex his satis manifestum, quale Empedoclis unum intellexerit Aristoteles; quamquam ex ejus interpretatione haud satis claram ejus rei notionem informare nobis licet. Nam quomodo idem potest unum esse et multiplex sive concretum, idem Deus et informis materies? haec parum congrua.

§ 4.

Posteriorum interpretum, qui Empedoclis sententiam exposuerunt, Aristotelem plerique ducem secuti haud multum lucis afferunt, nec ipsi in interpretando satis sibi constant. Sic Philoponus unum sive *σφαῖρον* modo dicit *σῶμα ἀδιάφορον*, *ἄποιον*, corpus informe, omni discrimine et qualitate vacans, elementorum omnisque naturae substantiam (*οὐσίαν*); modo rursus rerum omnium formarumque misturam. In priorem sententiam alicubi sic disputat: *Ἐμπεδοκλῆς φησί, τῆς φιλίας κρατούσης τὰ πάντα ἓν γίγνεσθαι καὶ τὸν σφαῖρον ἀποτελεῖν, ἄποιον ὑπάρχοντα, ὡς μηκέτι μήτε τὴν τοῦ πυρὸς μήτε τῶν ἄλλων τινος (στοιχείων) σώζεσθαι ἐν αὐτῷ ἰδιότητα, ἀποβάλλοντος ἑκάστου τῶν στοιχείων τὸ οἰκεῖον εἶδος· ὥστε δῆλον ὅτι ἀφαιρετὰς ὑποτίθεται τὰς εἰδοποιοὺς διαφορὰς τῶν στοιχείων.* Quam interpretationem quasi ipsius Empedoclis verbis confirmat, dicens: *ὅτε οὖν, φησὶν* (Ἐμπεδοκλῆς), *ἓν ἦν τὸ πᾶν, τουτέστιν, ὁ σφαῖρος, οὔτε πῦρ ἦν ἐν αὐτῷ οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν καθ' ἕξιν* (vs. 72.) *ἐπεὶ οὐκέτ' ἂν ἦν ἕν, ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἕκαστον τῶν στοιχείων ἐξέστη τοῦ εἶναι ὅπερ ἦν, καὶ μίαν οὐσίαν πάντα ἀπετέλεσε τὴν*

τοῦ σφαίρου [37]. Hîc ita disserit, quasi Empedocles formarum discrimen a prima et simplici materie, quam vocavit σφαῖρον, disjunxerit. Alibi vero refert, Empedoclem dicere, ἐν τῷ σφαίρῳ πάντα τὰ εἴδη μεμῖχθαι, in sphaera mixta esse omnia, neque solum diversa elementa, sed etiam diversas animantum membrorumque species, ὡς δὴ μὴ μόνον τῶν στοιχείων ἐν ἀλλήλοις μεμιγμένων ἐν τῷ σφαίρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν μορίων τῶν ζώων [38]. Istius vero ambiguitatis culpam in ipsum Empedoclem confert ὡς ἀσύμφωνα ὑποτιθέμενον, quippe qui unum aliquatenus faciat materiem elementis subjectam, aliquatenus ipsorum elementorum concretionem: quocirca ἄδηλον, inquit, ποίαν χρὴ τίθεσθαι ἀρχὴν, ὅσον ἐκ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ λεγομένων, πότερον τὸν σφαῖρον τῶν στοιχείων, ἢ ταῦτα τοῦ σφαίρου [39]. Apparet jam, quae Philoponus in Empedoclis sententiam disserit, nihil esse nisi explicationem eorum, quae prius varie disputata erant ab Aristotele. Interdum tamen diversam ingreditur viam, σφαῖρον interpretans intelligibilem mundum (νοητόν), adspectabili ex elementis conflato (αἰσθητῷ) oppositum; quae interpretatio a Neo-Platonicorum fontibus ducta inferius exponetur [40]. Istâ autem μίγματος notione semel receptâ, deinceps argumentando eo processere, ut Empedocleam rationem plane deflecterent. Sic enim

(37) Philop. in Aristot. de Gener. et Corr. I, f. 5 A.

(38) Idem in Aristot. Phys. II, lit. H, 13. Utrumque Philoponi locum totum exscripsit Sturz. Emped. p. 283 et 374. cf. Philop. ibid. lit. C, 5.

(39) Philoponus in Aristot. Gener. et Corr. I, f. 5 B.

(40) Vid. § 13.

ratiocinabantur: misturam illam conflat Amicitia, dissipat Discordia; ergo hae ambae ut efficientes vires illâ tanquam materie priores sunt. Hinc Empedocli placuisse dixerunt, ἐνέργειαν (i. e. *actum* sive agentes vires) priorem esse quam δύναμιν (i. e. *potentiam* sive materiem) [41]: qua ratione in diversum plane sensum ejus placita detorserunt.

Ergo illa, quam exposui, Aristotelis et Aristotelicorum explicatio huc fere redit: Empedoclem principium omnium statuisse sphaeram, ut naturae materiem inchoatam et inertem, diversarum semina rerum complexam; in hoc autem praecipue peccasse, quod unum et concors illud faciat, et tamen discordes qualitates formasque ei attribuat. Eandem interpretationem complures seriorum amplexi sunt, sphaeram nil nisi chaos interpretantes, ut Moshemius, Bruckerus, Sturzius, alii [42]. Profecto quidem fatendum, sphaeram principium esse unde cuncta exsistant, et eatenus materiae locum obtinere; at idem est perfectum, idem Deus: quocirca Empedocles majus sane quid et celsius cogitaverit quam iners pondus informemve materiem, ut illi appellant.

§ 5.

Ab aliis vero unum explicatur τὸ ποιητικόν, veluti

(41) Alex. Aphrod. in Arist. Metaph. p. 383 et 384; Schol. Arist. Brand. p. 8o3 a; ducem secuti ipsum Aristotelem, Metaph. XI, 6, p. 741 F, varie de hoc disputantem.

(42) Moshem. ad Cudworth. Syst. Intell. T. I. p. 210 sq. Brucker. ad Scipion. Aquil. de Plac. philos. p. 145. Sturz. Emped. p. 251, 281 sq.

a Themistio dicente: *οἱ πολλὰς ὑποθέμενοι τὰς ἀρχάς, ἓν δὲ αἴτιον τὸ ποιητικόν, Ἀναξαγόρας τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ὁ μὲν τάς τε ὁμοιομερίας καὶ τὸν νοῦν, ὁ δὲ τὰ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα καὶ τὸν σφαῖρον* [43]. Hic *σφαῖρον* intelligit caussam naturae efficientem, pariter uti *νοῦν* Anaxagorae. Eandem interpretationem alicubi proponit Simplicius, ambigens tamen, num caussa efficiens potius habendae sint Amicitia et Discordia, utraque suo vicissim tempore regnans [44]. Sane quidem *σφαῖρος*, quatenus cuncta ex eo oriuntur, princeps et auctor naturae appellari potest, non tamen *τὸ ποιητικόν*, sicut *νοῦς* Anaxagorae; hic materiae oppositus est quam fingit formatque, ille utrumque tam materiem quam vim agentem in se continet. Alii etiam altius quiddam cogitarunt, Empedoclis *σφαῖρον* idem intelligentes atque monadem Pythagoreorum, unum universorum principium, de quo rationes poscendas negarent, summum Deum. Hanc sententiam refert scriptor Philosophumenôn, dicens: *Ἐμπεδοκλῆς... τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν νεῖκος καὶ φιλίαν ἔφη, καὶ τὸ τῆς μονάδος νοερὸν πῦρ, τὸν θεόν.* Similiter Cedrenus [45]. Postremum hoc ad *σφαῖρον* spectare manifestum est. In his autem facile seriorem Pythagoreum deprehendimus, qui *τὸ νοερὸν πῦρ* usurpabant ad subtilissimam et prae omnibus excellentem naturam adumbrandam; quocirca inde effici nequa-

(43) Themist. in Aristot. Phys. Ausc. I, f. 18 A.
(44) Simplic. Phys. I, f. 33 A. cf. Brandis. Schol. Arist. p. 335.
(45) Origenes, qui fertur, Philosophum. c. III. Cedrenus Synops. Hist. T. I, p. 157. Paris.

quam potest, Empedoclem σφαῖρον igneâ fecisse naturâ, sicut quidam putarunt (*); significat id nihil aliud, nisi monadem et Deum. Simplicius vocat τὴν μονάδα τῆς ἀνάγκης [46]; quo vocabulo si significaverit, unum illud suapte natura ac necessario esse et agere, probetur; si vero ipsam Necessitatem intellexerit (de qua inferius), minus potest probari. Simili fere sensu a Syriano vocatur unum universorum principium [47]; a Proclo dicitur ὁ σφαῖρος τὴν μίαν ἕνωσιν περιέχειν τῶν θεῶν [48], i. e. ex illius loquendi modo, sphaeram universitatem continere elementorum et naturae virium. Denique Theologumenôn scriptor Empedoclis, uti et Parmenidis, eandem ac Pythagoreorum facit sententiam statuentium, ut dicit, τὴν μοναδικὴν φύσιν ἑστίας τρόπον ἐν μέσῳ ἱδρύσθαι, καὶ διὰ τὸ ἰσόῤῥοπον φυλάσσειν τὴν αὐτὴν ἕδραν [49]. Vult, ab Empedocle summum numen, unum omnia continens, in medio universi collocatum esse, sicut a Pythagoreis ignem, quam Vestam nuncupabant. Num Empedocles tale quoddam numen finxerit, incertum; in unum sive sphaeram certe id minime quadrat: fortasse scriptor iste Necessitatem (Ἀνάγκην) vel mentem divinam spectaverit [50]; probabilius tamen, eum Pythagoricis placitis imbu-

(*) Uti Sturz. in Emped. p. 273-275. E falsa hac interpretatione manavit placitum illud Empedocli tributum: ex igni orta esse omnia et in ignem interitura; de quo infra § 14.

(46) Simplic. Phys. I. f. 43 A, qui locus exponetur inferius § 11.

(47) Syrian. in Aristot. Metaph. II, f. 32 B, qui locus infra exponetur § 13.

(48) Proclus in Plat. Tim. I, p. 6.

(49) Theolog. Script. p. 7, ed. Ast.

(50) De quo inferius § 11.

tum, in σφαῖρον Empedoclis transtulisse quae de Pythagorica monade praedicari solerent (*)

Jam diversas attuli veterum interpretum de Empedoclis sphaera sententias, quibus inter se collatis, facilius jam poterimus illius mentem perspicere. Naturae principium statuit tale quod ipsum per se esset, cuncta complexum, sua vi contentum atque perfectum; finxit illud unum et simplex, e quo tamen diversae naturae vires et diversa elementa, variis induta formis, deinceps exstitissent. Ergo erat quasi universitas quaedam, tam naturae materiem quam vim divinam uno complexu, unâ consensione constricta tenens; quae quidem globi formâ optime significatur [51]. Hoc principium quantum ab Anaxagoreo distet, manifestum est. Anaxagorae homoeomeriae sive πάντα ὁμοῦ erant discors et indigesta moles carens mente divinâ, quam a materie secretam huic tamquam fabricatorem praeposuit; Empedoclis vero σφαῖρος est concors natura et perfecta, amicitiam divinamque vim in se continens. Formâ autem congruit plane cum Eleaticorum principio, qui supremam omnium naturam item sphaerae similem finxerunt:

πάντοθεν εὐκύκλου σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ [52].

(*) Haud majori jure Sturzius p. 75, τὸ ἕν ab Empedocle Apollinem dictum putat, quia videlicet Pythagorei monadem ita appellare solerent. Unum Empedoclis et Pythagoreorum monas haud similia sunt, ut supra Aristotelis verbis ostendi, p. 317.

(51) Philoponus in Phys. I, lit. A, f. 5 A: σφαῖρον ἐκάλει διὰ τὸ πρὸς ἑαυτὸν ἐπεστράφθαι καὶ πρὸς τῷ ἑνὶ εἶναι. Cf. infra § 13.

(52) Vid. Parmenid. vs. 102.

Sed eatenus ambo differunt, quod Eleatae formâ illa comprehenderunt ipsum ens, *αὐτὸ τὸ ὄν*, quod unum verum statuebant, liberum ab omni contagione elementorum, quippe quae opinabilia tantum ducerent; Empedocles unum illud ad rerum naturam reduxit, verum divinumque statuens tale, quod simul mundi esset materies et principium, idque expressit eâ formâ, quae summae perfectionis et harmoniae exemplar haberetur. Ratio autem hujus sententiae in promptu videtur. Intellexit nimirum, in maxima hac mundi varietate perpetuoque rerum fluxu, tantum illum ordinem et consensionem obtinere non posse, nisi esset una quaedam vis tanquam commune vinculum diversa ista continens. Ideo rerum elementa retulit ad unam originem stirpemque divinam, quem *σφαῖρον* dixit. Quali autem natura hanc sphaeram constare voluerit, num subtilissima quadam materie, spiritu, igne, an anima et mente, nolimus quaerere. Empedocles ipse, quantum ex interpretum vel silentio vel dissensione judicari potest, de hoc nihil docuit; sed rem magis poëtice adumbravit quam subtiliter exposuit. Nec mirum. Notio enim illa divinae omnium rerum harmoniae mentis humanae captum excedit, quam si suspicari fortasse celsiori ingenio liceat, at exponere et demonstrare homini non datum:

τὸ δὲ οὖλον ἐπεύχεται εὑρεῖν
αὔτως· οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἄνδρασιν, οὔτ' ἐπακουστὰ
οὔτε νόῳ περιληπτά [53].

(53) Emped. vs. 37 sq.

§ 6.

De Quatuor Elementis.

Principium ergo omnium secundum Empedoclem unum erat; certo autem tempore et fatali necessitate exstitit in eo generum partiumque dissidium, quod paullatim gliscens totum quasi corpus occupavit, quo cuncta Dei membra tremefacta sunt, ut dicit [54], et ex uno multa ac diversa naturarum genera prodierunt. Sic exstitere mundi elementa, quae non nata sunt secundum Empedoclem, sed quasi explicuerunt sese et ex una illa consensione in diversas factiones discesserunt. Haec universi discretio per Discordiam facta initium *τῆς κοσμοποιίας*, i. e. mundi fabricae, haberi solet [55]. Neque enim, omnibus in unum concretis, construi mundus potuisset; diversa requirebantur elementa, e quibus illa rerum varietas et vicissitudo posset exsistere. Huc spectat Aristoteles dicens: *διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς παραλείπει* (*) *τὴν ἐπὶ τῆς Φιλότητος (τάξιν)· οὐδὲ γὰρ ἂν ἠδύνατο συστῆσαι τὸν οὐρανὸν, ἐκ κεχωρισμένων μὲν κατασκευάζων, σύγκρισιν δὲ ποιῶν διὰ τὴν Φιλότητα· ἐκ διακεκριμένων γὰρ συνέστηκεν ὁ κόσμος τῶν στοιχείων· ὥστε ἀναγκαῖον γίγνε-*

(54) Vid. Emped. vs. 70.

(55) Philoponus Phys. Ausc. II, H, 13. Simplicius de Coelo II, f. 128 B et III, f. 145 B; Schol. Brandis. (Coisl.) p. 507 b.

(*) Bene Simplicius f. 146 B (Schol. Brand. p. 512 b) interpretatur: *παραλείπει τὴν ἐπὶ τῆς Φ. διάθεσιν τῶν στοιχείων, τουτέστιν, οὐ ταύτην αἰτιᾶται τῆς κοσμοποιίας, ἀλλα τὴν ἐπὶ τοῦ Νείκους διάκρισιν.*

σθαι ἐξ ἑνὸς καὶ συγκεκριμένου [56]. Quae verba latius exposita hunc habent sensum: »Quum mundus constet e diversis elementis uno ordine compositis, oportere et diversa esse et unum e quo illa orta sint. Ideo Empedoclem unam illam omnium rerum harmoniam, quam initio posuit, interrupisse, quoniam aliter non potuisset mundi ordinem e diversis elementis in unum componere." Porro quaeramus, quomodo ex Empedoclis sententia illa elementorum discretio facta sit.

Plutarchus rem hoc ordine factam narrat: Ἐμπεδοκλῆς (φησί), τὸν μὲν αἰθέρα πρῶτον διακριθῆναι, δεύτερον δὲ τὸ πῦρ, ἐφ' ᾧ τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἄγαν περισφιγγομένης τῇ ῥύμῃ τῆς περιφορᾶς ἀναβλύσαι τὸ ὕδωρ, ἐξ οὗ θυμιαθῆναι τὸν ἀέρα· καὶ γενέσθαι τὸν μὲν οὐρανὸν ἐκ τοῦ αἰθέρος, τὸν δὲ ἥλιον ἐκ πυρός, πιληθῆναι δὲ ἐκ τῶν ἄλλων τὰ περίγεια [57]. Ergo secundum Plutarchum primum se explicuit aether, tum ignis, dein terra, aquâ et aëre adhuc permixta; denique, terrâ orbis rotatione circumactâ, excretam esse aquam, postremo ex aqua aërem. Si diligens esset haec interpretatio, Empedocles quinque statuisset elementa, quum tamen non nisi quatuor statuerit. Sed ista difficultas inde explicanda videtur, quod ille haec ambo, aetherem et aërem, interdum parum distincte usurpaverit, aetherem modo appellans aërem quem

(56) Aristot. de Coelo, III, 2. p. 371 C. Locum non intellexit Sturz. p. 249, n. 116. et p. 322 sq. n. 17.

(57) Plutarch. Plac. phil. II, 6. et ex hoc Euseb. Praep. Eu. XV, 37, levi lectionis varietate.

ducimus, modo tenuiorem illum spiritum in quo sidera volvuntur [58]. Plato primus aethera tanquam quintum elementum vulgatis illis addidisse legitur [59]: quocirca in Empedocle aether universe significat coeli naturam mundum cingentem. Cum illa autem descriptione concinit fere Plutarchus, qui in Stromatibus scripsit: Ἐμπεδοκλῆς .... ἐκ πρώτης φησὶ τῆς τῶν στοιχείων κράσεως (h. e. τοῦ μίγματος s. σφαίρου) ἀποκριθέντα τὸν ἀέρα περιχυθῆναι κύκλῳ· μετὰ δὲ τὸν ἀέρα τὸ πῦρ ἐκδραμὸν καὶ οὐκ ἔχον ἑτέραν χώραν, ἄνω ἐκτρέχειν ὑπὸ τοῦ περὶ τὸν ἀέρα πάγου [60]. Hic primum aërem excretum esse dicit (eundem quem modo aetherem vocatum vidimus) mundumque cinxisse; porro ignem, perruptâ frigidiore aëris plagâ, superius evolasse; ultimus ergo locus terrenae materiae relinquitur [61]. Igni vero superiorem tributam esse regionem, cum per se probabile est, tum ex Empedoclis dicto quodam colligi potest, quo ignem dicit καρπαλίμως ἀνόπαιον, *cum impetu sublime tendentem* [62]. Atque ejusdem impulsione sphaeram primo labefactari coeptam, idem Plutarchus memorat: τὴν δε ἀρχὴν τῆς κινήσεως συμβῆναι [ἀπὸ τοῦ] τετυχηκέναι, κατὰ τὸν ἀθροισμὸν (i. e. τὸν σφαῖρον) ἐπιβρίσαντος

(58) Vid. Commentar. in Emped. vs. 184 sq. p. 217.

(59) Ita saltem Xenocrates apud Simplic. Phys. f. 268 A. cf. Brandis. Schol. Arist. p. 427 a (ubi Simplicii pagina perperam notata est).

(60) Plutarch apud Euseb. Praep. Eu. I, 8. p. 24 C.

(61) De aëre idem testatur diligens auctor Simplic. de Coelo II, f. 128 B: τὸ γὰρ νεῖκος ὑπ' αὐτοῦ τίθεται αἴτιον .... τῆς δίνης τῆς ἐν τῷ πέριξ τοῦ ἀέρος, ὅν φησι πρῶτον διακριθέντα φέρεσθαι κύκλῳ.

(62) Vid. Emped. vs. 202.

τοῦ πυρός [63]. Quodsi probabile est, Empedoclem elementorum ortum ad eundem sibi informasse modum, quo in rerum natura alia ex aliis exsistere et converti putaret [64], rem ita sibi informasse videtur: sphaerae impulsione per ignem facta, primum tenuem et aëriam materiem se explicuisse; qua compressa, ignis semina excreta esse et sublime evolasse; resedisse autem crassiorem materiem terrenamque faecem; qua per celeriorem motum circumagitata, postremo aquam et vaporem expressa esse. Talis vero rerum descriptio etsi naturae consentanea habeatur, tamen, judice Aristotele, physico non licet in ea acquiescere; postulantur ab eo rationes, cur ita ordinatum esse censeat, qua caussa fiat, ut ignis sublime, terra deorsum feratur. Hoc Empedocles non explicuit, sed forte et casu ita factum dixit; quamobrem ab illo reprehenditur dicente: ἠνέχθη δ' ἄνω ὁ αἰθὴρ, οὐχ ὑπὸ τοῦ Νείκους, ἀλλ' ὁτὲ μέν (φησιν) ὥσπερ ἀπὸ τύχης, »οὕτω γὰρ συνέκυρσε θέων τότε, πολλάκι δ' ἄλλως," ὁτὲ δέ φησι πεφυκέναι τὸ πῦρ ἄνω φέρεσθαι, ὁ δ' αἰθήρ (φησι)

— μακρῇσι κατὰ χθόνα δύετο ῥίζοις [65].

i. e. secundum Empedoclem aether sursum ferebatur, non per contentionem s. discordiam, sed modo dicit quasi casu ita factum: *tum sic forte cucurrit, saepe vero aliter;* modo ignem sua natura sursum ferri,

(63) Plutarch. ap Eus. l. l. Verba ἀπὸ τοῦ, quae uncis inclusi, delenda puto.

(64) De quo infra. Illa autem descriptio, quae exstat apud Lucret. I, 782 sqq. minime Empedoclea est, sicut putabat Sturz. p. 173 et 308.

(65) De Gener. et Corr. II, 6. p. 405 B. cf. Emped. vss. 203 et 204.

aethera vero *longo terram subire ululatu.*" Idem animadvertunt Aristotelis interpretes, Empedoclea tamen interdum suis, ut videtur, commentis augentes. Ita Philoponus: *ὁ Ἀριστοτέλης*, inquit, *ἐγκαλεῖ τοῖς πρότερον φυσιολόγοις, ὅτι καίτοι τινὰ ἀπὸ τύχης λέγοντες γίγνεσθαι, οὐδὲν περὶ τύχης διηλέχθησαν, τίς τέ ἐστι καὶ πῶς αἰτία τῶν ἐξ αὐτῆς γιγνομένων. Ὁ μὲν οὖν Ἐμπεδοκλῆς ἀπὸ τύχης φησὶ τὸν ἀέρα τὴν ἄνω χώραν κατειληφέναι· συγκεχυμένων γὰρ ὄντων πάντων ἅμα ἐν τῷ σφαίρῳ πρότερον, διακριθέντα ὑπὸ τοῦ Νείκους, ἕκαστον ἐνεχθῆναι εἰς τὸν τόπον ἐν ᾧ νῦν ἐστιν, οὐκ ἀπό τινος προνοίας, ἀλλ' ὅπως ἔτυχε. — νῦν μὲν γὰρ ὑπὲρ τὴν γῆν εἶναι τὸ ὕδωρ, ἄλλοτε δ', εἰ τύχοι, ἐν ἑτέρᾳ κοσμοποιΐᾳ, ἡνίκα πάλιν ἀπὸ τοῦ σφαίρου γίγνεται κόσμος, ἄλλην τινα τάξιν καὶ τόπον ἀπολαβεῖν* [66]. Postrema quae addit, »nihil obstare, si dissoluto hoc mundo novus mundus exsistat, quominus elementa alium obtineant ordinem et locum," commentatorem potius quam ipsum Empedoclem sapiunt. Tantum tamen patet, Empedoclem in elementorum cujusque motu et regione describenda, naturae legem et gravitatis vim non attendisse, sed sponte illud vel casu factum putasse.

§ 7.

Jam vidimus, quomodo elementa e sphaera exstiterint; quaeramus porro, q u a l i a ipsa sint formata.

(66) Philop. in Arist. Phys. L. II. G, 9. Omitto quae idem in Commentar. in libr. de Gener. et Corr. II eâdem sententiâ fusius disputat, quae excerpsit Sturz. p. 193 sqq.

Constituit elementa, ut notum est, quatuor haecce: ignem, aërem, aquam, terram: cujus placiti Empedoclem auctorem habendum, tam aliorum quam Hippocratis et Aristotelis testimonia confirmant. Hic quidem et saepius decretum illud ut Empedocleum commemorat, et aliquo loco aperte dicit: Ἐμπεδοκλῆς ... τὰ ὡς ἐν ὕλης εἴδει λεγόμενα στοιχεῖα τέτταρα πρῶτος εἶπεν [67]. Ideo quoque illum laudat, quod elementa statuerit numero definita (πεπερασμένα), non infinita, ut Anaxagoras aliique [68]. Hippocratem quoque illud decretum Empedocli tribuisse auctori, testatur Meletius [69]; eademque opinio vulgo recepta est [70]. Alii tamen Pythagorae et Pythagoreis asserunt, ut Vitruvius, Sextus Empiricus, Laërtius [71]. Fuerunt sane inter Pythagoreos, qui naturae materiem ad quatuor elementa reducerent [72]; at quid obstat, quominus id ab Empedocle adsciverint? Quid quod ipse Empedocles a multis Pythagoreus habitus est? Quo facile factum fuerit, ut Pythagoreae doc-

(67) Aristot. Metaph. I, 4. p. 647 A. Cf. id. I, 7. p. 651 B et 655 A; de Gener. et Corrupt. II, 1. p. 400 A, alibi.

(68) Aristot. Phys. I, 4. p. 256 sq. I, 6. p. 258 H; de Coelo III, 4. p. 372 H. Idem repetunt ejus interpretes, Syrianus, Simplicius, Philoponus, alii.

(69) Meletius de Nat. hom. p. 142. latin. quem locum in Graeco codice Venet. desiderari notat Morellius, apud Sturz. Emped. p. 145.

(70) Vid. scriptores citatos supra sub vss. 55-58 et 74-76. Add. Cicer. N. D. I, 12; Sext. Empir. Pyrrh. III, 31; idem adv. Math. VII, 115; Simplic. Phys. I, f. 41 A; Philopon. Phys. I, lit. C, 2; Chalcid. in Tim. p. 379; aliosque qui passim citabuntur. Perperam vero Asclepius Schol. Arist. p. 693 b tradit, eum haec primum nominasse στοιχεῖα.

(71) Vitruv. Praef. libri VIII; Sextus adv. Math. X, s. 283; Diog. Laërt. VIII, 25. cf. Commentar. supra ad vs. 55.

(72) Ex. gr. Philolaus: vid. Boeckh. Philol. p. 160.

trinae aemuli, sicut pleraque, etiam hoc inventum Pythagorae vindicaverint. Sunt vero etiam, qui altius repetant. Lactantius hujus placiti auctorem Trismegistum nominat [73]; Proclus Chaldaeis tribuit [74], a quibus, ut ille vult, clarissimi Graeciae sapientes, Orpheus, Pythagoras, Plato, omnem doctrinae lucem mutuati sint. Sed ista magicae sapientiae arcana initiatis relinquamus. Certum quidem, quatuor illas naturas dudum ante Empedoclem notas et a physicis in elementorum numerum relatas esse; sed horum alii unum, alii plura statuere, ut Thales aquam, Anaximenes aërem, Heraclitus ignem, Parmenides terram et ignem sive, ut ipse appellat, noctem et lucem (*); Empedocles vero primus *τὰ πολυθρύλλητα* illa quatuor constituit, quae deinde plerisque recepta [75]: quocirca jure auctor hujus placiti dici potest.

(73) Lactant. II, 12.

(74) Proclus in Tim. p. 154: *ἡ τῶν Ἀσσυρίων θεολογία τὰ αὐτὰ παραδίδωσι, θεόθεν ἐκφανθέντα· καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῳ ὁ δημιοῦργος τὸν ὅλον κόσμον λέγεται ποιεῖν*

ἐκ πυρὸς, ἐξ ὕδατος καὶ γῆς καὶ παντρόφου αἴθρης.

(*) Ion Chius duobus his aërem addidit, si fides Philopono in Aristot. de Gen. et Corr. II, f. 46 B.

(75) Vid. Aristot. Gener. et Corr. II, 1 princ. p. 399 sq. Simplic. Phys. II, f. 60 B. In Stobaei Ecll. I, p. 60, ed. Heeren. tota Empedoclis doctrina ad Melissum et Zenonem refertur: *Μέλισσος καὶ Ζήνων τὸ ἓν καὶ πᾶν, ... ὕλην δὲ αὐτὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, εἴδη δὲ τὸ Νεῖκος καὶ τὴν Φιλίαν· λέγει δὲ καὶ τὰ στοιχεῖα θεούς, καὶ τὸ μῖγμα τούτων τὸν κόσμον, κτλ.* Haec omnia inde a verbis *ὕλην δὲ αὐτὰ* Empedoclea sunt; auctoris nomen excidisse cum res ipsa demonstrat, tum vel inde suspicari licet, quod in toto hoc capite, ubi plerorumque physicorum placita memorantur, Empedoclis nulla mentio fit. Heerenus tamen censet, Zenonem in his cum Empedocle convenisse, et testem adhibet Aristotelem de Xen. Zen. et Gorg. T. I, c. 2. p. 942 (940 F) dicentem: *τῶν ὄντων τὰ μὲν ἀΐδια εἶναί*

Qualia autem ista informavit? Primum elementa facit aeterna [76]; res naturae ex elementis conflatae quasi forte casuque exsistunt, elementa vero necessario ac per se constant: illae augescunt, senescunt, in varias formas commeant; haec incorrupta manent, ex his mortalia conflantur inque haec resolvuntur omnia [77]. Ut aeterna sunt, sic eadem sunt immutabilia, ἀμετάβλητα [78]; non permutantur neque commeant in se invicem, e. g. aqua in aërem, aër in ignem, sic ut in rerum natura fieri videmus; sed singula per se constant et suam quaeque obtinent naturam. Sunt porro simplicia (ἁπλᾶ); unumquodque eorum sui simile est [79] (ὁμοιομερές), non e similibus aut diversis partibus compositum. Tum paria inter se et aequalia (ἶσα και ἥλικα) [80].

φησι, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, τὰ δὲ ἄλλα γίνεσθαί τε καὶ γεγονέναι ἐκ τούτων. Sed fallitur vir cel. Aristoteles ibi non de Zenone, sed de Empedocle loquitur.

(76) Emped. vss. 81 et 118 sqq. Aristot de Xen. Zen. Gorg. modo citatus. Simplic. Phys. I, f. 6 B; de Coel. III, f. 155 A, al. Hesych. v. ἀγέννητα.

(77) Aristot. Metaph. I, 3. p. 645 G: Ἐμπεδ. δὲ τὰ τέτταρα . . . ταῦτα γὰρ ἀεὶ διαμένειν καὶ οὐ γίγνεσθαι ἀλλ' ἢ πλήθει καὶ ὀλιγότητι συγκρινόμενα καὶ διακρινόμενα εἰς ἕν τε καὶ ἐξ ἑνός. cf. Simplic. in Phys. I, f. 6 B: Ἐμπ. τὰ μὲν σωματικὰ στοιχεῖα ποιεῖ τέσσαρα . . . . ἀΐδια μὲν ὄντα πλήθει καὶ ὀλιγότητι, μεταβάλλοντα δὲ κατὰ τὴν σύγκρισιν καὶ διάκρισιν. Aristot. Metaph. II, 4, p. 662 F: πάντα φθαρτὰ πλὴν τῶν στοιχείων. cf. Alexand. in h. l. in Schol. Arist. Brand. p. 627 b. Eodem spectat Philoponi locus supra cit. p. 153.

(78) Aristot. Gener. et Corr. II, 1 extr. p. 400 E; II, 6 princ. p. 404 C. Galen. περὶ στοιχ. I, c. 9. T. III, p. 23 E Chart. Asclep. in Metaph. Schol. Br. p. 556 b. Philopon. in Arist. Gener. et Corr. I, f. 3 A. sqq. Simplic. in Aristot. de Coel. III, f. 154 B, alii citati Sturzio p. 186 sqq.

(79) Aristot. Gener. et Corr I, 1. p. 384; de Coelo III, 3. p. 372. Simplic. de Coel. f. 148 B, 149 A.

(80) Empedocl. vs. 114.

In hoc haeret Aristoteles, quaerens quo sensu intelligendum sit [81]. »Nam mirum, inquit, videatur, Empedoclem, cum elementa in se mutari et commeare neget, eadem facere aequalia (ἴσα): si enim sint aequalia, debent esse comparabilia (συμβλητά), i. e. debent habere aliquid commune quo eorum aequalitas examinetur, sive illud in quantitate positum sit (ut si ex uno aquae sextario fiant aëris decem), sive in potestate (ut si unus aquae sextarius tantum frigoris habeat quantum aëris decem). Quodsi hoc sensu aequalia habentur, non possunt esse immutabilia (ἀμετάβλητα). At possint etiam comparari proportione (κατ' ἀναλογίαν) qua res diversae conferuntur, veluti, tale vel tantum in hoc calidum, quantum in illo album. Ergo si mutari inter se elementa nequeunt, proportione comparabilia sint, non autem mensurâ vel potestate aequalia." Haec Aristoteles. Fateamur profecto, Empedoclem aequalitatis modum non tam subtili trutina examinasse. Quo tamen sensu aequalia ac paria dixerit, haud obscurum: voluit et aeterna esse cuncta et aequali inter se potestate ac pondere, sicut ipse Aristoteles alio loco judicat [82]; ne videlicet, si aliud eorum valentius, aliud imbecillius esset, unum reliqua opprimeret ac pessumdaret, eoque omnis

(81) Aristot. Gener. et Corr. II, 6. princ. p. 404.

(82) Aristot. Meteor. I, 3. p. 411 G: διαφέρει δ' οὐθὲν, οὐδὲ εἴτις φήσει μὲν μὴ γίγνεσθαι ταῦτα (τὰ στοιχεῖα) ἐξ ἀλλήλων, ἶσα μέντοι τὴν δύναμιν εἶναι· κατὰ τοῦτον (ταὐτὸν?) γὰρ τὸν τρόπον ἀνάγκη τὴν ἰσότητα τῆς δυνάμεως ὑπάρχειν τοῖς μεγέθεσιν αὐτῶν, ὥσπερ κἂν εἰ γιγνόμενα ἐξ ἀλλήλων ὑπῆρχεν.

mundus collaberetur, sed ut pari portione universum inter se dividerent.

Porro ut aeterna facit elementa et simplicia, sic eadem informat tanquam tota et integra, non variis ex particulis conflata, sed singula uno quasi corpore unaque forma comprehensa. Res naturae in elementa dissolvit, elementa ipsa non in partes dividit. Docet hoc Aristoteles dicens: Ἐμπεδοκλεῖ δὲ τὰ μὲν ἄλλα (σώματα) φανερὸν ὅτι μέχρι τῶν στοιχείων ἔχει τὴν γένεσιν, αὐτῶν δὲ τούτων πῶς γίνεται καὶ φθείρεται τὸ σωρευόμενον μέγεθος, οὔτε δῆλον οὔτε ἐνδέχεται λέγειν αὐτῷ, μὴ λέγοντι καὶ τοῦ πυρὸς εἶναι στοιχεῖον· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων [83]. Itaque ignis illi non ex ignis seminibus constat, sed totus est ignis, quasi *compacta moles*, ut Aristoteles vocat, ac similiter reliqua. Huic vero sententiae nonnulli obstant, qui volunt, Empedoclem ante elementa statuisse minimas quasdam particulas, quasi elementorum elementa, quibus quatuor illa essent conflata. Sic Plutarchus in libro de placitis philosophorum: Ἐμπεδοκλῆς πρὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων θραύσματα ἐλάχιστα οἱονεὶ στοιχεῖα πρὶν στοιχείων, ὁμοιομερῆ, ὅπερ ἐστὶ στρογγύλα [84]. Ac similiter fere paullo post: Ἐμπ. δὲ ἐκ μικροτέρων ὄγκων τὰ στοιχεῖα συγκρίνει,

(83) Aristoteles de gener. et Corr. I, 8. p. 396 F.

(84) Plutarch. plac. philos. I, 13. Stobaeus Ecl. I. p. 348 sq. Ultima verba, ὅπερ ἐστὶ στογγύλα, quae in Stobaeo absunt, tanquam ineptum glossema repudiat Sturz. Emped. p. 154. Interpretatio tamen non tam absurda est quam illi videtur: ὁμοιομερὴς dici potest *omni ex parte sibi similis*, hoc autem idem est ac στογγύλος, *rotundus*.

ἅπερ ἐστὶν ἐλάχιστα καὶ οἱονεὶ στοιχεῖα στοιχείων [85]. Idem referunt Stobaeus et Galenus, qui fertur, historiae philosophicae scriptor [86]. Atque ipse Plutarchus ita sibi informasse videtur, quum Empedocleam rerum discordiam spectans, fingit naturae principia atomorum instar discreta et solitaria per universum ferri: ἄκρατοι καὶ ἄστοργοι καὶ μονάδες αἱ τῶν ὅλων ἀρχαί [87]. Secundum illos igitur Empedocles elementa non tota et integra prodire jussit, sed ex tenuissimis et similibus corpusculis veluti atomis vel homoeomeriis conflavit. Et sane mirum, quomodo terra, aqua, cetera, quae quotidie dissolvi et rursus in nova corpora coïre videmus, simplices et individuae naturae dici potuerint; vicissim vero, si eadem in atomos dividantur, non illa ipsa amplius sunt elementa, sed ea e quibus illa conflata sint [88]. Aristoteles de elementorum dissolutione loquens, dicit, Empedoclem videri elementa facere talia quae dividi quidem possint, nec tamen dividantur: εἰ δὲ στήσεταί που ἡ διάλυσις, ἤτοι ἄτομον ἔσται τὸ σῶμα ἐν ᾧ ἵσταται, ἢ διαιρετὸν μέν, οὐ μέντοι διαιρεθησόμενον οὐδέποτε, καθάπερ ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς βούλεσθαι λέγειν [89]. Quod ne incongruum videatur, sic explicandum est. Empedocles elementa non dixit adspectabilia ista, terram, mare, coelum, coelestesque ignes,

(85) Plutarch. ibid. I, 17.

(86) Stobaeus Ecl. I, 18 p. 368. Galen. Hist. phil. c. X.

(87) Plutarch. de Fac. orb. lun. p, 926; Vol. IX, p. 663 Reisk.

(88) Ut modo animadvertit Aristoteles, et secundum hunc Philoponus de Gen. et Corr. I, f. 36 B.

(89) Aristot. de Coel. III, 6. p. 375 A.

sed praeclariora quaedam: haec, quae adspicimus, fragilia sunt, illa vero aeterna; haec concreta, illa simplicia; haec in conspectu posita et sensibus cernuntur, illa a sensu remota sicut naturae species purae mortalique faece immunes, — quibus demum mixtis inter se et contaminatis, mundi corpora resque naturae exstitisse vult, mortalia, ut dicit, ex immortalibus facta [90]. Ergo intelligitur, qua ratione elementa ut divinas naturas individua dicere potuerit, eademque rursus mortali habitu induta in particulas et formas diviserit [91].

§ 8.

Videndum porro, quae sit elementorum vis atque indoles. Indidit iis varias et oppositas qualitates, naturâ ipsis inhaerentes, ut calidum frigidum, aridum humidum, molle durum, leve grave, nigrum album, dulce acerbum, alia. Quas qualitates quomodo inter illa distribuerit, etsi de omnibus non manifestum est, de plerisque tamen liquet. Igni tribuit calidum et album s. candidum; aquae nigrum et frigidum; terrae durum et grave [92]; aëri, ut videtur, leve et

(90) Vid. Emped. vs. 178. Tractat quoque hanc quaestionem Ritter. Lit. Analekt. ed. Wolf. IV, p. 430 sq.

(91) Hinc quod modo *διαιρετά*, modo *ἀδιαίρετα* dicuntur ab intpp. Themistius in Aristot. de Pr. phil. f. 24, in Schol. Arist. p. 812 a: »Indivisibilia Anaxagorae et Empedoclis elementa, ea quae sunt, ex eo quod actu est, fieri cogunt." Simplicius de Coel. III. f 154 B: *Ἐμπ. διαιρετὰ μέν φησι τὰ στοιχεῖα· οὐ γὰρ ἀτόμους τὰς ἀρχὰς ὑποτίθησιν οὗτος, ὡς οἱ περὶ Δημόκριτον.*

(92) Vid. Aristoteles de Gener. et Corr I, 1. p. 385; Plutarch. de Pr.

molle. Caeterum ista, quantum colligi licet, Empedocles non admodum accurate descripsit neque elementorum discrimen diligenter notavit. Praecipuas eorum qualitates retulisse videtur ad paria haecce: siccum humidum, calidum frigidum. Hinc a Simplicio dicitur *δύο ἐν τοῖς στοιχείοις ἐναντιώσεις ὑποθέμενος, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ* [93]. Stobaeus: *ἐκ τεσσάρων οὖν στοιχείων τὸ πᾶν, τῆς τούτων φύσεως ἐξ ἐναντίων συνεστώσης, ξηρότητός τε καὶ ὑγρότητος, καὶ θερμότητος καὶ ψυχρότητος, ὑπὸ τῆς πρὸς ἄλληλα ἀναλογίας τε καὶ κράσεως ἐξαπεργαζομένης τὸ πᾶν, καὶ μεταβολὰς μερικὰς μὲν ὑπομενούσης, τοῦ δὲ παντὸς λύσιν μὴ ἐπιδεχομένης* [94]. Illas ergo quatuor praecipuas faciunt elementorum qualitates: quae si ad elementa referamus, calidum ex Empedoclis sententia proprium erit igni; frigidum aquae, item humidum; siccum autem terrae (*). Nihil igitur aëri relinquitur, nisi *ὑγρὸν* interpretemur non humidum, sed molle, *μαλακὸν*, idque aëri adsignemus. Sed, ut dixi, Empedocles elementorum discrimina et proprias cujusque notas non admodum diligenter indicasse videtur. Hinc quod Aristoteles non semel animadvertit, illum, etsi qua-

frig. p. 949. Vol. IX, p. 741 Reisk. Qui spectant ipsius Empedoclis vss. 126 sq. Cf. Aristot. de Respir. c. 14, p. 560 E: *θερμὸν εἶναι τὸ ὑγρὸν ἧττον τοῦ ἀέρος*, auctore Empedocle.

(93) Simplic. Phys. f. 43 A; ibid. f. 41 A.

(94) Stobaeus Ecl. Phys I, p. 288; coll. scriptore Vit. Homeri in Opusc. Myth. p. 327, a quo *συνεστώσης* et *ἐπιδεχομένης* recepi pro Stobaei lectt. *συνιστάσης* et *ἐπιδεχομένου*, monente Sturz. p. 199; tum *ἐξαπεργαζομένης* scripsi pro *ἐναπεργαζ.*

(*) Aliter disponit Aristoteles, de Gener. et Corr. II, 3. Sed haec non pertinent ad Empedoclem.

tuor statuat elementa, plerumque tamen iis uti tanquam duobus, velut ubi dicit: *ἔνιοι δ' εὐθὺς τέτταρα λέγουσιν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς· συνάγει δὲ καὶ οὗτος εἰς τὰ δύο· τῷ γὰρ πυρὶ τἄλλα πάντα ἀντιτίθησιν* [95]. Idem alio loco: *τὰ ὡς ἐν ὕλης εἴδει λεγόμενα στοιχεῖα τέτταρα πρῶτος εἶπεν· οὐ μὴν χρῆταί γε τέτταρσιν, ἀλλ' ὡς δυσὶν οὖσι μόνοις, πυρὶ μὲν καθ' αὑτό, τοῖς δ' ἀντικειμένοις ὡς μιᾷ φύσει, γῇ τε καὶ ἀέρι καὶ ὕδατι· λάβοι δ' ἄν τις αὐτὸ θεωρῶν ἐκ τῶν ἐπῶν* [96]. Eodem modo de elementorum mistione loquens, dicit: *μισγομένων τε καὶ συντιθεμένων πυρὸς καὶ τῶν μετὰ πυρός* [97]. Hinc quod Empedoclis elementa saepe ad duo tanquam praecipua reduci solent, ignem et terram [98], vel calidum et frigidum, vel siccum et humidum. Themistius: *περὶ Ἐμπεδοκλέους . . . καὶ τῶν ἄλλων φυσικῶν, ὅσοι μάνωσιν καὶ πύκνωσιν ἐτίθεντο τὰ ἐναντία, . . . εὐλόγως ἔμοιγε δοκοῦσιν ἐπὶ τοῦτο ἅπαντες ἐληλυθέναι.* Alexander Aphrodisius: *τὸ δ' ὑγρὸν καὶ ξηρὸν Ἀλέξανδρος μὲν ἤτοι αὐτόν (τὸν Παρμενίδην) φησιν εἰρηκέναι τὸν θερμὸν καὶ ψυχρὸν εἰπόντα, ἢ Ἐμπεδοκλέα, πρὸς τῷ Νείκει καὶ τῇ Φιλίᾳ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἀρχὰς θέμενον.* Jo. Philoponus Aristotelis verba, quae modo attuli, explanans: *ὁ Ἐμπεδοκλῆς, φησί, τέσσαρας ἀρχὰς ὑποτιθέμενος τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ὅμως ἐναντίωσιν μίαν ὑπετίθετο, τὸ μὲν πῦρ θερμὸν εἶναι φάσκων, τὰ*

(95) Aristot. de Gener. et Corr. II, 3. p. 401 G.
(96) Idem Metaph. I. 4. p. 645 (647) A.
(97) Idem de Xenoph. Zen. Gorg. c. II, p. 940 G.
(98) Aristot. de Gener. et Corr. II. 6. p. 404 G: *οὐ γὰρ δὴ πῦρ γε ἢ γῆ, ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡ Φιλία καὶ τὸ Νεῖκος —*

δὲ ἄλλα τρία ψυχρά. Similiter alibi Empedoclis principia facit ψυχρὸν καὶ θερμόν[99]. Haec tamen divisio a serioribus interpretibus inducta, quamquam Empedoclis placitis non repugnat, haud tamen plane cum iis concinit; tantum teneamus, quod Aristoteles ipsius testimonio usus (addit enim: λάβοι δ' ἄν τις ἐκ τῶν ἐπῶν) affirmat: Empedoclem in formanda rerum natura quatuor elementis usum tamquam duobus, quorum unum esse ignem, alterum terram et quae terrae cognata, aquam et aërem; praecipuas autem elementorum qualitates fecisse calidum frigidum, aridum humidum, quibus varie confusis ac temperatis, naturarum diversitatem effici (*).

Praeter illas autem quas diximus, alias etiam qualitates elementis attribuit. Non finxit ea tanquam informem inertemque molem, quae externâ aliquâ vi impelli debeat, sed motum ipsis et formam indidit, sicut et alii veterum ea informarunt[100]. Vult enim, suopte motu elementa et locum sibi quodque suum delegisse, et porro suapte vi varia corpora, varias

(99) Themistius in Aristot. Phys. I, f. 19 A; Alexander apud Simplic. in Phys. I, f. 41 A; in Schol. Arist. p. 338 b. Philopon. in Aristot. de Gener. et Interitu, II, f. 50 B; idem in Phys. I, C, p. 12; II, H; p. 13 et alibi.

(*) Perperam autem nonnulli voluerunt, Empedoclem reliquis elementis praestantiorem fecisse ignem. In naturae quidem descriptione huic ut acriori et celeriori majorem tribuit actionem, ut infra videbimus; ipsa vero elementa per se aequalia statuit. Origenes Philos. III dicit, secundum Empedoclem ignem et aquam, alterum ut agens, alterum ut patiens, inter se opposita esse. At haec distinctio ab illius mente prorsus aliena est, quod vel sequentia indicant, et e schola Peripatetica deprompta. Vid. Aristot. Meteor. IV, 1, 4.

(100) Cf. quae dixi in Parmenid. p. 227 sq.

figuras naturasque efficere, ut postea videbimus[101]. Neque tantum motum, sed etiam sensum, vitam animamque iis tribuit, teste Aristotele, qui tam de plerisque veterum quam de Empedocle dicit: *οὗτοι δὴ λέγουσι τὴν ψυχὴν τὰς ἀρχάς, οἱ μὲν πλείους ποιοῦντες τὰς ἀρχάς, οἱ δὲ μίαν ταύτην, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς μὲν ἐκ τῶν στοιχείων πάντων, εἶναι δὲ καὶ ἕκαστον ψυχὴν τούτων*[102]. Censebat tam corpora quam animas elementis esse conflata, neque animalium solum et hominum, sed etiam deorum. Ex elementis enim facta et formata omnia tam divina quam humana. Itaque unumquodque horum dixit animatum et animam, materiem a mente non disjungens[103]. Quin etiam ex Aristotelis aliorumque testimonio[104] elementa Deos fecit, unde et divinis nominibus appellavit, ignem Jovem, aërem Iunonem, terram Haden, aquam Νῆστιν vocans[105].

Haec de elementis dicenda habui, quae paucis comprehensa huc fere redeunt. Mundi principio unum fuisse omnia; inde quatuor exstitisse naturas, rerum

(101) Cf. supra dicta p. 39 sqq.

(102) Aristot. de An. I, 2. p. 478 H, citans Empedoclis vss. 321 sqq. Idem tangit de An. I, 4, 5; Gener. et Corr. II. 6. p. 405 B C; de quibus infra.

(103) Joh. Philopon. in Aristot. ll. C, 1, et passim, (cit. Sturzio, p. 208 sq.) perperam distinguit, dicens animam ab Empedocle haberi non ipsa elementa, sed elementorum harmoniam, *σύνθεσιν* s. *λόγον*.

(104) Aristot. de Gener. et Corr. II, 6. p. 404 H. Cicero N. D. I, 12: »Empedocles . . . quatuor naturas, ex quibus omnia constare vult, divinas esse censet." Quae autem his addit: »quas et nasci et exstingui perspicuum est et sensu omni carere" — e Ciceronis, non ex Empedoclis mente dicta. Stobaeus Ecl. P. I, 3. p. 60. Heeren.

(105) Vid. Empedoclis vs. 56 sq.

elementa, non nata tamen illa, sed aeterna, quippe quae, pariter ut sphaera, fato ac necessitate constarent, et quorum originis nullum cogitari posset principium. Elementa illa fecit inter se aequalia, unumquodque per se constans; singulorum tamen naturam et quasi ipsorum inter se terminos non diligenter circumscripsit. Illa sunt rerum omnium tam divinarum quam humanarum radices, quae tam ceteras naturae qualitates quam sensum animamque in se continent. Ipsa autem non sicut res naturae mutantur et variantur, sed stabilia sunt et individua; quum elementa intelligeret non crassam materiem, sed hujus veluti species sive notiones mente expressas, corporeâ faece fluxuque immunes. Denique eadem Deos praedicavit, non magis poëtarum et physicorum more quam suo judicio, quippe quum ab his totius mundi naturam omniumque tam divinarum quam humanarum rerum originem repeteret.

§ 9.

De Amicitia et Discordia.

Elementis accedunt naturae vires, Φιλία et Νεῖκος, utraque jam saepius a nobis commemorata, de quarum potestate et munere nunc accuratius.

Ut Empedocles primus naturae materiem in quatuor elementa distribuit, sic primus quoque vim naturae agentem in duas divisit partes, Amicitiam et Discordiam. Testis Aristoteles: Ἐμπεδοκλῆς μὲν οὖν παρὰ τοὺς πρότερον πρῶτος ταύτην τὴν αἰτίαν διελὼν εἰσήνεγκεν, οὐ μίαν ποιήσας τὴν τῆς κινήσεως ἀρχὴν, ἀλλ' ἑτέρας τε καὶ ἐναντίας [106]. Utriusque quidem vim in mundo maximam esse, neque minus in rerum natura quam in hominum et animantium genere tam συμπάθειαν partium quam ἀντιπάθειαν obtinere, jam antiquiores agnoverant. Sic Parmenides Venerem vel Amorem principem naturae auctorem appellat; idem Discordiae quoque fecit mentionem; Heraclitus Bellum induxit omnium rerum parentem [107]. Empedocles vero ambo illa principia junxit et pari potestate in mundo esse voluit, facile intelligens, si

(106) Aristot. Metaph. I, 4, p. 645 (647) A.

(107) Vid. Parmen. Carm. rell. vss. 127 et 131; et quae hac de re disputavi p. 230-234. Heraclit. fr. p. 408 sq. Schleierm. Etiam placitum illud de Amicitia Empedocli cum Pythagoreis commune facit Olympiod. in Platon. Gorg. et Schol. Ruhnk. p. 129; cit. Sturz. Emped. p. 236. not. 73. Ambas illas, Amicitiam et et Discordiam, tanquam moventes rerum caussas celebrant quoque Plotinus et Jamblichus: vid. Gale in Jamblich. de Myst. Aegypt. Sect. IV. c. 9.

unum modo esset movendi principium, unum eundemque perpetuo fore naturae statum. Ergo ut in universo et unum esse vidit et multa, sic pro duplici illa naturae conditione duas induxit vires, Amicitiam quae res in unum conciliaret, Discordiam quae in diversa dirimeret.

Ut sphaeram et elementa, ita haec quoque principia aeterna censet [108], mundi imperium aequaliter inter ambo distribuit, iisque praeter nota illa interdum divina quoque nomina tribuit, veluti Amicitiam saepe Venerem cognominat [109].

Videamus vero, quae sit propria utriusque vis atque munus. Modo ea appellabamus vim naturae agentem, principium movendi: hoc sensu ipsi acceperunt veteres. Aristoteles: Ἐμπεδοκλῆς τὰ μὲν σωματικὰ τέσσαρα, τὰ δὲ πάντα μετὰ τῶν κινούντων ἓξ τὸν ἀριθμόν. τὰ σωματικά vocat quatuor elementa, duo illa τὰ κινοῦντα [110]. Similiter plerique interpretes.

(108) Hoc per se patet; scriptores quidem id non expresse docent, interdum tamen significant, ut Aristoteles, Metaph. XII, 10, p. 745 G: ἄτοπον δὲ καὶ, ἄφθαρτον εἶναι τὸ νεῖκος. Simplicius Phys. VIII, f. 265 A: Ἐμπ. ἐξ ἀϊδίου λέγων ἀνὰ μέρος τὴν ἐπικράτειαν γίνεσθαι ποτὲ μὲν τῆς φιλίας, ποτὲ δὲ τοῦ νείκους.

(109) Emped. vs. 25: Δῆρις καὶ Ἁρμονίη. cf. 214. vs. 111 et 330: Ἀφροδίτη. vs. 209 et 229: Κύπρις. vs. 368-370: Ἄρης-Κύπρις. Cf. Plutarch. Amator. p. 756, et de Fac. orb. lun. p. 927, ubi ζείδωρος Ἀφροδίτη nominatur. Heraclides Alleg. Homer. p. 494, Auctor vitae Hom. p. 328 Gal. et Eustathius in Odyss. ϑ. p. 1597, 53, Empedoclea comparant cum Homeri fabula de Marte et Venere, Odyss. ϑ, vs. 266 sqq. Citavit haec Sturz. p. 239 sq. qui tamen perperam Aristotelis verba (Gener. et Corr. II, 6), θεοὶ δὲ καὶ ταῦτα, ad haec principia refert; pertinent ad elementa, ut recte accepit Philoponus in h. l. f. 59 A.

(110) Aristot. Gener. et Corr. I, 1, p. 384 B. cf. locus cit. pag. praec. ubi κινήσεως ἀρχὴν vocat.

Philoponus quatuor elementa vocat ὑλικὰ καὶ οἷον παθητικὰ σώματα, ambo illa ποιητικὰ καὶ κινητικά [111]. Ab Alexandro aliisque illa στοιχεῖα, haec ἀρχαὶ s. ἀρχικαὶ δυνάμεις, a Sexto Empirico δραστήριοι ἀρχαὶ vocantur [112]. Eodem sensu Stobaeus quatuor elementa ὕλην, duo principia εἴδη appellat; ab aliis eadem εἰδοποιοὶ αἰτίαι, formantes causae, appellari solent [113]. Ita veteres. Et sane, quum haec duo sint quae elementa vel componant vel dirimant, jure sic appellari possunt; modo ne arbitremur, Empedoclem, sicut seriores, materiem et agentem vim tanquam disjuncta planeque inter se opposita distinxisse. Immo vero, ut elementa non omni vita et actione orbat, sic vires quoque illas non ab omni materiae contagione secludit. Propterea reprehendit eum Aristoteles, quod materiem et caussam agentem non juste distinguat; dicit enim de Empedoclea Amicitia loquens: αὕτη δὲ ἀρχὴ καὶ ὡς κινοῦσα· συνάγει γάρ· καὶ ὡς ὕλη· μόριον γὰρ τοῦ μίγματος [114]. i. e. »Amicitia tum conciliat elementa sphaeramque efficit, tum ipsa sphaerae pars est: sic eadem et caussa efficiens et materiae pars habetur."

(111) Philop. in Aristot. de Gener. et Interitu, I, f. 3. A. Cf. Alexander in Metaph. Schol. Arist. p. 547 a. Simplicius Phys. I, f. 7 B.

(112) Alexand. ibid. p. 545 b. Justin. Martyr Cohort. ad Graec. p. 5 B. Sext. Emp. adv. Math. VIII, 115; IX, 4.

(113) Stobaeus Ecl. Phys. I, 3, s. 28, p. 60. Simplicius Phys. II, f. 66 B, in Schol. Arist. p. 349 a. Philoponus Phys. II, F, p. 12. cf. Sturz. Emped. p. 225.

(114) Aristot. Metaph. XII, 10, p. 745 G. Omitto veteres interpretes, mutatis tantum verbis idem dicentes, Themistium, Philoponum, Alexandrum ad h. l. quos exscribit Sturzius Emped. p. 227-229. Alexandri verba Graece edidit Brandis. Schol. Arist. in Metaph. p. 811 b, l. 25.

Similiter in rerum natura describenda non Amicitiam et Discordiam elementis sicut caussam moventem materiae praeficit, sed potius tanquam aequalia aequalibus adjungit, adeo ut non solum *ποιητικά*, sed simul *στοιχειώδη* censenda sint, ut Simplicius dicit[115]: unde interdum promiscue sex rerum principia statuisse traditur[116]. Ex eo autem, quod naturae vires ab elementis parum accurate distinxerit, nonnullis orta videtur opinio, quam memorat Plutarchus, Empedoclem Amicitiam nihil aliud intellexisse quam h u m o r e m, Discordiam i g n e m, quia altera earum colligandi, altera dissipandi vim habeat: *τὸ μὲν πῦρ*, inquit, *διαστατικόν ἐστι καὶ διαιρετικόν, τὸ δὲ ὕδωρ κολλητικὸν καὶ σχετικόν, τῇ ὑγρότητι συνέχον καὶ πῆττον· ᾗ καὶ παρέσχεν Ἐμπεδοκλῆς ὑπόνοιαν, ὡς τὸ μὲν πῦρ Νεῖκος οὐλόμενον, σχεδύνην δὲ Φιλότητα τὸ ὑγρὸν ἑκάστοτε προσαγορεύων*[117]. Idem velle videtur, ubi dicit, Empedoclem elementa miscere et conglutinare calore ac humore: *ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς τὰ στοιχεῖα κολλῶν καὶ συναρμόττων θερμότησι καὶ μαλακότησι καὶ ὑγρότησι, μῖξιν αὐτοῖς καὶ συμφυΐαν ἑνωτικὴν ἁμωσγέπως ἐνδίδωσι*[118]. Quid enim est quod elementa apud Empedoclem miscet et temperat, nisi Amicitia et Dis-

(115) Simplic. in Aristot. Phys. I, f. 43 A.

(116) Sextus Empir. adv. Mathem. VII, 120; X, 317. Cf. Empedocl. vss. 105-107, 321-323.

(117) Plutarch. de Primo frig. p. 952, Vol. IX, p. 749 R. Ipsius verba *παρέσχεν ὑπόνοιαν*, *suspicionem facit*, satis clare indicant, ipsum Empedoclem non sic nominasse: quocirca miror Brandisium Hist. Phil. I, p. 204, ex hoc Plutarchi testimonio tanquam certum efficere, Empedoclem i g n e m Discordiae, a q u a m Amicitiae fecisse subjectam.

(118) Id. adv. Colot. p. 1112. Vol. X, p. 573 R.

cordia? Verum interpretatio haec est e serioris doctrinae placitis deprompta [119], ab Empedoclis vero sententia aliena. Nam etsi nec elementa inter se neque haec a naturae viribus satis juste planeque distinxerit nec singula horum accurate definiverit, suam tamen singulis tribuit naturam et potestatem.

Itaque si Amicitia et Discordia universe caussae agentes et moventes dici nequeunt, videamus, quae sit propria earum actio et officium (*). Empedocles id non obscure indicat, atque ex iis, quae hactenus de uno et elementis retulimus, id satis apparere videtur. Amicitia enim, ut vidimus, cuncta in unum conciliabat et *σφαῖρον* continebat; Discordia unum in diversa dirimebat variaque effecit elementa. Demonstrant hoc ipsius versus et una voce agnoscunt interpretes. Philoponus: *Ἐμπεδοκλῆς θέον καλῶν τὸν σφαῖρον, τὴν μὲν Φιλίαν ἐπαινεῖ ὡς αἰτίαν τούτου τῇ πάντων συγκρίσει· τὸ δὲ Νεῖκος ψέγει ὡς διακριτικὸν τοῦ θεοῦ.* Simplicius: *Ἐμπεδοκλῆς συναγαγὼν πρότερον ὑπὸ τῆς Φιλίας τὰ στοιχεῖα, ὕστερον ὑπὸ τοῦ Νείκους διακρινόμενα τοῦτον τὸν κόσμον πεποιηκέναι φησίν* [120]. »Si Discordia, ait Aristoteles, in rebus naturae non esset, secundum

(119) Sic Aristoteles elementorum duo facit *ποιητικά*, calidum et frigidum, s. ignem et aërem, duo *παθητικά*, aridum et humidum; Meteor. IV, 1, 4. Proclus humidum, sive aërem et aquam, facit *συνεκτικὸν* terrae et ignis, in Plat. Tim. III, p. 144.

(*) Sic Aristot. Gener. et Corr. II, 6. p. 405 B: *οὐ γάρ δὴ ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος (ἐστὶ τὸ κινοῦν πρῶτον), ἀλλά τινος κινήσεως ταῦτα αἴτια*, i. e. *certae cujusdam motionis effectrices.*

(120) Philop. in Aristot. de Gener. et Corr. II, f. 59 A. Simplic. de Coel. III, f. 145 B et alibi.

Empedoclem unum essent omnia" [121]; vicissim, addi potest, si non inesset Amicitia, dissipata cuncta forent. Neque solum in formanda sphaera et elementis, sed porro etiam in hoc mundo rerumque natura utriusque vis apparet. Amicitia similia continet, diversa inter se miscet et temperat; Discordia omnia a se invicem divellit et ad suum quodque principium rapit (*). Quomodo ista fiant, inferius, ubi de rerum natura agemus, explicabitur [122]. Ex his vero apparet, universe propriam utriusque vim in hoc cerni, ut Amicitia componat elementa, Discordia dirimat. Confirmant hoc plerique interpretes: secundum Aristotelem altera est *συγκρίσεως μόνον*, altera *διακρίσεως αἴτιον* [123]; cum quo Plotinus, Simplicius, Philoponus aliique concinunt [124]. Eodem sensu Amicitia *αἰτία συναγωγός*, Discordia *αἰτία διαλυτική*, illa

(121) Aristot. Metaph. II, 4. p. 662 D: *εἰ γὰρ μὴ ἐνῆν τὸ νεῖκος ἐν τοῖς πράγμασιν, ἓν ἂν ἦν ἅπαντα, ὥς φησιν.* Pro *ἐνῆν* vulgo *ἓν ἦν*, quod jam plures correxere; Bekk. ed. *ἦν*. Cf. Philopon. in Metaph. III, f. 10 B: »Si enim non erat (Rixa), unum erant omnia et numquam elementa gignerentur."

(*) Ritter in Lit. Anal. Wolf. l. l. p. 432 vult, ex Empedoclis sententia Amicitiae et Discordiae eam vim esse, ut illa jungat disparia, discernat similia, — haec disparia secernat, componat similia. Parum recte: redarguunt hoc ipsius Empedoclis versus 326 sqq. Ad Amicitiae quoque vim refertur illud: *τὸ ὅμοιον ὁμοίου ἐφίεσθαι*, de quo placito disseremus infra § 18.

(122) Vid. infra § 22.

(123) Aristoteles de Gener. et Corr. II, 6. p. 404 G. Cicero Lael. 7: »Agrigentinum (Empedoclem) .... vaticinatum ferunt, quae in rerum natura totoque mundo constarent quaeque moverentur, ea contrahere Amicitiam, dissipare Discordiam."

(124) Plotinus Ennead. V, 1, 9. Philopon. de Gener. et Corr. I, f. 29 B. Simplic. Phys. VIII, f. 310 A. al.

δύναμις ταυτοποιός seu *ἑνοποιός*, haec *ἑτεροποιός* dicta [125]; vel simpliciter etiam altera *σύγκρισις*, altera *διάκρισις*, illa *ἕνωσις καὶ συμφωνία*, haec *ἐναντίωσις* vocatur [126]. Illarum autem vis ex Empedoclis sententiâ maxima est et latissime per universum mundum patet. Rerum natura, ortus et interitus nihil aliud sunt, ut illi placet, nisi *σύγκρισις* et *διάκρισις*, vel ut ipsius utar verbis, *μῖξίς τε διάλλαξίς τε μιγέντων* [127]: in his duobus omne vitae et mortis discrimen, omnis naturae vicissitudo posita. Concretione elementorum res omnes et corpora oriuntur, aluntur, crescunt; discretione senescunt, dilabuntur, intereunt. Haec ergo ut fierent, induxit duplicem illam vim, quarum altera diversa et repugnantia in unum cogat, temperando misceat et conglutinet, altera consociata dirimat ac dissipet; easque informavit tanquam duas et contrarias naturas, quas vocavit Amicitiam et Discordiam. Harum ergo altera generationis et vitae, altera corruptionis et interitûs caussa est [128].

§ 10.

Aristoteles in hoc placito explicando Empedocli laudi ducit, quod primus si non explanaverit, tamen

(125) Vid. Sextus Emp. adv. Math. IX, 10; Philopon. in Phys. I, l. A, p. 10. Cf. Justinus Martyr Cohort. ad. Graec. p. 5 B.

(126) Simplic. Phys. I. f 43 A: *τὸ δε νεῖκος καὶ ἡ φιλία . . . . ὡς ἡ διάκρισις καὶ ἡ σύγκρισις· ἰσοδυναμεῖ γὰρ τούτοις* Asclep. in Metaph. Schol. Arist. p. 608 a. Chalcid. in Platon. Tim. p. 291. Auctor Vit. Homer. p. 327 Gale.

(127) Vid. Emped. vs. 79. cf. infra § 20.

(128) Vid. Aristot. not. sq.

suspicatus sit, esse in natura et boni principium et mali, et honesti et turpis, et decori et indecori: nam si quis, inquit, non verba, sed sensum Empedoclis sequatur, Amicitiam boni principium, mali Discordiam ab eo dici intelliget: *εἰ γάρ τις ἀκολουθοίη καὶ λαμβάνοι πρὸς τὴν διάνοιαν καὶ μὴ πρὸς ἃ ψελλίζεται λέγων Ἐμπεδοκλῆς, εὑρήσει τὴν μὲν Φιλίαν εἶναι τῶν ἀγαθῶν, τὸ δὲ νεῖκος τῶν κακῶν· ὥστε εἴτις φαίη τρόπον τινα καὶ λέγειν καὶ πρῶτον λέγειν τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀρχὰς Ἐμπεδοκλέα, τάχ' ἂν λέγοι καλῶς, εἴπερ τὸ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων αἴτιον αὐτὸ τὸ ἀγαθόν ἐστι, καὶ τῶν κακῶν τὸ κακόν* [129]. Itaque et alibi sine haesitatione Amicitiam vocat *τὸ ἀγαθὸν*, item *τὸ ἄριστον*, Discordiam *τὴν τοῦ κακοῦ φύσιν* [130]; sed in eo tam Empedoclem quam Anaxagoram reprehendit, quod principiis suis nec commode nec congruenter utantur: *Ἐμπεδοκλῆς*, inquit, *ἐπὶ πλέον μὲν τούτου (τοῦ Ἀναξαγόρου) χρῆται τοῖς αἰτίοις, οὐ μὴν οὔθ' ἱκανῶς οὔτ' ἐν τούτοις εὑρίσκει τὸ ὁμολογούμενον* [131]. »Non *commode* sive non *sufficienter*, quia in mundo rebusque formandis Empedocles interdum quidem principiis suis constet certamque rationem (*λογόν*) sequatur, plura tamen vel ipsis elementis vel necessitati aut casui relinquat [132]; non *congruenter*, quia propriam utriusque formam (*τὸ εἶδος*) sive propriam

(129) Aristot. Metaph. I, 4. p. 646 F G. *Φιλίαν* et *νεῖκος* hoc sensu *συμβολικῶς* ab Empedocle Pythagoreorum more usurpatum esse, judicat Asclep. in h. l. in Schol. Arist. p. 538.

(130) Ibid. XI (XII), 10. p. 745 G; XIII (XIV), 4. p. 764 A.

(131) Ibid. I, 4. p. 646 H. Cas. ed. male: *πλέον μὲν τούτῳ.*

(132) Cf. supra dicta p. 332; de necessitate et casu accuratius § 11.

actionem parum accurate definierit, immo vero utriusque vim confuderit: quippe quum secundum Empedoclem Discordia, unum in partes discernens, singula elementa componat et formet, et vicissim Amicitia, elementa in unum constringens, proprias cujusque qualitates secernat; quo fieri, ut utraque, tam Amicitia quam Discordia, et componat et dirimat [133]." His similia sunt quae alibi Aristoteles ei objicit dicens: »Discordiam Empedocles facit interitûs caussam; attamen etiam haec ex se gignere videtur nihilo minus quam Amicitia sive unum: e Discordia enim omnia exstitere, excepto summo Deo sive uno: quocirca haec non magis interitûs quam vitae auctor est, sicut vicissim Amicitia, vitae illa et salutis auctor, res in unum cogendo interimit omnia [134]. Quippe Discordia

(133) Vid. Metaph. l. l. not. 129, adhibitis locis his: de Part. Anim. I, 1, p. 739 E: *ἀρχὴ γὰρ ἡ φύσις μᾶλλον τῆς ὕλης· ἐνιαχοῦ δέ που αὐτῇ καὶ Ἐμπεδοκλῆς περιπίπτει, ἀγόμενος ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας καὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἀναγκάζεται φάναι τὸν λόγον εἶναι.* Phys. II, 2. p. 264 D: *ἐπὶ μικρὸν γάρ τι μέρος Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος τοῦ εἴδους καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι ἥψαντο.* De Gener. et Corr. II, 6. p. 404 G: *τῶν γὰρ δὴ φύσει ὄντων αἴτιον τὸ οὕτως ἔχειν καὶ ἡ ἑκάστου φύσις αὕτη, περὶ ἧς οὐδὲν λέγει· οὐδὲν ἄρα περὶ φύσεως λέγει. ἀλλὰ μὴν τὸ εὖ τοῦτο καὶ τὸ ἀγαθόν· ὁ δὲ τὴν μῖξιν μόνην ἐπαινεῖ. . . ἔτι δε περὶ κινήσεως ἁπλῶς λέγει· οὐ γὰρ ἱκανὸν εἰπεῖν διότι ἡ φιλία καὶ τὸ νεῖκος κινεῖ, εἰ μὴ τοῦτ' ἦν φιλία εἶναι τὸ κινήσει τοιᾳδί, νείκει δὲ τὸ τοιᾳδί. ἔδει οὖν ἢ ὁρίσασθαι ἢ ἀκριβῶς ἢ μαλακῶς ἢ ἁμῶς γέ πως.* cf. Alex. Metaph. I, in Schol. Arist. p. 537 sq. Simplicius de An. f. 15 A: *ἐπισημαίνεται Ἐμπεδοκλεῖ, ὡς μὴ σαφῶς διορίζοντι. . . οὐδὲ αὐτὴν τὴν φιλίαν διαρθροῦντι, πότερον μόνης ἐστὶ τῆς κατὰ λόγον μίξεως αἰτία ἢ καὶ τῆς τυχούσης.*

(134) Ibid. Metaph. II, 4. p. 662 D: *καὶ γὰρ ὅνπερ οἰηθείη λέγειν ἄν τις μάλιστα ὁμολογουμένως αὑτῷ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ οὗτος ταὐτὸ πέπονθε. τίθησι μὲν γὰρ ἀρχήν τινα αἰτίαν τῆς φθορᾶς τὸ νεῖκος·*

elementa, divinas naturas, quasi gignit; eadem dirimit et miscet Amicitia, ex immortalibus naturis mortales reddens [135]." Alio denique loco reprehendit, quod Discordiam aeque atque Amicitiam immortalem (ἄφθαρτον) dixerit [136]. Itaque Aristotelis reprehensio in his praesertim posita, partim quod Empedocles iis quae induxit movendi principiis parum usus sit, partim quod, quum duo et contraria discerneret principia, alterum boni efficiens, alterum mali, amborum naturam et potestatem confuderit, ita ut utrumque tam boni quam mali, tam vitae quam interitûs causa sit [137]. Quod ad prius horum attinet, in eo omnes cum Aristotele consentiunt interpretes, Themistius, Simplicius, Philoponus [138]: et jure, ut mihi videtur;

δόξειε δ' ἂν οὐθὲν ἧττον καὶ τοῦτο γεννᾷν ἔξω τοῦ ἑνός (ut legit Bekk. Deterius Cas. γεννᾷν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἑνός)· ἅπαντα γὰρ ἐκ τούτου τἄλλα πλὴν ὁ θεός (i. e. ἡ φιλία sive τὸ ἕν). Deinceps nonnullis interjectis pergit: ἀλλ' ὅθεν δὴ ὁ λόγος, τοῦτό γε φανερὸν, ὅτι συμβαίνει αὐτῷ τὸ νεῖκος μηδὲν μᾶλλον φθορᾶς ἢ τοῦ εἶναι αἴτιον. ὁμοίως δὲ οὐδὲ ἡ φιλότης τοῦ εἶναι (μᾶλλον ἢ τῆς φθορᾶς αἴτιον)· συνάγουσα γὰρ εἰς ἓν, φθείρει τἄλλα. Verba explanat Alex. in Metaph. p. 95 sq. Schol. Aristot. p. 627-629.

(135) Id. de Gener. et Corr. II, 6, p. 404 H: καίτοι γε τὰ στοιχεῖα διακρίνει — οὐ τὸ νεῖκος, ἀλλ' ἡ φιλία, τὰ φύσει πρότερα τοῦ θεοῦ. Quo sensu τὰ στοιχεῖα dicat πρότερα τοῦ θεοῦ, i. e. τοῦ ἑνός, explicuimus supra p. 321. Aristotelis sententiam latius commentatur Philop. de Gen. et Corrupt. II, f. 59 A.

(136) Metaph. XI, 10. p, 745 G. Alex. Aphrod. Metaph. intp. Sepulv. f. 183; item f. 192 B, quae partim Graece edidit Brandis. Schol. Arist. p. 811 b: εἰ γὰρ τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ (τὸ νεῖκος τῇ φιλίᾳ), καὶ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον (τῷ ἀφθάρτῳ τὸ φθαρτόν)· εἰ δὲ τοῦτο, πῶς οἷόν τε λέγειν ἄφθαρτον τὸ νεῖκος.

(137) Cf. Alex. Aphrod. Metaph. p. 30.

(138) Themist. in Phys. II, f. 27 B; Simplic. ibid. f, 73-80; Philopon. ibid. II, lit. H, 13.

alterum vero non minus in Aristotelis interpretatione quam in Empedoclis sententia positum videtur. Aristoteles enim φιλίαν et νεῖκος interpretans τὸ ἀγαθὸν et τὸ κακὸν, bonum et malum postulat esse talia, quae sibi omni ex parte opposita sint et contraria nec quidquam habeant commune, ut alterum sit per se bonum, alterum per se malum; Amicitia vero et Discordia, ut dissensio et consensio, secretio et concretio, etsi inter se oppositae, sunt tamen ejusmodi res, quarum altera separari ab altera nequeat. Nam si diversa in unum conciliantur, ea quae singulis his propria erant secernuntur; ac vicissim si unum in multa dirimitur, quae singulis partibus communia sunt congregantur: sic ergo φιλία et νεῖκος alterum cum altero necessario connexa sunt, nec mirum, si sit inter ipsa aliqua actionum necessitudo. Hanc tamen necessitudinem ille non animadvertit, siquidem ambas illas vires sibi invicem contrarias et seorsim agentes facit. Caeterum Amicitiae longe praestantiores, Discordiae deteriores tribuit partes. Amicitia cuncta in unum concilians, perfectam illam efficit universi harmoniam; Discordia hanc divellit et in diversas quasi factiones distrahit; illa rursus diversa elementa componens, mundi ordinem efficit; haec composita divellens, ordinem disturbat. Itaque etsi ambae quasi partitâ operâ et conjunctis viribus laborant ad mundum fabricandum, tamen Amicitia tam in rebus divinis quam humanis omnia meliora reddit, Discordia deteriora; illa concilians cuncta communicansque diviniora facit, haec alienans et singula ad se rapiens, debili-

ora. Quocirca etsi unumquodque horum ipsum per se bonum et malum stricte appellari non potest, tamen si ambo inter se comparentur, alterum boni, alterum mali principium non immerito habeatur. Sic interpretatur etiam Plutarchus, dicens: Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὴν μὲν ἀγαθοῦργον ἀρχὴν Φιλότητα καὶ Φιλίαν, πολλάκις δὲ Ἁρμονίαν καλεῖ θεμερῶπιν, τὴν δὲ χείρονα Νεῖκος οὐλόμενον καὶ Δῆριν αἱματόεσσαν [139]. Porro uti Empedocles, quemadmodum supra vidimus, corpus et animum, materiem et mentem, ad eadem reducit elementa, sic quoque tam animorum quam corporum et pulcritudinem et deformitatem ad ambo haec principia revocat. Amicitia est illi sanctitatis et honestatis, Discordia impietatis et libidinis auctor. Illa tam homines inter se quam homines cum Diis conjungit, animos cupiditatum sordibus purgat, ad coelestia erigit; haec homines a Diis alienat, sibi mutuo infestos reddit, cupiditates omnia ad rapientes incitat, ad prava quaevis et abjecta dux est. Hinc quod Amicitia ab Empedocle vocatur Ἁρμονίη θεμερῶπις, ἠπιόφρων Φιλότης, Discordia vero Δῆρις αἱματόεσσα, Νεῖκος μαινόμενον, οὐλόμενον, λυγρόν [140]; quae cognomina utriusque vim haud obscure significant.

Ex iis quae exposuimus Empedoclei placiti sensus et ratio jam clarius nobis patebit. Sensit, in rerum universitate duas cerni vires inter se oppositas, quae per universum mundum singulasque mundi partes

(139) Plutarch. de Is. et Osir. p. 370. Vol. VII, p. 460. R. cf. Sturz. p. 233.
(140) Vid. Empedoclis vss. citt. p. 347, not. 109.

pateant et tam in rerum natura quam in animantium et hominum genere dominentur, consensionem et dissensionem. Per alteram diversa elementa in unum coalescere, naturas bene compositas tam animo quam corpore formari, omnia in ordinem redigi, denique universum mundum harmonia contineri; per alteram diversa inter se alienari, unumquodque sui appetens fugere alterum, rerum concentum turbari, universum in oppositas factiones divelli; mutuâ vero illarum virium actione omnem rerum naturam, ortum, interitum variasque mutationes effici. Has ergo mente informans naturas finxit aeternas et divinas, mundi moderatrices, quarum altera cuncta in unum divinumque concentum redigere, altera dissipare et in contrarias partes rapere nitatur; alteram fecit boni rectique, alteram mali pravique auctorem.

Comparari potest hoc Empedoclis placitum partim cum Zoroastris doctrina de duabus divinis naturis, altero boni, altero mali principio (Ormuzdo et Ahrimano), aut cum simili Manetis (a quo Manichaei orti sunt) placito, quem Empedocleae philosophiae aemulum quidam putarunt [141]; partim cum seriorum placitis de naturae actionibus centripeta et centrifuga. Est in illo utriusque aliquid, neutrum vero plane. Nam quamquam Amicitia praesertim boni, Discordia mali sit effectrix, tamen non in his proprie utriusque naturam et actionem positam esse supra ostendimus. Quod autem ad vim centripetam

(141) Cedrenus Synops. Hist. T. I, p. 259 D; Suidas in v. Μάνης. cf. Sturz. p. 234.

et centrifugam attinet, quamquam earum virium altera contrahendi, altera dissipandi vim habeat, tamen hae unice ad materiem pertinent; illae contra tam ad divina quam humana, tam ad naturales motus quam ad hominum studia et mores referuntur. Unde intelligitur, ambo illa, etsi sit inter ea aliqua similitudo, multis tamen partibus distare.

§ 11.

De Casu et Necessitate.

Supra vidimus Empedoclem, ut alios physicorum, ab Aristotele reprehensum esse, quod principiis suis non apte sufficienterque utatur: nam quamquam Amicitiam et Discordiam faciat naturae auctores, eum tamen pleraque in rerum natura ad materiam referre, quasi per elementorum mixturam res sponte formentur variaeque figurae exsistant. Similiter culpatur Empedocles, quod multa casu, multa necessitate fieri dixeriit: de quibus hoc loco, quum de naturae viribus agimus, non alienum erit quaerere.

Quod ad fortunam sive casum attinet, multa Empedoclem fortuito facta putasse, indicant ipsius verba, veluti quum de elementorum motione dicit[142]:

οὕτω γὰρ συνέκυρσε θέων τότε, πολλάκι δ' ἄλλως.

aut de membrorum figura per elementorum mixtionem facta:

(142) Emped. vss. 204, 193, 312. cf. Simplicius Phys. f. 74 B; qui et alios citat vss. 236, 215, 231, 314, in quibus τοῦ τυχόντος notio inest.

ἡ δὲ φλὸξ ἱλάειρα μινυνθαδίης τύχεν αἴσης.

aut de intelligentiâ:

τῇδε μὲν οὖν ἰότητι τύχης πεφρόνηκεν ἅπαντα.

Ex his apparet, Empedoclem naturae res, quarum rationes aut non videret aut quaerere parum curaret, ad casum retulisse, secutum in hoc vulgarem fere veterum physicorum opinionem, quam Plato his verbis perstringit [143]: πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα φύσει πάντα εἶναι καὶ τύχῃ φασί, τέχνῃ δὲ οὐδὲν τούτων· . . . . τύχῃ δὲ φερόμενα τῇ τῆς δυνάμεως ἕκαστα ἑκάστων, ᾗ ξυμπέπτωκεν ἁρμόττοντα οἰκείως πως θερμὰ ψυχροῖς ἢ ξηρὰ πρὸς ὑγρὰ καὶ μαλακὰ πρὸς σκληρὰ, καὶ πάντα ὅποσα τῇ τῶν ἐναντίων κράσει κατὰ τύχην ἐξ ἀνάγκης ξυνεκεράσθη, ταύτῃ καὶ κατὰ ταῦτα γεγεννηκέναι τόν τε οὐρανὸν ὅλον καὶ πάντα ὅποσα κατ᾽ οὐρανὸν, καὶ ζῶα αὖ καὶ φυτὰ ξύμπαντα, ὡρῶν πασῶν ἐκ τούτων γενομένων, οὐ διὰ νοῦν, φασίν, οὐδὲ διά τινα θεὸν οὐδὲ διὰ τέχνην, ἀλλὰ, ὃ λέγομεν, φύσει καὶ τύχῃ. i. e. »ignem, aquam, terram, aërem, omnia haec non providentia et arte divina, sed suapte natura et casu exstitisse ajunt; quae quum forte ferrentur quo quidque sua vis raperet, coaluisse inter se naturali quodam modo calida cum frigidis, arida cum humidis, mollia cum duris, ceteraque contraria contrariis caecâ quadam necessitate mixta, eâque mixtione omnem mundum omniaque coelestia et terrestria peperisse.” Haec tum in veteres universe tum in Empedoclem maxime conveniunt, qui etsi Amicitiae et

(143) Plato de Legg. X, c. 4. p. 889.

Discordiae praecipuas tribuit partes, multa tamen necessitati et casui reliquit [144]. Fortuna autem sive casus quid aut quale sit non quaesivit, nec ipsam tanquam caussam agentem vel Deam naturae arbitram induxit [145].

Quod ad necessitatem attinet, hujus item apud Empedoclem saepius mentio fit. Illa est quae Amicitiae et Discordiae vices regit, quae mundi ordinem et mutationem, quae rerum mortalium vicissitudines certâ lege moderatur. Deorum decreta appellat fati jussa, mutuo jure jurando sancita, quibus omnes obtemperant [146]. Hinc placitum Empedocli tributum, »omnia fato fieri ita, ut id fatum vim necessitatis afferret," ut Cicero dicit, qui et alios veterum physicorum idem sensisse tradit, ut Heraclitum et Democritum [147]. Simplicius Necessitatem una cum Amicitia et Discordia inter efficientes caussas numerat [148]. Quae autem sit illius natura et vis, parum constanter definiunt. Stobaeus aliique *τὴν οὐσίαν τῆς ἀνάγκης* secundum Empedoclem hanc esse dicunt: *αἰτίαν χρηστικὴν τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν στοιχείων* [149]. i. e. caussam quae naturae viribus et elementis utitur, sive ea regit:

(144) Praeter locos Aristotelis et Philoponi citt. supra p. 332 sq. cf. Aristoteles Phys. II, 4 et 8, p. 266 et 269 sq. Simplic. Phys. II, f. 83 B, aliique.

(145) Aristot. l. l. Themist. Phys. ausc. II. f. 25 B: *φαίνονται ὡς ἀληθῶς οὐδαμοῦ λόγον πεποιημένοι περὶ αὐτῆς (τῆς τύχης), οὐκ Ἐμπεδοκλῆς, οὐκ Ἀναξαγόρας, οὐκ ἄλλος τις.* cf. Philop. Phys. II, G, 9.

(146) Vid. Emped. vss. 1 sq. 68 et 69. cf. Simpl. Phys. VIII, f. 272 B.

(147) Cic. de Fato, c. 17, ubi pro *Aristoteles* f. leg. *Anaxagoras.*

(148) Simplic. Phys. III, f. 107 A. extr.

(149) Stob. Ecl. I, 5. p. 160. Plutarch. de Plac. phil. I, 26; Galen. Hist. phil. c. X. Alter Stobaei locus, I, 3. p. 60, corruptus est.

unde sequitur illud summum esse principium, cui cetera omnia sint subjecta. Plutarchus εἱμαρμένην Empedocli dicit esse φιλίαν ὁμοῦ καὶ νεῖκος [150]. Ergo in utriusque consensione necessitatem ponit. Idem fortasse vult Simplicius, alicubi dicens: Empedoclem Amicitiae et Discordiae vires contrarias colligasse εἰς μονάδα τὴν τῆς ἀνάγκης· καὶ αὕτη μὲν, addit, ὡς ἕν, τὸ δὲ νεῖκος καὶ ἡ φιλία ὡς δύο — [151]. Nisi fortasse hic necessitatem idem intellexerit atque unum s. sphaeram; quod falsum; nam necessitas non magis sphaera est quam quatuor elementa. Istas autem definitiones satis, opinor, patet ab interpretibus potius quam ab ipso Empedocle profectas esse. Ille fatum, quale sit, non definivisse videtur; intellexit vero nihil aliud nisi naturam, φύσιν, ut Plato appellat: i. e. tam propriam cujusque elementorum naturam quam mutuam inter ipsa necessitudinem, quibus et singulorum potestas et omnium inter se ordo totiusque mundi harmonia servetur. Hanc appellavit necessitatem [152], secutus poëtarum et philosophorum morem, qui illam dominam universi praedicabant (*), eamque poëtice infor-

(150) Plutarch. de Anim. procreat. p. 1026 B. Vol. X, p. 252 sq. R. Philopon. in Arist. Phys. II, G, p. 10, idem dicit τὴν τύχην et τὸ αὐτόματον. τὴν γὰρ φιλίαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὸ νεῖκος ταῦτα εἶναι ᾤετο.

(151) Simplic. Phys. I, f. 43 A. Locum tetigi supra, p. 326.

(152) Themist. Phys. ausc. II, f. 27 B: πάντες σχεδὸν οἱ περὶ φύσεως διαλεχθέντες. εἰς τὴν ἀνάγκην ἀνάγουσι τὰς αἰτίας, οὐδὲν ἄλλο τὴν ἀνάγκην ἢ τὴν ὕλην εἶναι νομίζοντες. cf. Philopon. Phys. III, L, 2 sq.

(*) Notum illud Menandri: δοῦλοι . . . ὁ βασιλεὺς θεῶν, ὁ θεὸς ἀνάγκης. De qua sententia plura Meineke in Menandri Rell. p. 367. Etiam Parmenides saepius ἀνάγκην memorat, de quo disputavi in Parmen. Rell. p. 237.

mavit quasi vindicem foederis mutuo Deorum (i. e. naturae virium) consensu constituti, quo mundi vices rerumque tam divinarum quam humanarum ordo servetur [153].

§ 12.

De perpetua mundi conversione mutatis Amicitiae et Discordiae vicibus.

Jam principia naturae qualia sint secundum Empedoclem explicuimus: vidimus universum principio unum et consentiens; deinde idem in quatuor partes sive naturae elementa divisum; tum naturae vires his respondentes, Amicitiam diversa in unum conciliantem, Discordiam unum in diversa rapientem; denique vires illas certae necessitatis legi subjectas. Jam deinceps videndum, quis in illa diversitate sit ordo, quae partium descriptio, quae mundi vices; ut brevius loquar: quum Empedocles principia naturae constituerit unum et multa (ἓν καὶ πολλά), quaerendum jam, qua ratione contraria ista copulaverit.

Empedocles ipse in carmine suo id aperte demonstrat dicens: modo multa in unum coalescere, modo unum in multa discedere [154]; eamque vicissitudinem nunquam cessare, mutatis perpetuo Amicitiae et Discordiae vicibus [155]; denique utriusque

(153) Vid. Emped. vss. supra laudatos not. 146.
(154) Idem vss. 89 sqq.
(155) Idem vss. 93-95.

quasi regni vices certo temporis orbe esse circumscriptas [156]. Hanc igitur statuit mundi legem, quam ipse in describenda rerum natura secutus est, canens: principio unum fuisse omnia harmonia junctum, tum intrasse Discordiam et unum in diversa distraxisse, postea rursus suo tempore venisse Amicitiam distractaque elementa in mundi formam composuisse: sic ambas illas vires quasi luctari inter se [157] eamque luctationem perpetuo durare. Empedoclei illius placiti frequens mentio est apud veteres. Primus memorat Plato in Sophista, ubi veterum de rerum natura placita referens, Eleatis unum esse statuentibus opponit Heraclitum Jonicum et Siculum Empedoclem: Ἰάδες δὲ, inquit, *καὶ Σικελαί τινες ὕστερον Μοῦσαι ξυννενοήκασιν, ὅτι συμπλέκειν ἀσφαλέστερον ἀμφότερα καὶ λέγειν ὡς τὸ ὂν πολλά τε καὶ ἕν ἐστιν, ἔχθρᾳ δὲ καὶ φιλίᾳ συνέχεται· διαφερόμενον γὰρ ἀεὶ ξυμφέρεται, φασὶν αἱ συντονώτεραι τῶν Μουσῶν· αἱ δὲ μαλακώτεραι τὸ μὲν ἀεὶ ταῦθ' οὕτως ἔχειν ἐχάλασαν, ἐν μέρει δὲ τοτὲ μὲν ἓν εἶναί φασι τὸ πᾶν καὶ φίλον ὑπ' Ἀφροδίτης, τοτὲ δὲ πολλὰ καὶ πολέμιον αὐτὸ αὑτῷ διὰ νεῖκός τι* [158]. »Ionicae et Siculae Musae tutius arbitrati sunt ambo ista, unum et multa, conjungere, quarum duplex est sententia: altera strictior Heracliti, qui censet, universum semper distrahi simul et conciliari; altera solutior Empedoclis statuentis, alternis modo

(156) Emped. vs. 67 sq.
(157) Idem vss. 167 sqq.
(158) Plato Sophist. p. 242 D E. Citat hunc Simplic. Phys. I, f. 11 B.

unum esse universum et Amore junctum, modo multa et Discordia distractum." Idem placitum, auctorem non nominans, tractat in Parmenide, ubi ambo ista, unum et multa, ipsa per se quomodo cohaereant, dialecticis rationibus explorat [159]. Aristoteles saepius hoc tangit [160] pluraque in eo vituperat, primum hoc, quod istius mundi conversionis nullam attulerit caussam, nisi quod ita sit necessarium aut congruum; quaenam vero sit istius necessitatis ratio, non dixerit [161]. Praecipue vero istud placitum examinat in quaerendo de motu et tempore, quia omnis rerum mutatio, ortus, interitus, contractio, discretio, aut quocumque nomine appelletur, ad motum refertur, et motus cum tempore arcte cohaeret. Docet igitur Empedocli placuisse: *ἐν μέρει κινεῖσθαι καὶ πάλιν ἠρεμεῖν· κινεῖσθαι μὲν, ὅταν ἡ Φιλία ἐκ πολλῶν ποιῇ τὸ ἕν, ἢ τὸ Νεῖκος πολλὰ ἐξ ἑνός· ἠρεμεῖν δὲ ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις.* i. e. »vicissim moveri naturam et quiescere: moveri, quum Amicitiae e multis unum, vel Discordia ex uno multa faciat; intermediis vero temporibus quiescere [162]." Demonstrat hoc ipsius Empedoclis versibus quos citat:

ᾗ δὲ διαλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,
ταύτῃ δ' αἰὲν ἔασιν ἀκίνητα κατὰ κύκλον [163].

(159) Id. Parmen. p. 155 E sq.

(160) Sic Aristot. Phys. I, 4. p. 256 F dicit, Empedoclem *περίοδον ποιεῖν τούτων*, np. *τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν πολλῶν*. Metaph. I, 3. p. 645 G: *ταῦτα γὰρ ἀεὶ διαμένειν . . . συγκρινόμενα καὶ διακρινόμενα εἰς ἕν τε καὶ ἐξ ἑνός.*

(161) Aristot. Metaph. III, 4. p. 662 F.

(162) Aristot. Phys. VIII, 1. p. 319 D.

(163) Cf. Emped. vss. 96-100.

Addit explicandi gratia: τὸ γὰρ ᾗ δὲ διαλλάσσοντα ἐνθένδε ἐκεῖσε λέγειν αὐτὸν ὑποληπτέον, i. e. »mutari vicissim significat hinc illuc transmeare:" quocirca sensum Empedoclis esse: motionem illam ultro citroque nunquam cessare, sed constanter in orbem fieri. Quum autem fit illa conversio, qua unum in multa retroque multa in unum transmutantur, inter oppositos illos motus intercedat necesse est intervallum quoddam, quasi punctum, quo motus subsistat: sic quietem et motum se invicem ordine excipere. Hoc sensu Aristotelem intellexerunt etiam Themistius et Simplicius, quorum hic illius verba sic explicat: ὅτι καθ' ὅσον μὲν εἰς ἄλληλα ἀεὶ μεταβάλλει, ἀΐδιος αὐτῶν ἡ μεταβολὴ καὶ ἡ κίνησις· καθ' ὅσον δὲ ἐνθένδε ἐκεῖσε μεταβάλλοντα τάδε γίγνεται, οἷον, ἐκ πολλῶν ἓν ἢ ἐξ ἑνὸς πολλά, καὶ μετὰ τὴν μεταβολὴν ἵσταται ποτὲ μὲν εἰς τὸ ἓν εἶναι, ποτὲ δὲ εἰς τὸ πολλά, ταύτῃ κατὰ περιόδους ἀεὶ μετὰ τὴν μεταβολὴν ἀποκαθιστάμενα εἰς τὸ τοῦ ἑνὸς ἢ τὸ τῶν πολλῶν εἶδος, ἀκίνητά ἐστι κατὰ τὴν περίοδον ἐκείνην, ἕως ἂν πάλιν μεταβάλλειν ἄρξηται. Φαίνεται δὲ καὶ ὁ Θεμίστιος ταύτης τῆς ἐννοίας ἐχόμενος· τὴν γὰρ ἠρεμίαν ἐν τοῖς μεταξὺ τῶν μεταβολῶν χρόνοις γίγνεσθαι φησίν [164].

Illud autem placitum, motionem et quietem alternis variari, Aristoteles refellit eo, quod tempus, quae est motio vel motionis mensura, e sententia omnium physicorum, excepto Platone, aeternum habeatur: quare absurdum esse tempus quidem sempiternum

(164) Simplic. in Phys. VIII, f. 258 B; in Schol. Arist. p. 425. cf. Themist. in Phys. f. 18 et 58, cujus verba descripsit Sturz. Emped. p. 258 et 268.

affirmare, motum vero modo esse, modo non esse contendere; contra necesse esse, si tempus aeternum sit, motum quoque sempiternum esse: *εἰ δ' ἐστὶν ὁ χρόνος κινήσεως ἀριθμὸς ἢ κίνησίς τις, εἴπερ ἀεὶ χρόνος ἐστὶν, ἀνάγκη καὶ κίνησιν ἀΐδιον εἶναι*[165]. Rectius quidem hac de re Empedoclem judicasse dicit quam alios, exempli gratia, Anaxagoram, qui universum per infinitum tempus quievisse dixit, tum autem subito mentis impulsione commotum esse: hoc enim est vim facere naturae; Empedocles certe ordinem quendam induxit; attamen in eo reprehendit illum, quod, quae mutationis istius caussa sit et cur aequalibus temporis intervallis (*δι' ἴσων χρόνων*) fiat, non explicuerit, tantum dixerit, ita naturae consentaneum esse (*οὕτω πέφυκε*) vel ita necessitate constitutum[166]. Haec Aristoteles; qui quamvis subtiliter Empedoclis placita examinet, ab illius tamen sententia et mente deflexisse videtur. Nam ambo haec decreta, tempus aeternum esse, motum et quietem variari, quamquam ducta ex Empedoclis verbis, ab ipso tamen demonstrata non sunt. Prius quidem horum liceat fortasse ob tacitum physicorum consensum probari; alterum plus habet controversiae. Ab Aristotele in hoc dissentit Eudemus, qui dicit, quietem secundum Empedoclem obtinere in sphaera, regnante Amicitia, motum rursus, invalescente Discordia: *Εὔδημος δὲ τὴν ἀκινησίαν ἐν τῇ τῆς Φιλίας ἐπικρατείᾳ κατὰ τὸν σφαῖρον ἐκδέχεται, ἐπειδὰν ἅπαντα συγκριθῇ· . . .*

(165) Aristot. ibid. p. 320 A.

(166) Aristot. l. l. p. 320 D-H. cf. Simplic. in Phys. f. 272 B, 273 A.

ἀρξαμένου δὲ πάλιν τοῦ Νείκους ἐπικρατεῖν, τότε πάλιν κίνησις ἐν τῷ σφαίρῳ γίγνεται [167]. Si dialectice ratiocinemur, justior est Aristotelis argumentatio: nam inter duos contrarios motus necesse utrimque esse aliquod quietis intervallum. Empedocles tamen istud attendisse non videtur. Non censuit, motum quasi decurso stadio subsistere et post denuo cieri, sed continenter ultro citroque agi. Hoc significat ipsius versus:

καὶ ταῦτ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει.

Similiter et ipse Aristoteles alibi, subtili hac distinctione non usus, dicit, illum res semper ac perpetuo moveri affirmare: *ὁ Ἐμπεδοκλῆς κινεῖσθαι μὲν ἀεί φησι συγκινούμενα* (l. *συγκρινόμενα καὶ διακρινόμενα*) *τὸν ἅπαντα ἐνδελέχως χρόνον* [168]. Neque de motu generatim disserit Empedocles, sed loquitur de reciproca Amicitiae et Discordiae actione, quibus ambabus omnem mundum regi, omnem divinarum et humanarum rerum naturam, generationem et interitum effici et contineri vult. Itaque haec actionis vicissitudo ad mundi conditionem pertinet, quo eam alio loco ipse Aristoteles refert, de mundi natura sic loquens: *γενόμενον μὲν οὖν (τὸν οὐρανὸν) ἅπαντες εἶναί φασιν, ἀλλὰ γενόμενον οἱ μὲν ἀΐδιον, οἱ δὲ φθαρτὸν ὥσπερ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν φύσει συνισταμένων, οἱ δὲ ἐναλλάξ, ὁτὲ μὲν οὕτως, ὁτὲ δὲ ἄλλως ἔχειν φθειρόμενον, καὶ τοῦτο ἀεὶ διατελεῖν οὕτως, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος καὶ Ἡράκλειτος*

(167) Simplic. Phys. VIII, f. 272 B.
(168) Aristot. de Xen. Zen. Gorg. c. 2. p. 942 A.

ὁ Ἐφέσιος [169]. »Mundum natum esse omnes physici dicunt, sed natum alii semper durare censent, alii interire ut aliam quamlibet naturae rem, alii alternis modo in hanc, modo in illam mutari figuram, identidem senescentem; eamque vicissitudinem semper durare, sicut Empedocles et Heraclitus statuunt." Manifestum est, Aristotelem nullam hîc aliam vicissitudinem spectare nisi Amicitiae et Discordiae sive unius et multorum, quam sententiam Plato quoque, ut supra vidimus, Empedocli et Heraclito, quamvis aliquo cum discrimine, facit communem [170].

§ 13.

De mundo duplici, αἰσθητῷ et νοητῷ.

Jam quaeratur, quis sit sensus istius placiti quidve sibi velit hocce: universum modo in unum cogi per Amicitiam, modo in multa (i. e. quatuor elementa) dividi per Discordiam. Neutrum enim horum in hunc mundum convenire videtur, qui neque est unum quid et simplex neque discretum et multiplex, sed utroque, varietate et harmonia, temperatum. Quaestio haec multum agitata est ab interpretibus, prae-

(169) Aristot. de Coel. I, 10. p. 349 B. cf. Philop. λύσις κζ' τοῦ ς' λόγου, ex Alex. Comm. de Coelo I. Stobaeus Ecll. Phys. I, 21. p. 416: Ἐμπεδοκλῆς τὸν κόσμον φθείρεσθαι κατὰ τὴν ἀντεπικράτειαν τοῦ νείκους καὶ τῆς φιλίας.

(170) Male Sturzius Emped. p. 273 sq. arbitratur, Aristotelem hoc loco significasse, utrique, Heraclito et Empedocli, placitum de mundi conflagratione fuisse commune.

cipue Neo-Platonicis, quorum sententia hic accuratius exponenda.

Unum illi aiunt esse τὸν σφαῖρον, multa vero τὸν κόσμον, quorum alterum ab Empedocle mundum intelligibilem, alterum adspectabilem intelligi; in illo Amicitiam, in hoc Discordiam dominari [171]. Quum porro dicat, horum mundorum alterum commeare in alterum et sic ambos perpetuo variari, non hoc eum dicere, altero exstincto renasci alterum: utrumque enim et sphaeram et mundum semper durare: sed spectare ad mutuum utriusque mundi commercium et animorum per utrumque mundum meatum. Audiamus ipsos. Syrianus dicit, Empedoclem, ut Pythagoricum et Orphicum, post unum universorum principium ponere haec duo, Amicitiam et Litem: »ex his vero principiis et intel»ligibilem mundum emergere et sensibilem. In intel»ligibili igitur, appellato sphaero, secundum actionem »(κατ' ἐνέργειαν) dominari Amicitiam, propter unionem »immaterialium et divinarum substantiarum; — in »sensibili vero Litem." Idem alibi de Discordiae natura secundum Empedoclem disserens ait, hanc non recte corruptionis principium haberi: »neque enim »Lis est corruptiva — ipsa quippe est quae mundum »facit — neque σφαῖρος unquam dissolvitur apud

(171) Breviter Schol. Aristot. in Metaph. p. 534 a: ἔλεγεν ὡς, ὅταν μὲν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα τῇ φιλίᾳ συγκριθῶσιν, ὁ σφαῖρος ἀποτελεῖται, ὃν νοητὸν ὠνόμαζεν ἐκεῖνος διάκοσμον· ὅταν δὲ τοῦ νείκους ἐπικράτησις γένηται, τότε διάκρισις . . . καὶ τῶν ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ τελεσιούργησις.

»ipsum; nisi quis verbis incumbens quae in tota sua »theologia proponit, ab intellectu viri semoveatur; »sed est Lis quidem apud ipsum multitudinis et alte»ritatis (πλήθους καὶ ἑτερότητος) generativa, Amicitia »vero identitatis et unionis (ταὐτότητος καὶ ἑνότητος). »Idcirco et dominatur in intelligibilibus Amicitia ipsa, »in sensibilibus vero Lis: nam ex utraque parte unum »est et multitudo, sed alicubi quidem unum, alicubi »multitudo dominatur[172]." Haec Syrianus vel potius Syriani interpres, barbaris quidem verbis, ad intelligendum tamen idoneis. Secundum hunc ergo Empedocles duplicem statuit mundum, quorum neuter dissolvatur, neque ὁ σφαῖρος neque ὁ κόσμος; in utroque unum et multitudinem, Amicitiam et Discordiam inesse; sed in intelligibili Amicitiam agentem cerni, in sensibili Discordiam. Haec interpretatio si cum Empedoclis verbis parum fortasse congruere videtur, at ipse interpres nos monet non in verbis haerendum esse, ne a philosophi mente aberremus. Cum Syriano concinit Proclus de Empedocle haec dicens: διττὸν γὰρ ποιεῖ τὸν σφαῖρον ... τὸν μὲν αἰσθητὸν ἐν ᾧ τὸ νεῖκος δυναστεύει, τὸν δὲ νοητὸν, ὑπὸ τῆς Ἀφροδίτης συνεχόμενον, καὶ θατέρου τὸν ἕτερον εἰκόνα καλεῖ[173]. Secundum hunc Empedocles illorum mundorum alterum alterius imaginem vocat. Procli tamen dicta non nimis stricte accipienda, sed ex illius loquendi norma istud vocat idem valet atque intelligit, etiamsi Empedocles nullum de hoc verbum dixerit. Fusius

(172) Syrianus in Aristot. Metaph. II, f. 32 B; XIII, f. 117 B.
(173) Proclus in Tim. III. p. 160.

etiam explicat Philoponus ita disserens: ὁ Ἐμπεδοκλῆς δύο τοὺς κόσμους εἶναι ὑπέθετο, τόν τε ἐκ τεσσάρων στοιχείων, τὸν αἰσθητὸν, καὶ τὸν σφαῖρον, τουτέστι τὸν νοητὸν, ὃν σφαῖρον ἐκάλει διὰ τὸ πρὸς ἑαυτὸν ἐπεστράφθαι καὶ πρὸς τῷ ἑνὶ εἶναι μᾶλλον· οὓς καὶ μεταβάλλειν ἔλεγεν εἰς ἀλλήλους· ἐπικρατούσης μὲν γὰρ τῆς Φιλίας, μεταβάλλειν τὰ στοιχεῖα εἰς τὸν σφαῖρον, ἐπικρατοῦντος δὲ τοῦ Νείκους, τὸν σφαῖρον εἰς τὰ στοιχεῖα μεταβάλλειν· οὐ τοῦτο λέγων, ὅτι οἱ κόσμοι εἰς ἀλλήλους μεταβάλλουσιν, ἀλλὰ τὴν τῆς ψύχης τῆς ἡμετέρας εἰς τοὺς κόσμους τούτους σημαίνων μεταβολήν· ἐπειδὴ γάρ ἐστιν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψύχῃ καὶ ἑτεροποιὸς καὶ ταὐτοποιὸς δύναμις, ὅταν μὲν κατὰ τὴν ταὐτοποιὸν δύναμιν ἐνεργήσῃ, ὃν ταὐτοῦ κύκλον ὁ Πλάτων ἐκάλεσε, πρὸς τοῖς νοητοῖς γίγνεται μᾶλλον· ταύτην δὲ τὴν δύναμιν Φιλίαν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκάλεσεν, ὅτι ἡ Φιλία ἑνοποιός ἐστιν· ὅταν δὲ κατὰ τὴν ἑτεροποιὸν δύναμιν ἐνεργήσῃ, ἣν Πλάτων μὲν θατέρου κύκλον ἐκάλεσεν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ Νεῖκος, πρὸς τοῖς αἰσθητοῖς γίγνεται. τὴν μὲν οὖν μεταβολὴν τῆς ψύχης κατὰ τὸν αἰσθητόν τε καὶ νοητὸν κόσμον μεταβολὴν τῶν κόσμων ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκάλεσεν [174]. Interpres ille hoc loco non solum utrumque mundum distinguit, sed etiam mutuam amborum vicissitudinem explicat, dicens, non ipsorum mundorum esse hanc conversionem, sed animorum nostrorum modo in intelligibilem modo in spectabilem mundum commeantium, — eamque conversionem effici per vim ἑνοποιὸν et ἑτεροποιὸν sive Amicitiam et Discordiam, quae in animis nos-

(174) Jo. Grammat. in Phys. I, Lit. A, f. 5 B. Idem placitum tangit saepius, ut Phys. I, lit. C, f. 1 B; II, lit. F, f. 6 B, De Gen. et Corr. I, f. 5 A.

tris insint. Eadem quoque est Aclepii interpretatio dicentis, ὅτι πάντα ταῦτα συμβολικῶς ἔλεγεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς· οὔτε γὰρ τὸν σφαῖρον ὑπετίθετο φθείρεσθαι, οὔτε δὲ τὸν αἰσθητὸν κόσμον, ἀλλὰ διὰ τούτων ἐδήλου τὴν ἄνοδον καὶ τὴν κάθοδον τῆς ψύχης· διὸ ἔλεγεν

ὡς καὶ ἐγὼ δεῦρ' εἶμι φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης
Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνος.

ἔστι γὰρ καὶ ἐν σφαίρῳ διάκρισις, εἴγε πολλὰ νοητά, ἀλλὰ καλύπτεται ὑπὸ τῆς ἀφράστου ἑνώσεως· καὶ ἐν τῷ αἰσθητῷ δέ ἐστιν ἕνωσις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπικρατεῖ ἡ διάκρισις [175]. Tali interpretandi ratione intelligi potest facile his fuisse, Empedoclem merum facere Platonicum.

Simplicius, ejusdem doctrinae socius, eodem fere modo Empedoclis sententiam interpretatur, sed doctius et diligentius: quocirca ex illo facilius discere poterimus, quibus argumentis sententia ista nitatur. Audiamus ipsum. In principio Physicorum haec legimus: Ἐμπεδοκλῆς περί τε τοῦ νοητοῦ κόσμου καὶ τοῦ αἰσθητοῦ διδάσκων, καὶ ἐκεῖνον τούτου παράδειγμα ἀρχέτυπον τιθέμενος, ἐν ἑκατέρῳ μὲν ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα ταῦτα τέθεικε, πῦρ, ἀέρα, ὕδωρ καὶ γῆν, καὶ ποιητικὰ αἴτια, τὴν Φιλίαν καὶ τὸ Νεῖκος· πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἐν τῷ νοητῷ, τῇ νοητῇ ἑνώσει κρατούμενα, διὰ Φιλίας μᾶλλον συνάγεσθαί φησι, τὰ δὲ ἐν τῷ αἰσθητῷ ὑπὸ τοῦ Νείκους μᾶλλον διακρίνεσθαι. Quibuscum fere concinere ait Platonem in Timaeo. Porro demonstrat,

(175) Asclep. in Schol. Aristot. p. 629 a. cf. Philoponi verba modo citata. In Empedoclis versu qui memoratur vulgo perperam εἰμὶ pro εἶμι et αἰθομένῳ pro μαινομένῳ. Cf. Emped. vs. 7 sq.

Empedoclem in rerum natura quoque reciprocam facere Amicitiae et Discordiae actionem (*ἐναντίωσιν τῆς Φιλίας καὶ τοῦ Νείκους*) dicens: *ὅτι γὰρ οὐχ, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι, Φιλία μὲν μόνη κατ' Ἐμπεδοκλέα τὸν νοητὸν ἐποίησε κόσμον, Νεῖκος δὲ μόνον τὸν αἰσθητὸν, ἀλλ' ἄμφω πανταχοῦ οἰκείως θεωρεῖ, ἄκουσον αὐτοῦ τῶν ἐν τοῖς Φυσικοῖς λεγομένων, ἐν οἷς καὶ τῆς ἐνταῦθα δημιουργικῆς συγκρίσεως τὴν Ἀφροδίτην ἤτοι τὴν Φιλίαν αἰτίαν φησίν*[176]. Affert deinceps plures Empedoclis versus quibus tam Amicitiae quam Discordiae vis et actio in rebus humanis ostenditur[177]: unde manifestum dicit, vicissitudinem istam, *ἓν ἐκ πλειόνων* et *πλείονα ἐξ ἑνός*, etiam ad hunc mundum infra lunam positum pertinere, in quo mortalia per varios temporum orbes (*κατὰ περιόδους δηλονότι ἄλλοτε ἄλλας*) varientur, modo Discordiâ, modo Amicitiâ dominante. Denique addit: *μήποτε δὲ προποδισμόν τινα τῆς τῶν ὄντων ἑνώσεως καὶ διακρίσεως παραδίδωσι, πλείονας διαφορὰς τοῦ νοητοῦ κόσμου ὑπὲρ τόδε τὸ αἰσθητὸν κατὰ τὴν μᾶλλον καὶ ἧττον τῆς Φιλίας ἐπικράτειαν αἰνιττόμενος· καὶ ἐν τῷ αἰσθητῷ δὲ τὰς διαφορὰς τῆς τοῦ Νείκους ἐπικρατείας παραδείκνυσιν ὅροις τισὶ διειλημμένας, ὡς ἐν ἄλλοις ἐπειράθην ὑποδεῖξαι.* i. e. »videtur et gradationem quandam in mundi natura statuere, significans, etsi obscurius (*αἰνιττόμενος*), esse plura tam in adspectabili mundo quam in intelligibili discrimina et quasi gradus, prouti major minorve in iis cernatur

(176) Simplic. Phys. I, f. 7 B; de Coelo II, f. 128 B et sq. cf. Schol. Aristot. Brandis. p. 507 a.

(177) Ut vss. 215 sqq. 167 sqq. 126 sqq. aliosque.

unitatis et diversitatis sive Amicitiae et Discordiae vis" [178]. Quales intelligat hos gradus, neminem Neoplatonicae philosophiae non plane rudem fugere potest. Eandem interpretationem in scriptis suis passim repetit: secundum Empedoclem duplicem esse mundum, intelligibilem et sensibilem, alterum *σφαῖρον*, alterum *κόσμον* appellatum [179], quorum illum exemplaris (*παραδείγματος*), hunc imaginis (*εἰκόνος*) instar esse; utrumque sempiternum; in utroque cerni unum et multa, concentum et varietatem, sed in mundo intelligibili magis Amicitiam, in adspectabili magis Discordiam regnare; hunc perpetuâ vicissitudine agitari. Sic in octavo Physicorum legimus: *ὑπέθετο γὰρ οὗτος (Ἐμπεδοκλῆς) τόν τε νοητὸν καὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων τῶν τεσσάρων συνεστῶτας, τὸν μὲν παραδειγματικῶς δηλονότι, τὸν δὲ εἰκονικῶς· καὶ ποιητικὰ αἴτια, τοῦ μὲν νοητοῦ τὴν Φιλίαν διὰ τῆς ἑνώσεως τὸν σφαῖρον ποιοῦσαν, ὃν καὶ θεὸν ἐπονομάζει καὶ οὐδετέρως ποτὲ καλεῖ, σφαῖρον ἔην· (*) τοῦ δὲ αἰσθητοῦ τὸ Νεῖκος, ὅταν ἐπικρατῇ μὴ τελέως, διὰ τῆς διακρίσεως τὸν κόσμον τοῦτον ποιῶν· δυνατὸν δὲ καὶ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τήν τε ἕνωσιν ὁρᾶν καὶ τὴν διάκρισιν, ἀεὶ μὲν ἄμφω, ἄλλοτε δὲ ἄλλην ἐν ἄλλοις καὶ ἄλλοις μέρεσιν ἢ ἐν ἄλλοις καὶ ἄλλοις χρόνοις ἐπικρατοῦσαν.* Postremum hoc, in rebus mortalibus modo concretionem modo discretionem

(178) Simplic. Phys. I, f. 8 A.

(179) Idem de Coel. I. f. 68 B, f. 72 A; III, f. 145 B; II, f. 128 B et sq. Schol. Aristot. p. 487 b, 489 b, 507.

(*) Emped. vs. 64.

cerni, porro Empedoclis versibus probat [180]. In libro primo de Coelo haec leguntur: Ἐμπεδοκλῆς τόν τε ὑπὸ τῆς Φιλίας ἑνούμενον νοητὸν κόσμον παραδιδοὺς αἰνιγματωδῶς, ὡς ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις (*), καὶ τὸν ὑπὸ τοῦ Νείκους ἀπ' ἐκείνου διακρινόμενον αἰσθητόν, οὔτε γινόμενα ταῦτα οὔτε φθειρόμενα ἐν χρόνῳ φησίν, ἀλλὰ τὸν μὲν νοητὸν κόσμον κατὰ τὸ ὂν ἑστάναι, τὸν δὲ αἰσθητὸν κατὰ τὸ γινόμενον, καὶ τοῦτον τῇ διαδοχῇ φησὶν ἀϊδίως ἀνακυκλεῖσθαι. Ad quod demonstrandum adhibet Empedoclis versus, quibus reciproca Amicitiae et Discordiae actio describitur [181], addens: οὐκ ἂν ταῦτα σαφῶς οὕτως ὡς ἐν αἰνίγμασι λεγόμενα [182]. Hoc loco illam motûs vicissitudinem (διαδοχὴν) ponit in mundi spectabilis fluxu; alibi vero vult eâ significari mutuum utriusque mundi, τοῦ νοητοῦ et τοῦ αἰσθητοῦ, commercium, ut in octavo Physicorum, dicens: εἴρηται δὲ πολλάκις ὅτι καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας ἡνωμένον μὲν τὸν νοητὸν ἔλεγον κόσμον, διακεκριμένον δὲ τὸν αἰσθητόν· ἀμφοῖν δὲ ἀεὶ ὄντων, τὴν κατὰ χρόνον μεταβολὴν εἰς ἔνδειξιν ἐλάμβανον τῆς τάξεως αὐτῶν καὶ τῆς τοῦ αἰσθητοῦ γενέσεως ἀπὸ τοῦ νοητοῦ, Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ τῆς τοῦ αἰσθητοῦ πρὸς τὸν νοητὸν ἐπιστροφῆς [183]. Utrumque autem

(180) Idem Phys. VIII, f. 258 A. Affert Empedoclis vss. 335 sqq. cf. Brandis Schol. Aristot. p. 425.

(*) Mos est ille seriorum interpretum omnia Empedoclis ad Pythagoricam rationem referre: cf. supra p. 317, 353, infra p. 390 et passim.

(181) Emped. vss. 96-100.

(182) Vid. Schol. Aristot. p. 476 b. Locus depravatus exstat in ed. Ald. f. 32 A.

(183) Id. Phys. VIII, f. 273 B.

mundum semper esse, tum hoc loco tum alibi manifesto affirmat: Ἐμπεδοκλῆς δὲ, εἰ μὲν κατὰ τὸ σχῆμά τις ἀκούοι τοῦ λόγου, ὡς ποτὲ μὲν σφαῖρον ποτὲ δὲ κόσμον λέγοντος, δῆλον ὅτι καὶ τὴν κίνησιν ἐν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου θεωρῶν, γινομένην καὶ φθειρομένην ὑπετίθετο ἀεί, ἐπεὶ καὶ τὸν σφαῖρον εἶναι βούλεται καὶ τὸν κόσμον ἀεί, καὶ κίνησιν ἐνομίζεν ἐν τῷ κόσμῳ εἶναι [184].

§ 14.

Jam si quaeratur, placitum istud de mundo intelligibi et sensibili unde ductum sit, apparet, totum illud *αἰνιγματωδῶς* effectum esse ex Empedoclis hoc dicto: *modo ex uno multa, modo multa in unum reverti;* quod ratiocinando sic concludebant: Empedocles naturae elementa et principia sempiterna dicit; quocirca necesse est, ea tam uni quam multis esse subjecta. Quum igitur cuncta unum dicit, intellexit diversa illa genera concordi pace sociata, sive divinam esse naturae virium numinumque harmoniam; contrario quum eadem multa dicit, significavit easdem illas naturas dissidentes inter se et reluctantes et perpetua vicissitudine agitatas. In alterum transtulerunt nomen *σφαίρου*, quo Empedocles harmoniam illam, quam principio mundi fuisse finxit, designaverat; alterum *κόσμον* appellarunt communi vocabulo. Praeterea etiam hoc utuntur argumento. Empedocles iisdem elementis tam Deos quam homines, animantes, ceterasque omnes naturae res conflatas dicit:

(184) Idem Phys. VIII, f. 257 B; in Brandis. Schol. Aristot. p. 425 a.

ἐκ τῶν πανθ' ὅσα τ' ἦν ὅσα τ' ἔσθ' ὅσα τ' ἔσται ὀπίσσω,
δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἄνερες ἠδὲ γυναῖκες, . .
καί τε θεοὶ δολιχαίωνες — [185].

Ergo, ajunt, duos facit mundos, alterum divinum, alterum mortalem, ambos iisdem constantes principiis. Sic argumentatur Simplicius: ὅτι διττὸν αἰνίττεται διάκοσμον, τὸν μὲν νοητὸν, τὸν δὲ αἰσθητὸν, καὶ τὸν μὲν θεῖον, τὸν δ' ἐπίκηρον, ὧν ὁ μὲν παραδειγματικῶς ἔχει ταῦτα, ὁ δ' εἰκονικῶς, ἐδήλωσε, μὴ μόνον τὰ γενητὰ καὶ φθαρτὰ λέγων ἐκ τούτων συνεστάναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς θεούς [186]. Atqui inde potius sequitur, Empedoclem naturas coelestes (sive Deos) et terrestres origine ac natura fecisse cognatas, utpote ex iisdem concretas elementis; quamobrem etiam Daemones non immortales sed longaevos (δολιχαίωνας) vocat. Ita Aristoteles quoque judicat, animadvertens, Empedoclem in eo sibi constare quod, quum eadem tam divinarum quam humanarum rerum elementa statuat, etiam utrasque fecerit caducas: τοσοῦτόν γε μόνον λέγει ὁμολογουμένως· οὐ γὰρ τὰ μὲν φθαρτὰ, τὰ δε ἄφθαρτα ποιεῖ τῶν ὄντων, ἀλλα πάντα φθαρτὰ, πλὴν τῶν στοιχείων [187]. Quid plura? Manifestum est, opinor, totam illam rationem de duplici mundo, quorum alter divina, alter humana conplectatur, a Neo-platonicis coactâ interpretatione in Empedoclem translatam esse [188]. Ille unicum statuit mundum tam divina

(185) Vid. Emped. vss. 132 sqq.
(186) Simplic. in Phys. I f. 34.
(187) Aristot. Metaph. II, 4. p. 662 F.
(188) Sequitur tamen hos interpretes doct. Lommatzsch p. 128, adhibens

quam humana complectentem, quem modo unum, modo multa dicit, varias mundi conditiones et vicissitudines spectans. Quales vero has intelligat, nondum reperimus.

Nonnulli quidem Empedoclis dicta sic interpretati sunt, mundum modo interire et in unum veluti chaos quoddam confundi per Amicitiam, modo renasci denuo discretis elementis per Discordiam. Ex qua interpretatione fluxit vulgatum illud, Empedoclem τὸ Νεῖκος facere mundi fabricatorem, δημιουργὸν τῶν κάτω, quo et Hermias spectat, fingens eum ex Aetnae crateribus clamantem: τὸ Νεῖκος ποιεῖ τα πάντα [189]. Istam vero opinionem recte refutavit Simplicius. Discordia enim etsi elementa principio diremit, non effecit tamen hunc mundi ornatum rerumque ordinem, qui mutua potius tam Amicitiae quam Discordiae actione efficitur [190].

Neque plus auctoritatis habet alia quorumdam sententia, placuisse Empedocli, mundum in ignem

praesertim Empedoclis versus 142-144, ubi ἕνα κόσμον intelligit τὸν σφαῖρον, cui oppositum esse τὸ πᾶν ὑπένερθε s. hunc mundum. Ritterus vero in Lit. Analect. Wolf. l. l. p. 445, istam quidem Neo-Platonicorum interpretationem improbat, arbitratur tamen ex Empedoclis sententia utrumque, sphaeram et mundum, simul constare et permanere; ad quod probandum affert etiam Plutarchi testimonium de Plac. phil. I, 5: Ἐμπεδοκλῆς κόσμον μὲν ἕνα, — τὸ δὲ λοιπὸν ἀρχὴν εἶναι. quod eo non pertinet. Tetigimus hoc ad vs. 172 sq. tangemus item infra § 24.

(189) Hermias Irris. Gentil. p. 177 A; Alexand. apud Simplic. de Coel. II, f. 128 B; in Schol. Aristot. p. 507 a; Cyrus Theod. Prodromus ad calcem Stobaei Gesn. p. 623 (ed. 3.) cf. Jo. Fr. Luisin. Parergôn II, 24, in Gruteri Thes. III, p. 476 sq. cit. Sturz. Emped. p. 242 sq.

(190) Simplic. cit. supra p. 374.

conversum iri. Hujus opinionis praecipuus auctor est Clemens Alexandrinus: *οὐ παραπέμπομαι*, inquit, *καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα ὃς φυσικῶς οὕτως τῆς τῶν πάντων ἀναλήψεως* (f. l. *ἀναλύσεως*) *μέμνηται, ὡς ἐσομένης ποτὲ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν μεταβολῆς· σαφέστατα Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος ταύτης ἐστὶ τῆς δόξης.* »Omitto Empedoclem, qui physice de mundi conversione sic loquitur, quasi aliquando in ignis naturam reversura sit; manifesto Heraclitus in hac versatur sententia" [191]. Clementis verba satis indicant, Empedoclem id non aperto docuisse, sed obscurius significasse. Facile vero illi placuit tale interpretamentum, quo notum Christianorum dogma veterum philosophorum auctoritate commendaretur. Apertius vero id asserunt Cedrenus et Pseudo-Origenes, quorum hic dicit: *Ἐμπεδοκλῆς ἔφη, . . . συνεστάναι ἐκ πυρὸς τα πάντα καὶ εἰς πῦρ ἀναλυθήσεσθαι, ὡς* (l. *ᾧ*) *σχεδὸν καὶ οἱ Στωϊκοὶ συντίθενται δόγματι, ἐκπύρωσιν προσδοκῶντες* [192]. Sed istorum quidem auctorum quo major est confidentia, eo minor valet auctoritas. Gravissimi testes de hoc silent. Aristoteles soli Heraclito istud placitum tribuit [193]; Simplicius item, doc-

(191) Clemens Alex. Strom. V, p. 599 B; ex hoc Eusebius Praep. Euang. XIII, 13; p. 676. Idem docet Oecumenius Exeges. in VII Epp. Cathol. ad Petr. II, 3, 5. p. 214.

(192) Origen. Philos. c. III, p. 49 Cedren. Synops. Hist. T. I, p. 157. Videntur hi Empedoclem cum Heraclito confudisse. Doct. Marbach. Lehrb. d. Gesch. d. Phil. I, p. 73, haec testimonia adhibet ad probandum, Empedoclem Heracliti imitatorem fuisse. De igni cf. quae supra dixi p. 343 not. (*).

(193) Arist. Phys. III, 5. p. 276 E. Sturzius tamen putat, e sententia Aristotelis placitum istud Empedocli cum Heraclito commune fuisse; adhibens locum de Coel. I, 10, jam supra p. 368 sq. a nobis allatum.

tissimus interpretum, Empedoclem et Heraclitum alicubi inter se comparans, huic soli vindicat, de illo nihil [194]. Istud igitur placitum nihil aliud esse apret nisi interpretamentum celebrati illius dicti: *ex uno multa, multaque rursus in unum* (*); inde natum, quod quidam unum sive sphaeram Pythagorice subtilissimam materiem sive ignem interpretati sunt [195].

§ 15.

De rerum mortalium vicissitudine.

Longi fuimus in exponendis interpretum opinionibus de Empedoclea illa sententia, nec tamen per multas ambages in ipsius mentem adhuc penetrare nobis contigit; nisi tantum hac disquisitione consecuti sumus, quod plura pro Empedocleis placitis venditata redarguimus, ut jactatum illud de duplici mundo, sensibili et intelligibili; tum de mundi fabricatione per Discordiam, dissolutione per Amicitiam facta; porro de universi conflagratione: quae omnia falsis interpretationibus ex illius doctrina effecta esse, manifesto jam demonstratum arbitror. Sic certe praeparata nobis via est, quo rectius ipsius sententi-

Perperam: Aristoteles ibi tantum dicit, Empedoclem pariter ut Heraclitum statuisse, mutuam obtinere perpetuo rerum conversionem modo in unum, modo in multa.

(194) Simplic de Coel. f. 68 B; cf. Schol. Arist. p. 487 b.

(*) Idem videtur Brandisio Hist. Phil. I, p. 205, qui tamen hoc decretum quodammodo cum Empedoclis sententia conciliare studet eo, quod ignem Discordiae respondentem et quasi parem putat; perperam, ut equidem judico. cf. p. 349, not. 117.

(195) Cf. superius dicta § 5, p. 325 sq.

am cognoscamus et judicemus. Itaque redeamus jam, unde orsi sumus, et quaeramus, quid mutua illa Amicitiae et Discordiae actio significet. Revolvamus ipsius Empedoclis versus.

»Bifariam, inquit, censeo: modo multa in unum coalescere, modo rursus ex uno multa diversa exsistere." Pertinere hoc ad rerum naturam et ad mundi hujus conditionem, palam est; ipse dicit, in his duobus mortalium ortum et interitum (*θνητῶν γένεσιν* et *ἀπόλειψιν*) posita esse: diversis enim in unum coëuntibus res generari, dilabentibus rursus corrumpi [196]; atque duplici hac actione, concretione et discretione, omnem naturae fluxum, omnem ortûs et interitûs vicissitudinem effici [197]. Itaque placitum istud si vulgaribus verbis interpretemur, nihil aliud vult nisi hocce: continentem et aeternam esse in natura vitae et mortis vicissitudinem; alteram alteri perpetuo succedere; et mutua earum actione naturae varietatem motumque effici. Ista autem mutua actio qualis intelligenda? num sic ut vulgo, modo hunc, modo illum esse mundi statum? modo emori universum, modo reviviscere? Tale quid, quod naturae repugnaret, Empedocles non finxit; non voluit aliam sub Amicitia, aliam sub Discordia esse mundi conditionem, sed perpetuo sui similem. Hoc ipsum ei objicit Aristoteles dicens [198]: *τὸν κόσμον ὁμοίως ἔχειν φησὶν ἐπί τε τοῦ* Νείκους *νῦν*

(196) Vid. Emped. vss. 88-92.
(197) Idem vss. 96-98.
(198) Aristot. Gener. et Corr. II, 6. p. 405 B.

καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς Φιλίας. Qualem autem vicissitudinem illam intellexerit, declarant quae de mortalium natura canit. »Mortalium, inquit, corporum haec est conditio: nunc per Amicitiam in unum componuntur, unde illis vitalis vigor; nunc per Discordiam dissolvuntur et leto traduntur" [199]. Pertinet ergo illa mutatio ad vitae et mortis discrimen, quod in singulis naturae rebus cernitur, quae modo elementorum concretione nascuntur et increscunt, modo eorundem discidio imminuuntur et evanescunt [200]. Hic sensus est illius dicti: modo diversa in unum coire, modo unum in diversa dirimi. Quod in singulis rebus aliis alio tempore fit, id tanquam constantem universi normam a rerum temporumque vicissitudine abstractam proponit; fluxam quam adspicimus naturae conditionem revocat ad certam aeternamque legem cogitatione expressam, eamque in mundum transfert.

Haec sententia non solum congruit cum placitis ejus de rebus naturalibus, ut modo ostendi, congruit vero etiam cum doctrina ejus de naturae elementis et principiis. Quatuor elementa, item Amicitiam et Discordiam, sempiterna praedicat, quod esse non

(199) Vid. Emped. vs. 335 sqq.

(200) Hic quoque sensus videtur Ciceronis dicti in Laelio cap. 7: »secundum Empedoclem quae in rerum natura totoque mundo constarent quaeque moverentur (i. e. mortalia omnia), ea contrahere Amicitiam, dissipare Discordiam." Ita quoque Simplicius intelligit loco laud. p. 375 dicens: *δυνατὸν δὲ καὶ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τήν τε ἕνωσιν ὁρᾶν καὶ τὴν διάκρισιν, ἀεὶ μὲν ἄμφω, ἄλλοτε δὲ ἄλλην ἐν ἄλλοις καὶ ἄλλοις μέρεσιν . . . ἐπικρατοῦσαν.*

possent, si modo in unum cuncta contraherentur, modo rursus in diversa dividerentur, modo sola Amicitia, modo Discordia regnaret: necesse enim foret, dominante altero, alterum evanescere, et sic mutatis vicibus ea exstingui perpetuo ac rursus reviviscere; non vero possent esse aeterna, sicut ille affirmat.

Forma autem illius placiti congruit cum Heracliti decreto, quod cum Empedocleo illo jam contulerunt Plato et Aristoteles, statuentis unum distractum perpetuo contrahi: *το ἓν διαφερόμενον ἀεὶ ξυμφέρεσθαι*. Difficile intellectu videatur, quo sensu dissipari idem simulque contrahi dicatur. Sed Heraclitus hoc voluit, alterius discretionem simul concretionem alterius, sive alterius mortem vitam alterius esse. Uterque instabilem naturae partium vicissitudinem ad certam normam universae naturae communem reduxit; uterque eam ad contrariam redegit actionem; sed suo uterque modo: alter diversas illas actiones inter se opponit et mutatis vicibus agentes facit, alter ambas in unum constringit ut arctâ necessitudine cohaerentes.

Eodem modo explicandum, quod Empedocles in carmine de elementis dicit, aliud eorum alio tempore dominari [201]. Animadvertit videlicet in animantibus temperiei vicissitudinem, modo ea ardore incalescere, modo frigore torpescere; modo in lucem tendere, modo in humum deprimi; postremo in pulverem abire vel in auras evanescere: animadvertit quotidianos noctis et diei orbes, annuos temporum conver-

(201) Vid. Emped. vs. 116: ἐν δὲ μέρει κρατέουσι —

siones, in quibus modo calidum, modo frigidum, modo siccum, modo humidum dominentur: hunc fluxum rerum ac vicissitudinem spectans, statuit elementa mutatis vicibus suo quodque tempore regnare.

§ 16.

Cosmogoniae Empedocleae ratio.

Hactenus praecipua Empedocleae cosmogoniae capita explicuimus; quibus singulis illustratis, jam tota ejus ratio clarius, opinor, patescet. Itaque paucis eam comprehendamus. »Principio mundi canit omnia fuisse unum harmonia vinctum, idque Deum; quo concusso et distracto, exstitisse quatuor elementa, non nata, sed aeterna eademque Deos; exstitisse item Amicitiam et Discordiam, divinas rerum moderatrices, alteram conciliantem cuncta, alteram distrahentem. Porro autem, elementis inter se mixtis, exstitisse mundum naturas omnes tam divinas quam humanas complexum; tum mundi vicissitudines, modo diversa in unum cogente Amicitia, modo distrahente Discordia; eamque mutationem sempiternam esse, quippe quum naturae principia aeterna sint. Itaque rerum formae varientur, mundi ordo sempiternus constat [202]." In hac descriptione videmus rerum formas aliam ex alia deinceps natas, e sphaera elementa, ex elementis mundum variasque

(202) Vid. Emped. vss. 44, 45.

mundi facies certo ordine sibi succedentes. Agnoscimus in hoc priscorum poëtarum rationem, qui similiter a chao terram, a terra coelum, inde omne deorum et mortalium genus repetebant.

Num tamen Empedocles mundi originem et naturam revera hoc ordine progressam esse voluerit, an poëtico figmento cogitata sua ornaverit, merito dubitetur. Sane, si proprie locutus sit, ipse sibi parum congruat: si enim aeterna sunt elementa, ut praedicat, non magis e sphaera quam ex alia quavis caussa potuerunt exsistere, sed a principio esse debuerunt. Reprehensus propterea est ab Aristotele, ut superius vidimus; Empedoclem tamen id non proprie intellexisse jam animadvertit Simplicius, dicens, et illum et alios veterum talem mundi ortum finxisse, non quo mundum certo tempore natum et singulas has mundi partes, sphaeram, elementa, cett. quondam per se exstitisse putarent, sed quo clarius explicarent et principia e quibus natura constet, et ordinem quem quodque obtineat, et modum quo ex his naturae res conflatae sint; ideo illos, quae in mundo videntur confusa, suis quaeque formis expressisse. Sic in primo de Coelo [203]: *Οὗτοι οὖν*, inquit, *γενητὸν καὶ ἄφθαρτον λέγοντες τὸν κόσμον, τὴν γένεσιν οὐχ ὡς ἀπὸ χρόνου φασὶ δεῖν ἀκούειν, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεως εἰρημένην, διδασκαλίας χάριν τῆς τάξεως τῶν ἐν αὐτῷ προτέρων τε καὶ συνθετωτέρων.* Itaque, pergit, Empedocles ceterique physici *τὴν τῶν συνθέτων ἀπὸ*

(203) Simplic. in Schol. Aristot. Brand. p. 488 b.

τῶν ἁπλῶν γένεσιν κατὰ τὸν ἐξ ὑποθέσεως τοῦτον τρόπον φαίνονται παραδιδόντες, ἀπὸ τῶν νῦν ὁρωμένων τὴν ἀνάλυσιν ποιούμενοι τὴν ἐπὶ τὰ ἁπλᾶ, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἁπλῶν σύνθεσιν ἐξιστοροῦντες, ὡς εἰ καὶ προϋπῆρχε τῷ χρόνῳ τὰ ἐξ ὧν γίνεται τὰ γινόμενα. Nequaquam vero putandum dicit, quasi ex Empedoclis sententiâ principia ista quondam seorsim exstiterint: quippe illum perspicuitatis tantum caussa haec finxisse, sicut mathematici figuras et lineas et puncta, quibus corporum formas demonstrent [204]. Illustratur hoc iis quae modo de Amicitia et Discordia animadvertimus. Quemadmodum enim reciprocam ambarum actionem in natura alternis obtinere finxit ita, ut mutatis vicibus alterutra earum regnet et universum modo in unum concilietur, modo in diversa distrahatur; similiter quod de sphaera et de elementorum discretione dixit explicari potest, ut exempla sint, alterum harmoniae, alterum diversitatis, συμπάθειας et ἀντιπάθειας, quae in mundo cernuntur. Neutrum horum solum per se exstat, sed mutua amborum actio in natura confuse apparet; quae ille cogitatione secernens tanquam diversas notiones mente concepit easque informavit sicut species, sua quamque natura et figura constantes: mundi harmoniam informans

(204) Simplic. l. l. et de Coel. II, f. 129 A ed. Ald. φαίη δ' ἄν, ὡς οἶμαι, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὅτε χωρὶς διειστήκει τὰ στοιχεῖα, μὴ καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα συντάξεως αὐτῶν ὑπαρχούσης· . . . ἀλλ' ὁ λόγος τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων ἀνακυκλῆσαι βουλόμενος καὶ γένεσιν τῶν ἀγενήτων καὶ διάκρισιν τῶν ἡνωμένων καὶ ἕνωσιν τῶν διακεκριμένων ὑποτίθεται.

sicut globum omni ex parte perfectum; earum diversitatem quasi elementorum inter se luctationem; naturae vicissitudinem denique tanquam divisum Amicitiae et Discordiae regnum; eaque quamquam cuncta censeret ingenita et aeterna, aliud tamen alio antiquius, aliud ex alio ortum finxit. Sic, nostro quidem judicio, cogitata sua de naturae principiis viribusque poëtico vestitu involvit [205], prorsus ut veteres poëtae seu mythologi theogonias suas componere solebant.

Si vero his involucris Empedoclis rationem exuamus, sententia huc fere redit: unam esse vim eamque divinam mundum continentem; hanc per quatuor elementa quasi Dei membra, ut ipse ea appellat, sparsam esse, eamque cerni potissimum in duplici actione, distractione et contractione, quarum hanc conjunctionis, ordinis, omnis denique boni, illam pugnae, perturbationis omnisque mali principium esse: harum mutuâ vi et ordinem mundi et mutationes effici, omnesque res tam divinas quam humanas perpetuo generari, ali, variari.

In hac descriptione nihil est incongruum, nihil quod Empedoclis de natura placitis repugnet, nihil quod a priscorum philosophandi ratione abhorreat. Similiter Eleatae ens sive *τὸ εἶναι*, notionem mente conceptam, informarunt tanquam naturam per se constantem, suâ formâ figurâque expressam: finxerunt id

(205) Simplicius quoque id agnoscit, de Coelo II, f. 129 A (Schol. Aristot. p. 507 b) dicens: *τοῦ Ἐμπεδοκλέους ὡς ποιητοῦ μυθικώτερον παρὰ μέρος τὴν ἐπικράτειαν αὐτῶν λέγοντος*.

sicut globum undique aequalem et perfectum. Et in similem fere sententiam, quamquam nonnullis partibus immutatam, veterum nonnulli interpretum acceperunt. Ita Syrianus[206] »Empedoclem dicit, et »Pythagoricum existentem et Orphicum, supponere »quidem post unum universorum principium, de »quo nec ipse nec Parmenides nec Pythagoras jube»bant sibi rationes deposci, haec duo plura principia, »Amicitiam et Litem, quas Pythagorici unitatem »et dualitatem nominabant, interminatam ipsam (τὴν »ἀόριστον δυάδα) vocantes ob potentiam in universum »occupantem. Ex his vero principiis et intelligibilem »mundum emergere et sensibilem." Simplicius: Ἐμπεδοκλῆς . . . δύο ἐν τοῖς στοιχείοις ἐναντιώσεις ὑποθέμενος, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, εἰς μίαν τὰς δύο συνεκορύφωσε, τὴν τοῦ Νείκους καὶ τῆς Φιλίας, ὥσπερ καὶ ταύτην εἰς μονάδα τὴν τῆς Ἀνάγκης[207]. Qui illud certe bene intellexisse videntur, et sphaeram et caussas moventes et elementa non nisi species esse earum rerum quae per universum diffusae cernuntur. Quod vero iidem Empedoclis doctrinam ad Pythagoricam rationem revocant, — illud quidem cum Pythagoreis commune habet, quod et unum et multa facit naturae principia[208]; quod vero monadem et dyadem et tetradem illi attribuunt, argutiae sunt Neo-Platonicorum, qui

(206) Syrian. in Aristot Metaph. II, f. 32 B.
(207) Simplic. Phys. I, f. 43 A.
(208) De Pythagoreorum sententia memorabilis est praesertim Eudori locus apud Simplicium, Phys. f. 39 A.

Pythagoricis numeris maxime delectati hos ubivis reperire sibi visi sunt et mira ratione in rerum naturam accommodarunt. Talem naturae descriptionem (Pythagoricam, ut vult) adumbrat Proclus [209], dicens mundi generationem a monade exorsam, inde ad dyada, porro ad triada progressam, tandem in tetrade substitisse. Monas secundum illum est unum universi principium; dyas contraria sunt sibi opposita; his accedit vinculum opposita illa conjungens, quo efficitur trias, quod ipsum est biforme, unde oritur tetras seu quatuor rerum elementa: quae cuncta faciunt decadem, quasi summam totius naturae. Tali interpretatione num mirandum si Empedoclea doctrina cum Pythagorica et Platonica ad amussim congruat? [210]

Sed de hoc illi viderint. Nobis unum adhuc de Empedoclis sententia animadvertendum restat, quod considerantibus sponte se offert. Empedocles naturae principia cuncta facit divina. Summa illa universi harmonia summus est ipse Deus; naturae elementa sunt Dii, Dii sunt agentes naturae vires; universus mundus divina stirpe ortus et divino quasi spiritu animatus; mundi fata et vicissitudines sunt quasi deorum inter se luctationes vel potius divinae naturae jactationes:

(209) Proclus in Timaeum III, p. 144 et 155. Cf. Themist. in Aristot. de An. I, f. 66 B.

(210) Sic Asclepius in Arist. Metaph. in Schol. Aristot. p. 631 a: *φαμὲν οὖν ὅτι ὁ Ἐμπεδοκλῆς ὡς Πυθαγόρειος συμβολικῶς ταῦτα ὑπετίθετο. . . . διὰ μὲν τῆς φιλίας ἐδήλου τὴν μονάδα, ἥτις αἰτία ἐστὶ τῆς ἑνώσεως τοῖς οὖσιν· . . . διὰ μέντοι γε τοῦ νείκους τὴν δυάδα ἐδήλου, τουτέστι τὴν πρόοδον τῶν πραγμάτων κτλ.*

»*Dispergit revocatque Deum, rursusque receptis*
»*Nectit amicitiis quidquid discordia solvit:*"

ut de eo canit Claudianus [211]. Sic physica Empedoclis doctrina cum theologia arctissime cohaeret; est, ut ita dicam, naturae *ἀποθέωσις*, summo jure pantheismus appellandus. Talis autem sentiendi ratio tam temporibus quibus vixit Empedocles, quam ingenio ipsius et moribus consentanea erat. Quippe evanuerant dii, obsoleverant fabulae, emortua erat religio, a priscis Graeciae vatibus consecrata; ita factum ut eruditiores aut divinum numen plane tollerent, aut, si qui essent acriore religionis sensu, hi converterent se ad naturae vires in easque transferrent divinos honores et munera, fabulosae antiquitatis Diis negata, quorum nil nisi nomina et umbras retinebant. Sed in viam redeamus.

(211) Claudian. de Cons. Mallii Theod. vs. 72 sqq

§ 17.

DE RERUM NATURA.

Hactenus consideravimus universi elementa et quasi species, e quibus omnia tam coelestia quam terrestria, tam supera quam infera originem traxere: jam a principiis illis descendimus in naturae officinam, ut noscamus, quomodo ex illis formata sint omnia, moveantur et generentur. In qua explicatione nemo, opinor, physices veterum non rudis, mirabitur, si quaedam occurrant initiis non plane congruentia, quod quidem aetati, qua vixit Empedocles, facile condonandum. Mundi igitur fabricationem talem fere in carmine adumbravit.

»Quum discessione facta, elementa suum quodque locum occupassent, inimica distabant a se invicem, alia sursum, alia deorsum acta; nec gravia cum levibus nec mollia cum duris ullum habeant commercium [1]. Sic autem, divisis factionibus, suopte motu in gyrum (*δίνην*) circumagebantur [2]. Fatali vero tempore recessit paullatim Discordia, intravit Amicitia mediumque orbis occupavit; quo latius haec vim suam extenderet, eo longius illa recessit et in extremas tandem orbis oras refugit. Quae Discordia adhuc

(1) Vid. Emped. vss. 66-73; cf. commentar. p. 188.
(2) Idem vs. 168.

teneret, inimica a reliquis se segregarunt; quae in Amicitiae ditione essent, paullatim inter se conciliata in unum coire coeperunt [3]; partim similia cum similibus se congregantia, dulcia cum dulcibus, calida cum calidis, aspera cum asperis [4]; partim diversa cum diversis temperie quadam mixta [5]: sic aër in terrae viscera penetravit, ignis in maris profunda se immersit [6]. Hac mixtione e divinis naturis exstitere mortales, exorta sunt mundi corpora et varia rerum genera tam coelestia quam terrestria [7], alia puriore, alia crassiore temperie, alia meliora, alia deteriora, prouti vel fors vel naturae vis ea fingeret [8]. Horum multa prius manca et deformia paullatim Veneris ope in hunc ordinem sunt composita."

Tali fere modo Empedocles rerum ortum adumbrasse videtur, quae nunc latius explicanda. Primum considerabimus, quibus rationibus et modis universe res naturae formentur et sustententur; porro, quae de mundi descriptione et de singulis rerum generibus ab illo memorata accepimus, expDosituri.

(3) Emped. vss. 168 sqq.
(4) Idem vss. 268-271.
(5) Vs. 179: ζωρὰ τὰ πρὶν ἄκρητα.
(6) Vss. 203 et 207.
(7) Vs. 132-135: δένδρεά τ' ἐβλάστησε . . . καί τε θεοὶ δολιχαίωνες.
(8) Vss. 236, 314: ὅπῃ συνέκυρσεν ἕκαστα.

§ 18.

De mutua elementorum communione; de similium appetitione; de poris; de vacuo.

Superius, in elementorum naturam considerando, videbamus singula per se tota et individua [9]; nunc vero videbimus misceri eadem et variis modis componi. Quomodo haec quadrant? Explicatio, ni fallor, haec est. Principio Empedocles considerabat rerum elementa ipsa per se, sive elementorum notiones quales cogitatione informantur; nunc vero ea proponit talia, qualia in rerum natura sese ostendunt. Hîc ergo immortalia rerum elementa apparent mortalibus induta formis [10], non amplius aeterna, integra, locis disclusa, sed caduca, fracta, in partes et atomos divisa, confusa inter se omnia. In haec quadrat quod quidam, ut superius jam memoravimus, prodiderunt, Empedoclem elementa e tenuissimis particulis quasi monadibus seu atomis conflare [11]; item quod alii retulere, elementa non perpetuo constare locis disclusa, sed communione inter se contineri [12]. Etsi ipse quidem de hac elementorum partitione nihil dixit,

(9) Vid. supra § 7, p. 338 sq.

(10) Vid. Emped. vs. 178: *θνητὰ τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι.*

(11) Vid. supra l. l.

(12) Sic Plutarch. Plac. phil. II, 7: *'Εμπ. μὴ διὰ παντὸς ἑστῶτας μηδὲ ὡρισμένους τοὺς τόπους τῶν στοιχείων, ἀλλὰ πάντα πως ἀλλήλων μεταλαμβάνειν.* Unde Euseb. Praep. Eu. XV, 38. p. 844 B. Idem sed

tamen in naturae descriptione iis velut particulis utitur [13].

Ex hac autem elementorum mistione quomodo varia rerum genera nascuntur? Censuit nimirum, varias elementorum qualitates et partes alias congruere inter se, alias discrepare: quemadmodum, ut ipsius utar exemplo, aqua cum vino optime miscetur, cum oleo non vult [14], sic in tota natura et consensionem rerum et dissensionem cerni. Haec est mutua elementorum *ἀναλογία* a veteribus appellata, qua variarum rerum genera aptâ temperie efficiuntur. Sic de Empedocle Stobaeus [15]: *ἐκ τεσσάρων οὖν στοιχείων τὸ πᾶν, τῆς τούτων φύσεως ἐξ ἐναντίων συνεστώσης, ξηρότητός τε καὶ ὑγρότητος καὶ θερμότητος καὶ ψυχρότητος, ὑπὸ τῆς πρὸς ἄλληλα ἀναλογίας καὶ κράσεως ἐξαπεργαζομένης τὸ πᾶν.*

Hac elementorum vel convenientiâ vel repugnantiâ efficitur illud, quod ut alii veteres sic Empedocles quoque in natura maximi esse putavit: ut similia appetant similia, fugiant contraria. Cujus placiti testis est Aristoteles dicens: *Ἡράκλειτός φησι τὸ ἀντίξουν σύμφερον καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι· ἐξ ἐναντίας δὲ τούτοις ἄλλοι τε καὶ Ἐμπεδοκλῆς· τὸ γὰρ ὅμοιον τοῦ*

corrupte legitur in Stob. Ecl. I, p. 358, et Galen. Hist. phil. c. 11. Istud *ἀλλήλων μεταλαμβάνειν* idem significat quod inferius *ἐν ἀλλήλοις ἐνυπάρχειν*. § 20, not. 33 sq.

(13) Emped. vss. 212, 270 sq. 326-328. cf. Aristot. infra not. 39.

(14) Idem vs. 272.

(15) Stobaeus Ecl. Phys. T. I, p. 288, citatus jam supra p. 341. Plutarch. c. Colot. T. II, p. 1112 A; Vol. X, p. 573 Reisk.

ὁμοίου ἐφίεσθαι [16]. In his manifesto Empedoclis sententia opponitur Heraclito: quemadmodum hunc per discrepantiam et contentionem, sic illum per similium consensionem et amicitiam pleraque effici voluisse. Ad Empedoclem quoque spectare videntur quae Plato in Lyside hac de re disputans dicit: οὐκοῦν καὶ τοῖς τῶν σοφωτάτων συγγράμμασιν ἐντετύχηκας ταῦτ' αὐτὰ λέγουσιν, ὅτι τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἀνάγκη ἀεὶ φίλον εἶναι; εἰσὶ δέ που οὗτοι οἱ περὶ φύσεώς τε καὶ τοῦ ὅλου διαλεγόμενοί τε καὶ γράφοντες [17]. Latissime certe ex Empedoclis mente vis illa per rerum naturam patet: quippe qui non solum similia cum similibus congregari, sed etiam similia similibus affici et rursus agere in similia docuerit. Hac consensione fieri ut et terra terrena appetat et aether aetheria et similiter reliqua; eâdem affectiones, sensus, omnemque animi et corporis perceptionem effici; hac denique vi corporum formationem, generationem, incrementa, victum contineri. Sed haec nunc quidem strictim; de singulis infra suo loco accuratius.

Neque solum statuit esse inter elementa vel convenientiam quandam vel discrepantiam, etiam rationem viamque explicuit qua ea in se invicem agant. Adhibuit tum meatus quosdam sive πόρους, tum fluxus sive ἀποῤῥοάς, quibus corpora et corporum elementa mutuo inter se commeent. Celebre apud

(16) Aristoteles Ethic. Nicom. VIII, 2. p. 75 G. cf. idem Eudem. VII. 1 p. 201 C.

(17) Plato Lys. p. 214 B. Chalcid. in Tim. Platon. p. 131, Pythagoricum hoc dogma appellat.

veteres hoc Empedoclis placitum, de quo locus postulat ut diligentius disseratur.

Utrumque vocabulum *πόροι* et *ἀποῤῥοαί* ab Empedocle hac significatione usurpatum est; alterum occurrit in ipsius quodam versu: *πάντων εἰσὶν ἀποῤῥοαὶ ὅσσ᾽ ἐγένοντο* [18]; alterum quamquam in ipsius versibus non repetitur, tamen tribuitur ei ab Aristotele [19]; licet interdum eadem aliis quoque vocabulis designaverit, altera *πυκνὰ* sive *στερεὰ*, altera *κοῖλα* appellans, ut inferius videbimus. Empedoclis illud placitum primus tangit Plato in Socratis cum Menone colloquio, unde et sensus ejus cognoscitur et simul intelligitur, eo tempore satis pervagatum illud fuisse: Σ. *Οὐκοῦν λέγετε ἀποῤῥοάς τινας τῶν ὄντων κατ᾽ Ἐμπεδοκλέα;* Μ. *Σφόδρα γε.* Σ. *Καὶ πόρους, εἰς οὓς καὶ δι᾽ ὧν αἱ ἀποῤῥοαὶ πορεύονται;* Μ. *Πάνυ γε.* Σ. *Καὶ τῶν ἀποῤῥοῶν τὰς μὲν ἁρμόττειν ἐνίοις τῶν πόρων, τὰς δὲ ἐλάττους ἢ μείζους εἶναι;* Μ. *Ἔστι ταῦτα* [20]. Apparet inde Empedoclem censuisse, naturae corpora tenuissimas exhalare elementorum particulas, et vicissim parvulis instructa esse meatibus, per quos tum effluere tum intrare effluentia possint; hos autem poros pro cujusque corporis natura et figura in aliis majores eses, in aliis minores, quo fieri ut unumquodque corpus tales receptet exhalationes, quales cujusque indoli et figurae congruant. Hos

(18) Emped. Vs. 267.
(19) Vid. inferius not. 22.
(20) Plato Men. p. 76 C.

autem *πόρους* et has *ἀποῤῥοὰς* omnium naturae corporum, terrae, coeli, maris, animantium, plantarum, lapidum, ceterarumque rerum communia esse; per haec fieri omnes rerum affectiones, mutationes, ortum, interitum; per haec agere et pati, misceri et formari omnia. Exponit hoc placitum Aristoteles, quaerens quomodo *τὸ ποιεῖν* et *πάσχειν* in rerum natura fiant [21]: *τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ πάσχειν ἕκαστον*, inquit, *διά τινων πόρων εἰσιόντος τοῦ ποιοῦντος ἐσχάτου καὶ κυριωτάτου, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν ἡμᾶς φασὶ καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις αἰσθάνεσθαι πάσας· ἔτι δὲ ὁρᾶσθαι διά τε ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ τῶν διαφανῶν, διὰ τὸ πόρους ἔχειν ἀοράτους μὲν διὰ σμικρότητα, πυκνοὺς δὲ καὶ κατὰ στοῖχον· καὶ μᾶλλον ἔχειν τὰ διαφανῆ μᾶλλον. οἱ μὲν οὖν ἐπί τινων οὕτως διώρισαν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ποιούντων καὶ πασχόντων, ἀλλὰ καὶ μίγνυσθαί φασιν, ὅσων οἱ πόροι σύμμετροι πρὸς ἀλλήλους εἰσίν.* Videmus inde, quam multa Empedocles hac ratione explicuerit: visum, auditum, omnem sensuum perceptionem per poros effici; pororum discrimine fieri ut alia corpora sint pellucida, alia crassiora; denique illorum vel convenientiâ vel diversitate effici ut alia coalescere possint, alia non possint. Postremum hoc, *μίγνυσθαι ὅσων οἱ πόροι σύμμετροι πρὸς ἀλλήλους εἰσίν*, praesertim ad concubitum spectat, ceterum eodem redit atque id quod modo dixit Plato: *τῶν ἀποῤῥοῶν τὰς μὲν ἁρμόττειν ἐνίοις τῶν πόρων, τὰς δὲ ἐλάττους ἢ μείζους εἶναι.* Nam quorum *πόροι*

(21) Aristot. de Gener. et Corr. I, 8 princ. p. 395 F.

congruunt, horum etiam ἀποῤῥοὰς sibi mutuo respondere necesse est. De singulis vero rebus suo loco dicturi sumus; haec satis ad declarandum, qua ratione Empedocles elementa variis modis inter se misceri et corpora tam agere in se invicem quam pati docuerit.

§ 19.

Empedoclis sententiam cum Leucippi et Democriti placitis comparat Aristoteles, cum quibus ille partim concinit, partim discrepat. Utrique, etsi diversis usi elementis, concursu tamen elementorum res formari, et eorundem exhalatione corpora mutari varieque affici statuerunt; sed illi per vacuum quoddam particulas istas influere volunt, Empedocles per poros. Ita distinguit Aristoteles: ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ τῶν ἄλλων τινές φασι πάσχειν διὰ τῶν πόρων, οὕτω (Λεύκιππός φησι) πᾶσαν ἀλλοίωσιν καὶ πᾶν τὸ πάσχειν τοῦτον γίνεσθαι τὸν τρόπον, διὰ τοῦ κενοῦ — γιγνομένης τῆς διαλύσεως καὶ τῆς φθορᾶς, ὁμοίως δὲ καὶ τῆς αὐξήσεως — ὑπεισδυομένων στερεῶν[22].

De vacuo notum est quanta fuerit inter veteres physicos et philosophos contentio, aliis ratione duce vacuum (τὸ κενὸν) tanquam non ens plane tollentibus, aliis sine hoc nullam vicissitudinem fore contenden-

(22) Aristoteles l. l. p. 396 D. Ultima verba sic jungenda sunt: διὰ τοῦ κενοῦ . . . ὑπεισδυομένων στερεῶν, non sicut vulgo solent; διὰ τοῦ κενοῦ γιγνομένης τῆς διαλύσεως. Verba γιγνομένης . . . τῆς αὐξήσεως in parenthesi posita. Vult, omnem naturae mutationem eo fieri, quod, quando res crescant vel occidant, solidae particulae per vacua spatia intrent.

tibus. Illorum fuit Empedocles, qui disertis verbis affirmat, nihil in universo esse nec vacuum nec superfluum [23]: secutus in hoc Eleaticorum decretum, universum sive ens plenum (πλῆρες) esse statuentium; ab iisdem vero in eo discessit, quod illi idem continens (συνεχὲς) statuebant, hic poros adhibuit, qua res naturae commeare inter se possent, spreto tamen vacuo. Sic medium quodammodo tenuit inter Eleaticos et Leucippi sectatores. Aristoteles vero etsi Leucippi rationem minime probat, Empedoclis tamen placitum ut prorsus inconsentaneum repellit, dicens: »illum, si corpora in se invicem commeare velit, oportuisse sicut Leucippum et solida atque individua corpuscula inducere et inane his interspersum: si enim non sint individua quaedam corpora, fore ut continua existat pororum series et vacuum sit universum; si inane non sit, poros plane supervacaneos esse, si quidem pleni sint, neque adeo per eos intrare magis quid possit quam si nulli sint [24].” Haec breviter; qui longiora

(23) Emped. vs. 63. cf. Simplic. de Coelo III, f. 155 B sq. Plutarch. de Plac. phil. I, 18: *οἱ ἀπὸ Θάλεω φυσικοὶ πάντες μέχρι Πλάτωνος τὸ κενὸν ἀπέγνωσαν.* — *Ἐμπεδοκλῆς· »οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει οὐδὲ περισσόν”* (Vs. 183.). *Οἱ ἀπὸ Θάλεω* sunt Ionici philosophi, qui ad Platonem extenduntur ideo quod hujus magister Socrates ab Archelao Ionico physica accepit, ut recte explicuit Corsin. in h. l. Dissert. I, p. 14. Thales autem et Plato junguntur quoque alibi, ut apud Galenum, Phil. Hist. cap. 38. De Empedocle idem referunt Stobaeus Ecl. Phys. I, 19. p. 378 sq. et Galenus l. l. cap. 10.

(24) Aristot. de Gen. et Corr. l. l. *σχεδὸν δὲ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ ἀναγκαῖον λέγειν, ὥσπερ καὶ Λεύκιππός φησιν· εἶναι γὰρ ἄττα στερεὰ, ἀδιαιρετὰ δὲ, εἰ μὴ πάντῃ πόροι συνεχεῖς εἰσίν· τοῦτο δ' ἀδύνατον· οὐθὲν γὰρ*

velit, adeat Philoponum, Aristotelis verba in commentariis fuse, ut solet, explanantem [25]. Empedoclis tamen sententiam, nihil vacuum esse, omnia poris obsita, perque hos mutuum fieri corporum inter se commercium, spretam ab Aristotele, seriorum physicorum inventa egregie confirmarunt; etsi fatendum, illum pororum naturam et rationem minus clare perspectam habuisse: veluti, qualis sit in diversis elementis rebusque inde confectis pororum diversitas? num sint in aliis crebriores, in aliis rariores? quo discrimine levia et gravia inter se differant? haec aliaque intacta fere omisisse videtur. Ultimum hoc diserte memorat Aristoteles, dicens: eos qui inane inducant, leve et grave intersperso illo distinguere; qui negent, ut Empedocles, amborum discrimen non explicare: *ἔνιοι μὲν οὖν τῶν μὴ φασκόντων εἶναι κενὸν, οὐδὲν διώρισαν περὶ κούφου καὶ βάρεος, οἷον Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς* [26]. Licet autem Empedocles plura parum juste explicuerit, quis non admiretur tamen illius sagacitatem, qui dudum ante ingenio duce ea praeceperit, quae diligens seriorum investigatio confirmavit?

ἔσται ἕτερον στερεὸν παρὰ τοὺς πόρους, ἀλλὰ πᾶν κενόν. Porro ibid. p. 397 D: *ὅσοι μὲν οὖν διὰ τῆς τῶν πόρων κινήσεώς φασι τὰ πάθη συμβαίνειν, εἰ μὲν καὶ πεπληρωμένων τῶν πόρων, περίεργον οἱ πόροι· εἰ γὰρ ταύτῃ πάσχει τὸ πᾶν, κἂν μὴ πόρους ἔχον ἀλλ' αὐτὸ συνεχὲς ὂν πάσχοι τὸν αὐτὸν τρόπον, κτλ.*

(25) Philopon. in Aristot. de Gener. et Inter. f. 35 sq. de Gener. Anim. II, f. 59 A. cujus verba partim affert Sturz. p. 344 sqq.

(26) Aristot. de Coel. IV, 2. p. 379 E.

Ex his jam clarius apparere arbitror, qualem Empedocles rerum generationem adumbraverit. Elementa universum complentia finxit partim naturali suoque motu, partim Amicitiae impulsu incitata coîsse et mundum formasse sicut unum naturae corpus, undique foraminibus pervium, per quae variae ejus partes velut membra libere inter se commeare possent [27]. Sic communione factâ, congruentia in unum coaluisse; inde nova genera, novas species, novas figuras et corpora exstitisse, ex his paullatim mortalia omnia, plantas, bestias, homines, formata. Propter insitam autem vim et naturalem vigorem ea perpetuo moveri, huc illuc agi; alia effluentia foras elabi, alia rursus intrare; eâ ratione agere et pati omnia, variari, crescere, vetera interire, nova oriri, totam denique rerum naturam perpetua vicissitudine agitari. Sic quidem secundum eum *ἐκ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίνεται πάντα*, ut Plato dicit [28]; res ipsae non mutantur, sed mutatur earum compositio et figura, quae modo congregata erant, nunc dissipantur, mox in alias formas reversura; ipsa tamen elementa integra et intacta manent [29].

(27) Cf. Emped. vs. 122 et 136: *δι' ἀλλήλων δὲ θέοντα* —

(28) Plato Theaet. p. 152 D.

(29) Emped. l. l. *αὐτὰ γὰρ ἔστι γε ταῦτα* — Cf. Stobaeus Ecll. Phys. I. p. 288: *τῆς τῶν στοιχείων φύσεως . . . μεταβολὰς μερικὰς μὲν ὑπομενούσης, τοῦ δὲ παντὸς λύσιν μὴ ἐπιδεχομένου.*

§ 20.

De concretione et discretione; de excretione; de mixtione (κράσει).

Ex his perspicitur secundum Empedoclem proprie non esse ἀλλοίωσιν, sed quae vulgo vocantur crescere, decrescere, nasci, occidere, esse tantum μῖξιν et διάλλαξιν, ut ipse appellat [30], sive, ut seriores, σύγκρισιν et διάκρισιν. Tangit hoc saepius Aristoteles [31]; plenius explicant Plutarchus et Stobaeus his verbis: Ἐμπεδοκλῆς . . . καὶ ὅσοι κατὰ συναθροισμὸν τῶν λεπτομερῶν σωμάτων κοσμοποιοῦσι, συγκρίσεις μὲν καὶ διακρίσεις εἰσάγουσι, γενέσεις δὲ καὶ φθορὰς οὐ κυρίως· οὐ γὰρ κατὰ τὸ ποιὸν ἐξ ἀλλοιώσεως, κατὰ δὲ ποσὸν ἐκ συναθροισμοῦ ταύτας γίνεσθαι [32]. Dicit οὐ κατὰ τὸ ποιόν, κατὰ δὲ τὸ ποσόν, quoniam συγκρίσει et διακρίσει non qualitas elementorum, sed quantitas eorum sive moles mutatur.

Quo autem modo fiat id quod in natura fere videmus, ut corpora alia ex aliis gignantur, declarari potest hoc exemplo, quod, si non ab ipso Empedocle petitum, tamen illius sententiae plane conveniens est.

(30) Emped. vs. 77 sqq.

(31) Aristot. de Gener. et Corr. I, 1. p. 384 E sq. de Xen. Zen. Gorg. cap. 2, p. 940 F. Plutarchus Plac. phil. I, 30, vocat μῖξιν καὶ διάστασιν.

(32) Plutarch. de Plac. phil. 1, 24; Stobaeus Ecl. Phys. 1, p. 414. cf. Galen. Hist. phil. c. 10. Omitto Aristotelis interpretes, Simplicium, Philoponum, alios, in Commentariis suis idem passim repetentes; quos exscribit Sturz. Emped. p. 189 et 261 sqq.

Quum ex aqua fiat aër vel ex aëre ignis, aut contra, non alterum convertitur in alterum, sed quae aquae suberant aëris particulae, ex illa eliciuntur et in unum congregantur. Sic universe in rerum generatione nihil aliud obtinet nisi *τὰ ἐνυπάρχοντα ἐκκρίνεσθαι*, prolici ea quae intus lateant, ut docent tum Aristoteles [33], tum reliqui interpretes, apertissime Philoponus ita disputans: *ὅταν δὲ γένηται ἐξ ὕδατος ἀὴρ ἢ ἐξ ἀέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν, οὐ μεταβάλλοντος τοῦ ὕδατος ἢ τοῦ ἀέρος γίγνεσθαι τὰ λοιπά, ἀλλ' ἐνυπάρχειν ἐν ἀλλήλοις κατ' ἐνέργειαν τὰ στοιχεῖα. ἐπειδὰν οὖν μανωθῇ ὁ ἀὴρ, τὸ ἐνύπαρχον πῦρ καὶ συνεχόμενον, χώραν εὑρηκὸς, ἐκκρίνεσθαι· πάλιν δὲ ὅταν πυκνωθῇ ὁ ἀὴρ, τὰ ὑδάτια τὰ ἐνυπάρχοντα καὶ διεσπαρμένα ἐν αὐτῷ τῇ θλίψει τῇ ἐκ τῆς πυκνώσεως ἐξακοντίζεσθαι ἐκπυρηνιζόμενα, οἷόν τι πάσχουσι καὶ οἱ διὰ τῶν δακτύλων ἐκθλιβόμενοι πυρῆνες· ἐνυπάρχοντες γὰρ καὶ κεκρυμμένοι ὑπὸ τοὺς δακτύλους, ὅταν πυκνωθῶσιν οἱ δάκτυλοι, τῇ θλίψει ἐξακοντίζονται, οὐ γενόμενοι τότε, ἀλλ' ἐκκρινόμενοι μόνον καὶ ἐκφαινόμενοι* [34]. Quorum verborum hic est sensus: »elementa alia ex aliis excerni tali fere modo: quum aër diffundatur, ignem qui in eo erat compressus emicare; quum vero idem condensetur, aquae guttulas prius in eo dispersas pressione se ejaculari, veluti quum grana digitis comprehensa horum compressu emittantur.” Jam etsi satis compertum sit, Philoponum Empedoclis

(33) Aristot. de Coel. III, 7, citatus pag. sq. Idem Phys. I, 4. p. 256 sq. Metaph. II, 3. p. 660 E. cf. Alex. in Schol. Arist. p. 619 a.
(34) Philopon. in Phys. I, lit. C, p. 2.

carmen in manibus non habuisse nec admodum stricte illius placita exponere, tamen explicatio ista illius sententiae conveniens videtur. Summa autem ejus disputationis huc redit: elementa secundum Empedoclem non *μεταβάλλειν ἐξ ἀλλήλων*, sed *ἐνυπάρχειν ἐν ἀλλήλοις κατ' ἐνέργειαν*, quae est dictio Aristotelica hoc significans: elementis non communem quandam subesse materiem qua commeare inter se, et modo haec modo illa exsistere possint, sed aliud alii subesse, unumquodque suâ ac propriâ vi et potestate. Idem dicunt plerique interpretes, ut Simplicius: *ὁ μὲν γὰρ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, ὅταν ὕδωρ ἐξ ἀέρος γίνηται ἢ ἀὴρ ἐξ ὕδατος, ἐνυπάρχοντα πρότερον ἐν τῇ μίξει ἐνεργείᾳ, τότε διακρίνεσθαι δοκεῖ λέγειν* [35]. Etsi hic interdum subtilius duo haec, *ἔκκρισιν* et *σύγκρισιν καὶ διάκρισιν*, distinguit, illud Anaxagorae, hoc Empedocli proprium vindicans [36]. Caeterum Aristoteles istud placitum saepius ut absurdum reprehendit, dicens, eum hoc modo naturae generationem reapse tollere nec nisi umbram ejus relinquere, quippe quum res non e materie aliqua procreari, sed velut e vase quodam expromi fingat: *οἱ μὲν οὖν περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Δημόκριτον λανθάνουσιν αὐτοὶ ἑαυτοὺς οὐ γένεσιν ἐξ ἀλλήλων ποιοῦντες, ἀλλὰ φαινομένην γένεσιν· ἐνύπαρχον γὰρ ἕκαστον ἐκκρί-*

(35) Simplic. de Coel. III, f. 154 B et 155 A. ed. Ald. Themistius Phys. I, p. 18, de Anaxagora et Empedocle haec dicit: *οὐ κέχρηνται πρὸς τὴν γένεσιν ἀλλοιώσει, ἀλλ' ἐκ τοῦ μίγματος ἐκκρίνουσιν ὡς ἐνυπάρχοντα ἤδη τὰ ἡμῖν γίνεσθαι δοκοῦντα.*

(36) Simplic. Phys. I, f. 51 B; VIII, f. 257 B. cf. Schol. Arist. Brand. p. 342 b et 424 b.

νεσθαί φασιν, ὥσπερ ἐξ ἀγγείου τῆς γενέσεως οὔσης, ἀλλ' οὐκ ἔκ τινος ὕλης, οὐδὲ γίγνεσθαι μεταβάλλοντος [37]. Vasis similitudo, qua Aristoteles utitur, ab Empedoclis dictione haud aliena est [38]. His autem multas opponit rationes, quibus illud placitum redarguatur; quae licet non omnes probari queant, licet contra potius Empedoclis placitum, elementa alia aliis inesse, recentiorum physicorum inventis confirmetur, fatendum tamen, hunc generationis modum difficilem esse intellectu, si ad quatuor diversas radices res reducantur, nec subsit iis communis quaedam materies, quae per omnia sit diffusa.

Porro autem ista elementorum compages, quibus res naturae continentur, si accuratius examinetur, ne mixtio quidem proprie dici potest, qua diversa in unam naturam coalescunt; est potius conglutinatio quaedam (κόλλησις), qua variae res in unum coagmentantur, ut animadvertit item Aristotes: τοῖς λέγουσιν ὡς Ἐμπεδοκλῆς, τίς ἔσται τρόπος (τῆς γενέσεως); ἀναγκὴ γὰρ σύνθεσιν εἶναι, καθάπερ ἐκ πλίνθων καὶ λίθων τοῖχος· καὶ τὸ μῖγμα δὲ τοῦτο ἐκ σωζομένων μὲν ἔσται τῶν στοιχείων, κατὰ μικρὰ δὲ παρ' ἄλληλα συγκειμένων· οὕτω δὴ σὰρξ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον [39]. i. e. »Qui Empedoclis instar rerum generationem fingunt, eos necesse est similiter res construere ut e lateribus fit murus; talis

(37) Aristot. Coel. III, 7. p. 375 F. cf. Themist. in XII libr. Arist. de Pr. phil. p. 24: »Empedoclis elementa ea quae sunt ex eo quod actu est (h. e. ἐκ τοῦ ἐνεργείᾳ ὄντος) fieri cogunt: quod quidem absurdum est."

(38) Vid. Emped. vs. 211.

(39) Aristot. de Gener. et Corr. II, 7. p. 405 D.

mistura integris quidem constabit elementis, sed particulis juxta se invicem positis; hoc modo et caro et singulae corporum partes erunt conflatae." Hinc Empedoclea *μῖξις* interdum *πρόσθεσις* vocatur [40] vel *συναθροισμός* [41]. Galenus rem ita informat: *Ἐμπεδοκλῆς ἐξ ἀμεταβλήτων τῶν τεττάρων στοιχείων ἡγεῖτο γίγνεσθαι τὴν τῶν συνθέτων σωμάτων φύσιν, οὕτως ἀναμεμιγμένων ἀλλήλοις τῶν πρώτων, ὡς εἴ τις λειώσας ἀκριβῶς καὶ χνοώδη ποίησας ἰὸν καὶ χαλχίτιν καὶ καδμείαν καὶ μισὺ μίξειεν, ὡς μηδὲν ἐξ αὐτῶν δύνασθαι μεταχειρίσασθαι χωρὶς ἑτέρου* [42]. »Empedocles res ex diversis elementis ita conflari vult, ut si lapides vario colore, viola, chalcitis, cadmia, misy, in pulverem contriti misceantur ita ut aliud cum alio cohaereat." Haec Galeni explicatio Empedoclis rationem optime declarat et congruit similitudini qua ipse in describenda rerum formatione utitur [43]. Tali autem modo Galenus animadvertit elementa conglutinari quidem, non vero proprie misceri, quod primum docuisse tradit Hippocratem: *πρῶτος ὧν ἴσμεν Ἱπποκράτης ἀπεφήνατο, κεράννυσθαι τὰ στοιχεῖα . . . . καὶ ταύτῃ διήνεγκεν Ἐμπεδοκλέους. κἀκεῖνος γὰρ ἐκ μὲν τῶν αὐτῶν στοιχείων, ὧν καὶ Ἱπποκράτης, γεγονέναι φησὶν ἡμᾶς τε*

(40) Aristot. de Gener. et Corr. I, 6. p. 404 E: *οὐδ' αὔξησις ἂν εἴη κατ' Ἐμπεδοκλῆ ἀλλ' ἢ κατὰ πρόσθεσιν.*

(41) Stobaeus Eclogg. Phys. L. I, p. 414; Plutarch. Plac. phil. I, 24; Galen. Hist. phil. c. X. Themist. Paraphr. in libros IV Aristot. de Coel. f. 52 A: »Empedocli placet, congregatione corpora ex his oriri.

(42) Galenus in Hippocr. de Hom. nat. Comm. I. T. III, p. 101 B. Chart. cf. idem de Humor. Comm. I. T. VIII, p. 513.

(43) Vid. Emped. 154 sqq.

καὶ τὰ ἄλλα σώματα πάντα τὰ περὶ τὴν γῆν, οὐ μὴν κεκραμένων γε δι' ἀλλήλων, ἀλλὰ κατὰ μικρὰ μόρια παρακειμένων τε καὶ ψαυόντων[44]. Ratio ejus sententiae eadem videtur esse quam modo vidimus; nam mixtio sive κρᾶσις proprie dicta mutatio quaedam est, qua variae res naturam suam inter communicantes novum quid efficiunt; mutatio autem secundum Empedoclem in rerum naturâ nulla. Quocirca si elementa et corpora misceri dicit, id non tam subtili ratione quam vulgari sensu accipiendum ita: elementa in unum componi, cuique sua ac propria natura servata.

§ 21.

De formationis principio sive τῷ λόγῳ.

Jam elementorum, quibus corpora continentur, indolem et conditionem consideravimus; vidimus ea naturali motu incitata, unumquodque sui simile appetens, instructa poris quibus aliud cum álio sese communicent: sic cuncta varie inter se misceri. Itaque materiem quasi paratam habemus, unde naturae corpora formari queant. Sed ad haec formanda etiam aliud quid postulatur quam mixtio; requiritur certa ratio et structura qua singulae res suo quaeque modo formentur: quippe in hoc uno omne rerum discrimen, in hoc propria cujusque natura cer-

(44) Galen. de Nat. hom. l. I. p. 107 D.

nitur. Quomodo enim, ut Aristotelis utar verbis, mens dignoscet Deum et hominem, carnem et ossa, nisi propriâ cujusque formâ et figurâ? [45] quem ille *συνθέσεως* sive *μίξεως λόγον*, item *λόγον καὶ σύνθεσιν* aut simpliciter *λόγον* appellat. In qua quaestione duo consideranda, et ipsum generatim principium et proprius cujusque generis *λόγος*. Hoc igitur Empedocles suspicatus quidem est et tetigit, non vero perspexit neque explicuit: ut jure in eum dici possit quod universe de veterum physicorum ratione animadvertit Aristoteles, de naturae principiis disputans: *τὰς εἰρημένας ἐν τοῖς φυσικοῖς αἰτίας ζητεῖν ἐοίκασι πάντες, . . . ἀλλ' ἀμυδρῶς ταύτας· καὶ τρόπον μέν τινα πᾶσαι (αἱ ἀρχαὶ) πρότερον εἴρηνται, τρόπον δέ τινα οὐδαμῶς. ψελλιζομένῃ γὰρ ἔοικεν ἡ πρώτη φιλοσοφία περὶ πάντων, ἅτε νέα τε καὶ κατ' ἀρχὰς οὖσα* [46]. »Omnes veteriores de naturae caussis disseruerunt, sed tanquam balbutientes, ut in infantia philosophiae:" quibus haec deinceps de Empedocle addit: *ἐπεὶ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ὀστοῦν τῷ λόγῳ φησὶν εἶναι· τοῦτο δὲ (λόγος) ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι καὶ ἡ οὐσία τοῦ πράγματος· ἀλλὰ μὴν ὁμοίως ἀναγκαῖον καὶ σαρκὸς καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστου εἶναί τινα λόγον, ἢ μηθενός· . . . ταῦτα ἄλλου μὲν λέγοντος συνέφησεν ἂν (ὁ Ἐμπεδοκλῆς) ἐξ ἀνάγκης, σαφῶς δὲ οὐκ εἴρηκε* [47]. Nonnullarum igitur rerum Empedocles certam esse compositionem per-

(45) Aristot. de Anim. I, 5. p. 484 C.

(46) Idem Metaph. I, 7. p. 656 (654) H.

(47) Ibid. pag. sq. Secutus sum lect. Bekkeri, excepto quod *τινὰ λόγον* scripsi pro *τὸν λόγον*; similiter de An. I, 4 (infra p. 411): *ἐν λόγῳ τινί*.

spexit, ut ossium, plerarumque tamen nullam fecit mentionem. Idem Aristoteles aliis locis dicit, velut ubi de animalium partibus earumque caussa et usu disserit: *ἀρχὴ ἡ φύσις μᾶλλον τῆς ὕλης· ἐνιαχοῦ δέ που αὐτῇ* (*τῇ φύσει*) *καὶ Ἐμπεδοκλῆς περιπίπτει, ἀγόμενος ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ἀναγκάζεται φάναι τὸν λόγον εἶναι, οἷον ὀστοῦν ἀποδιδοὺς τί ἐστιν· οὔτε γὰρ ἕν τι τῶν στοιχείων λέγει αὐτὸ, οὔτε δύο ἢ τρία, οὔτε πάντα, ἀλλὰ λόγον τῆς μίξεως αὐτῶν· δῆλον τοίνυν, ὅτι καὶ ἡ σὰρξ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐστὶ καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων μορίων ἕκαστον*[48]. Plerasque vero illarum partium Empedoclem non ratione modoque, sed forte et casu formatas dixisse, non semel animadvertit[49]; sed de his singulatim infra dicturi sumus[50]. Ex iis vero quae attuli satis colligi potest, Empedoclem de animalium ceterarumque rerum naturalium structura, si nonnulla accuratius, pleraque tamen parum juste explicuisse. Similiter plerique veteriorum; sedulo quidem illi inquirebant in rerum elementa quibus quaeque constarent, sed parum attendebant rationem et finem quo quaeque tenderent. Diligentius id quaesiverunt Socratici, quamquam hi magis animum et moralem ejus ac civilem conditionem spectarunt, physicam partem minus curarunt. Hanc praecipue exploravit Aristoteles, qui omnium rerum certam rationem (*λόγον*) esse statuit, a cujusque natura et fine constitu-

(48) Aristot. de Part. Animal. I, 1. p. 739 E.
(49) Ibid. p. 737 E; Phys. I, 4. p. 266 F.
(50) Vid. infra § 28.

tam, quam appellat τὸ τί ἦν εἶναι vel τὴν οὐσίαν vel etiam τὴν φύσιν ἑκάστου: ab hac propriam cujusque generis formam figuramque pendere.

Sed ad Empedoclem revertor. Quid Aristoteles de ejus ratione judicet, cum ex iis quae modo attuli quodammodo colligi potest, tum clarius etiam ex aliis locis apparet, veluti quum dicit: ἀπαιτήσειε δ' ἄν τις τοῦτό γε καὶ παρ' Ἐμπεδοκλέους· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν (τῶν μέλεων) ἐν λόγῳ τινί φησιν εἶναι· πότερον οὖν λόγος ἐστὶν ἡ ψυχὴ, ἢ μᾶλλον ἕτερόν τι οὖσα ἐγγίνεται τοῖς μέλεσιν; ἔτι δέ, πότερον ἡ Φιλία τῆς τυχούσης αἰτία μίξεως ἢ τῆς κατὰ τὸν λόγον; καὶ αὕτη πότερον ὁ λόγος ἐστὶν ἢ παρὰ τὸν λόγον ἕτερόν τι[51]. His paria sunt quae alibi illi objicit, quaerens, quae caussa sit cur similia procreent similia; cur cujusque rei sua ac propria sit forma et figura: οὐ γὰρ, inquit, ὅπως ἔτυχε συνελθόντων (τῶν στοιχείων) οὐδὲν γίγνεται, καθάπερ ἐκεῖνός (Ἐμπεδοκλῆς) φησιν, ἀλλὰ λόγῳ τινί. τί οὖν τούτων αἴτιον; οὐ γὰρ δὴ πῦρ γε ἢ γῆ. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡ Φιλία καὶ Νεῖκος· συγκρίσεως γὰρ μόνον, τὸ δὲ διακρίσεως αἴτιον. τοῦτο δὲ ἐστὶν ἡ οὐσία ἡ ἑκάστου, ἀλλ' οὐ μόνον »μῖξίς τε διάλλαξίς τε μιγέντων," ὥσπερ ἐκεῖνός φησιν· τύχη δ' ἐπὶ τούτων ὀνομάζεται, ἀλλ' οὐ λόγος· ἔστι γὰρ μιχθῆναι ὡς ἔτυχεν. τῶν δὴ φύσει ὄντων αἴτιον τὸ οὕτως ἔχειν καὶ ἡ ἑκάστου φύσις αὕτη, περὶ ἧς οὐδὲν λέγει. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ εὖ τοῦτο καὶ ἀγαθόν· ὁ δὲ τὴν μῖξιν μόνον ἐπαινεῖ[52]. Horum locorum in altero

(51) Aristot. de Anima I, 4. p. 482 E.

(52) Aristot. de Gener. et Corr. II, 6. p. 404 F G. Verba τύχη δ' . . ἀλλ' οὐ λόγος, tetigi in Comment. ad vs. 80, p. 190.

lenius, in altero severius Empedoclis sententiam carpit; in utroque manifesto ostendit, illum videri naturae caussam formantem non explicuisse, siquidem neque elementis hoc tribui possit, quippe quae naturali tantum motu ferantur, neque Amicitiae, quum haec universe quidem res conjungat, non vero certa ratione nec destinatum ad finem (*τὸ εὖ καὶ τὸ ἀγαθὸν*) eas informet. Haec Aristoteles, cujus argumenta latius, ut solet, explanat Philoponus in Commentariis in hos libros [53]. Ex his aestimari licet, quo jure Porphyrius Empedocli tribuerit tale placitum: *Πορφύριος ἐκ συνόδου φησὶ τοῦ ποσοῦ καὶ τοῦ πρός τι τὴν γένεσιν ἔχειν τὸ ποιόν, ὥσπερ ἄλλοις τισὶ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ δοκεῖ, ἀπὸ τῆς ἐναρμονίου τῶν στοιχείων κράσεως τὰς ποιότητας ἀναφαίνοντι* [54]. i. e. Empedoclem qualitatum sive formarum discrimen posuisse in apta elementorum temperie. De nonnullis partibus tale quid statuerit, velut de ossibus, ut modo vidimus, de quibus ita Themistius: *ὀστοῦν δὲ ἐν τῇ ποιᾷ τούτων (τῶν στοιχείων) καὶ ποσῇ κράσει φησὶ λέγειν* [55]; universe id non explicuit. Sed quid hac de re senserit Empedocles, ex ejus carmine investigemus.

(53) Unde nonnulla expromsit Sturz. Empcd. p. 194 sqq. 250 sq. quibus sine dammo careamus.

(54) Apud Simplic. Categ. f. 41 B. Bas. cf. Brand. Schol. Arist. p. 61 b.

(55) Themist. in Metaph. Schol. Brandis. p. 587 b, citans Empedoclis vss. 211 sqq.

§ 22.

Si caussa quaeratur qua factum sit ut in mundo innumera haec generum ac naturarum multitudo et varietas exstiterit, Empedocles nullam aliam affert nisi elementorum inter se mistionem:

τῶν δέ τε μισγομένων, χεῖτ' ἔθνεα μυρία θνητῶν
παντοίης ἰδέῃσιν ἀρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι [56].

Inerat enim, ut supra vidimus, in ipsis elementis vitalis vis, quae sponte sua effecit, ut variae animantes variaque corpora principio exsisterent, non ob utilitatem aliquam nec certo consilio condita et formata, sed ultro ac naturali quodam instinctu, prouti variae elementorum partes variis modis inter se concurrerent, ὅπῃ συνέκυρσεν ἕκαστα [57]. Quin etiam ea ipsa, in quibus certum agnoscit compositionis modum certamque structuram, veluti in sanguine, carne, ossibus describendis, tamen forte coiisse arbitratur; ut ipsa quibus utitur vocabula, συνέκυρσε, ἔλαχε, τυχόντα, indicant [58]. Itaque universe non ratio, non provida mens, sed naturalis instinctus, fors vel necessitas, secundum Empedoclem suam cuique generi naturam figuramque tribuit [59]. Quae vero ita ultro ac temere exstiterunt, ea porro varie fingunt et tractant ambae illae mundi moderatrices, Amicitia et Discordia. Eaedem enim vires, quae

(56) Emped. vs. 180 sq.
(57) Idem vs. 236.
(58) Idem vss. 212, 215, 231.

elementa movent mundumque moderantur, altera concentûs et harmoniae, altera discrepantiae et diversitatis effectrix, in singulis quoque naturis rebusque insunt et vim suam ostendunt [60]. Amicitia diversas cujusque corporis partes, membra et artus apte consociat, repugnantia inter se conciliat, ad harmoniam componit; Discordia contrarias partes distrahit, alterum ab altero divellit et in diversa rapit. Itaque ut in mundi exemplo describendo Amicitiam fingit omnia in sphaerae modum et speciem composuisse, Discordiam in diversa membra dilacerasse; sic in singulis corporibus illa unumquodque efficit totum et integrum, haec disturbat et in atomos divellit [61]. Ipse in carmine mutuam utriusque vim in rebus mortalibus testatur, quum alteram vitae, alteram necis auctorem dicit [62]; illa partes sociabiles inter se temperans in consensum redigit, haec dissociabiles ad contentionem impellit [63]. Amicitia et in cordibus hominum amorem, conjunctionem pacemque alit [64]; hujus denique cura pulcerrimum quidque in rerum natura componit et ornat. Quid, exempli gratia, pulcrius in humano corpore, quid admirabilius oculis, qui praecipue Veneris sive Amicitiae opus sunt [65].

(59) Vidimus de his supra § 9 et 10, p. 350 sqq.
(60) Emped. vs. 109.
(61) Plutarch. de Facie Orb. Lun. Vol. IX, p. 662 sq. Reisk.
(62) Emped. vs. 335 sqq.
(63) Idem vs. 326—334. Ad Amicitiam quoque referendum illud ὅμοιον ὁμοίου ἐφίεσθαι, de quo supra § 18, p. 395 sq.
(64) Id. vs. 110 sq.
(65) Id. vs. 227 sq. cf. Lommatzsch, die Weisheit d. Emp. p. 152.

E quibus effici potest, ex Empedoclis sententia Amicitiam cum pulcri bonique studio arcte conjunctam esse, eamque non qualemcumque efficere elementorum mistionem (τὴν τυχοῦσαν μῖξιν), sed simul spectare quod Aristoteles dicit τὸ εὖ καὶ τὸ ἀγαθόν, ut res bene et pulchre componat et formet. Quo quidem illius vituperatio, si non tollitur, multum tamen minuitur.

Hactenus de elementorum ac principiorum vi et actione in rerum natura; porro ad mundi ornatum et singulorum generum conditionem describendam progredimur.

§ 23.

DE MUNDI RERUMQUE NATURALIUM CONDITIONE.

Mundum hunc, qualem cernimus, coelum, mare, terras, coelestiaque omnia et terrestria non subito ac divinâ virgulâ, ut ajunt, Empedocles formatum voluit; sed quemadmodum a primo rerum exordio aliud ex alio exstitisse, primum sphaeram, e sphaerâ elementa, ex elementis naturae molem finxit, ita porro ex indigesta illa mole non subito (οὐκ ἄφαρ [66]) mundum effectum putavit, sed a rudibus coeptum initiis paullatim compositum esse in hunc ordinem quem cernimus. Itaque, quantum e dispersis indiciis colligi licet, mundum resque naturae tali fere modo orta et formata cecinit.

»Quum elementa suum quodque locum sortita Amicitiae in medio sedentis vi misceri coepissent [67], primum deformis fuit naturae facies: terra humore perfusa; coelum promiscue igni et aëre conflatum. Nec sol neque luna nec reliqua sidera fulgebant; nullum diei et noctis, nullum anni temporum discrimen. Tellus item nullas ferebat animantes, nisi herbas et virgulta, quae sponte sua nullo solis calore efflorescebant [68]. Paullatim vero aetheris circumactu et elementorum motu ex ista confusione ordo natus.

(66) Emped. vs. 170.
(67) Emped. vs. 168.
(68) Vid. inferius sqq. §§.

Coelum in orbes divisum, alium spissiorem, alium ardentiorem; emicuere sidera; illuxit sol, primum lentiore gradu coelum crasso aëre obseptum permeans, dein celeriore motu incitatus [69]. Tellus partim aetheris compressione, partim solis calore condensata et siccata, ab oceano secreta est [70]; deinceps quasi fecunda mater gremio suo fudit varia animantum genera, haec ipsa quoque primum inchoata et trunca, paullatim vero aucta et perfecta ad eam speciem et figuram, quae deinceps cujusque propria permansit". Haec summatim; porro, quae de singularum rerum natura prodita sunt, singulatim exponemus.

§ 24.

De coeli forma, descriptione, natura, situ.

A mundi et corporum coelestium descriptione ordiamur. Empedocles, uti Anaxagoras et alii quidam, mundum statuisse proditur unum eumque finitum [71]. Et recte: licet enim id non diserte docuerit, congruit tamen ejus sententiae. Quod unum putaverit mundum, effici potest ex eo quod in naturae origine describenda dicit: *πάντα συνέρχεται ἓν μόνον εἶναι* [72]; item quod elementorum mistione omnia

(69) Vid. Plutarch. Plac. phil. V, 18, quem infra quoque tangemus.

(70) Vid. inferius § 26.

(71) Vid. Simplic. Phys. I, f. 38 B; de Coelo II, f. 124 A. in Schol. Aristot. Brand. p. 337 b, 505 a. Stobaeus Ecll. Phys. I, p. 496. Plutarch. ceterique citt. not. 75.

(72) Emped. vs. 169.

tam divina quam humana orta dicit [73]. Quod eundem finitum censuerit, inde colligi potest, quod ipsum finito constare elementorum numero et praecipuas mundi partes, terram et aetherem, certis finibus circumscriptas dixit, increpans eos, qui haec infinita auderent praedicare [74]. Attamen multi placitorum scriptores ex Empedoclis sententia mundum ab universo distinguunt, dicuntque eum statuisse *κόσμον μὲν ἕνα, οὐ μέντοι τὸ πᾶν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλ' ὀλίγόν τι τοῦ παντὸς μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ἀρχὴν* sive *ὕλην* [75]. i. e. »unum quidem mundum, hunc tamen non nisi exiguam esse universi partem; reliqua materiem sive elementorum partes non mixtas." Haec vero opinio temere effecta est ex Empedoclis versu, quo dicit, principio rerum, quum Amicitia diversa elementa conglutinaret, multa tamen separata mansisse, Discordiae vi a coitu retenta [76]:

πολλὰ δ' ἄμικτ' ἕστηκε κεραιομένοισιν ἐναλλάξ,
ὅσσ' ἔτι Νεῖκος ἔρυκε —

(73) Emped. vs. 132 sqq.

(74) Idem vss. 199-201. Quaestionem hanc tangit Plato Sisyph. p. 389 A, Empedoclem nomine citans.

(75) Ita Plutarchus Plac. phil. I, 5; Stobaeus Ecll. Phys. p. 494; Galenus Hist. Phil. c. VII. Duo posteriores *ὕλην*, ille *ἀρχήν*, in quo non haerendum erat criticis, quum utrumque idem valeat, pariter ut *στοιχεῖα* et *ἀρχαὶ* promiscue appellari solent. Ex hac appellationis diversitate nata est lectio Eusebiana Praep. Eu. XV, 33, p. 841 D: *τὸ δὲ λοιπὸν ἀργὴν εἶναι τὴν ὕλην* — quam immerito plerique interpretes amplexi sunt.

(76) Emped. vs. 172 sqq. Declarant id Simplicii verba de Coelo II, f. 128, in Schol. Aristot. p. 507, quae memoratis his versibus subjungit: *ἐν τούτοις δηλοῦται . . . ὅτι τὰ μὲν τῶν στοιχείων ἄμικτα μένει ὑπὸ τοῦ Νείκους, τὰ δὲ μιγνύμενα ποιεῖ τὰ θνητὰ καὶ ζῶα καὶ φυτά.*

At hoc dictum ad naturae primordia tantum spectare, quum Discordia nondum in extremas orbis oras relegata esset, ipse docet, superioribus haec addens:

οὐ γὰρ ἀμεμφέως
πω πᾶν ἐξέστηκεν ἐπ' ἔσχατα τέρματα κύκλου.

Unde simul intelligi potest, deinceps, invalescente magis magisque Amicitia et repulsa Discordia, paullatim cuncta in mundi ordinem constricta esse.

Mundus ergo secundum Empedoclem unus, omnia tam divina quam humana complexus, isque finitus; formâ autem r o t u n d â, quod apparet tum aliunde, tum ex eo quod aether, ultimus coeli orbis, ab eo dicitur *σφίγγων περὶ κύκλον ἅπαντα*, *omnia circum coërcens* [77]. Stobaeus vero refert illum putasse, coeli majus esse latitudinis spatium quam altitudinis mundumque adeo o v i f o r m a m habere, *ᾠῷ παραπλησίως τὸν κόσμον κεῖσθαι* [78]. Num Empedocles revera mundum *ᾠοειδῆ* dixerit, merito dubites, praesertim quum Aristoteles in secundo de Coelo demonstrans, coelum esse tantum *σφαιροειδές*, non *φακοειδὲς* vel *ᾠοειδές*, nullum veterum physicorum memoret cui tale quid placuerit [79]. Pariter silent interpretes. Neque ideo tamen absonum, Empedoclem, mundi ambitum solis orbe metientem [80], in istam opinionem incidisse.

(77) Emped. vs. 185.
(78) Stobaeus Ecll. Phys. I, 27. p. 566.
(79) Aristot. de Coel. II, 4.
(80) Plutarch. Plac. phil. II, 1: *Ἐμπ. τὴν τοῦ ἡλίου περιδρομὴν εἶναι περιγραφὴν τοῦ κόσμου καὶ τοῦτο πέρας αὐτοῦ.* Cf. Stob. Ecll. Phys. p. 440. Galen. Hist. phil. XI, p. 33 F.

Haec de mundi forma universe. Quod autem ad mundi partes attinet, harum quaeque eum obtinuit locum, quem vel fors vel sua cuique natura tribuisset. Quum enim ignis elementum sublime erumperet, terra deorsum vergeret, eo factum ut aether summam sive extimam, terra et quae terrae cognata, aër et aqua, imam sive mediam occupaverint mundi sedem [81].

Ut terram immotam in medio universi consistere, ita coelum maxima celeritate circumagi voluit, et celeri hac motione effici, ut et terra firma maneat et coelum ipsum non corruat. Memorat hoc placitum Aristoteles dicens [82]: *τὴν γῆν πάντες ὅσοι τὸν οὐρανὸν γεννῶσιν, ἐπὶ τὸ μέσον συνελθεῖν φασίν· ὅτι δὲ μένει ζητοῦσι τὴν αἰτίαν, καὶ λέγουσιν οἱ μὲν . . . ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, τὴν τοῦ οὐρανοῦ φορὰν κύκλῳ περιθέουσαν καὶ θᾶττον φερομένην τὴν τῆς γῆς φορὰν κωλύειν, καθάπερ τὸ ἐν τοῖς κυάθοις ὕδωρ· καὶ γὰρ τοῦτο, κύκλῳ τοῦ κυάθου φερομένου, πολλάκις κάτω τοῦ χαλκοῦ γινόμενον ὅμως οὐ φέρεται κάτω, πεφυκὸς φέρεσθαι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν.* Censuit igitur celeriore coeli circumactu vim terrae deorsum vergentem vinci, ipsamque in statu suo contineri. Similitudo vasis aqua repleti et circumacti, quam Aristoteles addit, Empedoclis consuetudini plane consentanea est [83]. Eadem ratione totum quoque mundum contineri voluit, ut alibi dicit

(81) Vid supra p. 330 sq.

(82) Aristot. de Coel. II, 13. p. 365 C.

(83) Similis generis comparationes leguntur vss. 282 sqq. 302 sqq.

Aristoteles[84]: *διὰ τὴν δίνησιν θάττονος τυγχάνουσα φορᾶς τῆς οἰκείας ῥοπῆς, ἔτι σώζεσθαι τοσοῦτον χρόνον, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησίν.* i. e. »quod mundi circumactio ipsius nutum celeritate superet, eo per tantum tempus incolumen servari." Idem alii testantur[85]. Quae sententia indicat Empedoclem jam sensisse, vim centripetam ad mundi conservationem plurimum valere. Caeterum animadvertendum quod Aristoteles dicit, *ἔτι τοσοῦτον χρόνον*, *per tantum temporis spatium* servari, non *semper*. Ex Empedoclis enim ut et aliorum opinione motus ille non est necessarius ac sempiternus, verum nihil obstat quominus cesset aliquando eoque cessante mundus hic collabatur quod placitum tangit alicubi Aristoteles dicens: *οὐ φοβερὸν μή ποτε (ὁ οὐρανὸς) στῇ, ὃ φοβοῦνται οἱ περὶ φύσεως.* quibus verbis Empedoclem praesertim intelligi, jam vetus interpres animadvertit[86].

(84) Aristot. de Coel. II, 1. p. 354 A.

(85) Placitum de terra brevius Aristot. de Coel. III, 2, p. 370 F sic refert: *τὴν γῆν ὑπὸ τῆς δίνης ἠρεμεῖν.* Idem tangit Plato Phaed. p. 99 B: *ὁ μέν τις δίνην περιτιθεὶς τῇ γῇ ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ μένειν δὴ ποιεῖ τὴν γῆν.* Ubi Empedoclem significari monuit jam Wyttenb. Annot. in Phaed. p. 261; memorat idem Themist. de Coelo II, f. 35 B. Utrumque diserte tangit Simplic. de Coelo II f. 91, in Schol. Aristot. p. 491 b, haec dicens: *διὰ τὴν ταχεῖαν τοῦ αἰθερίου σώματος δίνησιν ἐλαττουμένης τῆς κατὰ τὴν οἰκείαν ῥοπὴν βαρεῖαν οὖσαν φορᾶς αὐτοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἥ τε τοῦ οὐρανοῦ κύκλῳ κίνησις ἀΐδιος μένει καὶ ἡ τῆς γῆς ἐν τῷ μέσῳ στάσις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς τε ἐδόκει λέγειν καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος.* Cf. eundem ibid. f. 124 A, 128 B; Schol. Aristot. p. 506 a.

(86) Aristot. Metaph. VIII, 8. p. 717 B. Personatus Alexander in h. l. in Schol. Aristot. p. 784 a.

De coeli natura quae existimasse traditur obscuriora sunt, credo, quia de his poëticé nec subtiliter exposuit, quae postea interpretes in certas placitorum formulas redigentes facile perverterunt. Plutarchus aliique hanc ejus dicunt fuisse sententiam: Ἐμπεδοκλῆς στερέμνιον εἶναι τὸν οὐρανὸν ἐξ ἀέρος συμπαγέντος ὑπὸ πυρὸς κρυσταλλοειδῶς, τὸ πυρῶδες καὶ (τὸ) ἀερῶδες ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἡμισφαιρίων περιέχοντα [87]. Οὐρανὸς hîc vocatur supremus coeli orbis, qui idem ab Empedocle vocatur αἰθὴρ σφίγγων περὶ κύκλον ἅπαντα, vulgo ὁ ἀπλανὴς dictus, stellarum fixarum sedes, ut mox videbimus. Hunc στερεὸν sive στερέμνιον, *firmum* esse voluit, quippe ambitu suo omnia continentem; conflatum autem ex aëre sive aethere [88] ignis vi conglaciato. Glaciatum Empedoclis coelum plures memorant scriptores, Achilles Tatius his usus verbis: Ἐμπ. κρυσταλλώδη τοῦτον (τὸν οὐρανὸν) εἶναί φησιν, ἐκ τοῦ παγετώδους (i. e. παγέντος ἀέρος) συλλεγέντα [89]. Ex aethere conflatum voluerit ideo, quia levis est et pellucidus; igne conglaciatum, quia huic elemento universe congelandi vim tribuit [90], idemque superam coeli regionem praecipue obtinet. Pari modo et alios coelestes globos conflatos esse voluit, veluti solis et

(87) Plutarch. Plac. phil. II, 11; Stobaeus Ecll. Phys. I, 24. p. 500; Galen. Hist. phil. XII; Euseb. Praep. Eu. XV, 42. Varr lectt. notavit Beck. ed. Plutarch. p. 186.

(88) *Aetherem* vocat Plutarch. Plac. phil. II, 6, dicens: ex Empedoclis sententia γενέσθαι τὸν μὲν οὐρανὸν ἐκ τοῦ αἰθέρος. cf. Euseb. Praep. Eu. XV, 37.

(89) Achilles Tatius in Arat. p. 76 Antv. Laërt. VIII, 77. Lactant. de Opif. Dei c. 17.

(90) Vid. Aristot. Problem. XXIV, 11. De grandine infra § 25.

lunae, qui item *κρυσταλλώδεις* vel *χαλαζώδεις* appellantur, ut mox memorabitur [91].

Porro, ut narrat Plutarchus, coelestis orbis complectitur *τὸ πυρῶδες καὶ τὸ ἀερῶδες ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἡμισφαιρίων.* Quae verba hoc significant: omne aëris spatium, coelum et terram interjectum, divisum esse in duas regiones (hemisphaeria vocat Plutarchus), alteram candentem et lucidam, alteram opacam et humidam, — non puram tamen utramque, sed temperatam. Quo spectet haec opinio, ostendit praesertim Plutarchi locus in Stromatis, ubi inter Empedoclis placita hoc quoque memoratur: *εἶναι δὲ κύκλῳ περὶ τὴν γῆν φερόμενα δύο ἡμισφαίρια, τὸ μὲν καθόλου πυρός, τὸ δὲ μικτὸν ἐξ ἀέρος καὶ ὀλίγου πυρός, ὅπερ οἴεται τὴν νύκτα εἶναι* [92]. Finxerit ergo duos orbes, igneum et aërium, sibi invicem oppositos, per coelum circumactos, quorum alter solem et diem advehat, alter contra tenebras et noctem. Quale commentum et Lucretius sequitur, canens coeli orbes

alium supra fluere, atque intendere eodem
Quo volvunda micant aeterni sidera mundi;
Ast alium subter, contra qui subvehat orbem [93].

Pari ratione anni quoque temporum varietatem explicuit, ut in Placitis philosophorum legimus: *Ἐμπεδοκλῆς καὶ οἱ Στωϊκοὶ χειμῶνα μὲν γίνεσθαι, τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦντος τῇ πυκνώσει καὶ εἰς τὸ ἀνωτέρω βιαζομένου·*

(91) Vid. inferius § 25.
(92) Plutarch. apud Euseb. Praep. Eu. I, p. 24 C.
(93) Lucret. V, 514 sqq.

θερείαν δὲ τοῦ πυρός, ὅταν εἰς τὸ κατωτέρω βιάζηται [94]. i. e. »hiemem oriri, quando aër crassitudine sua vincit ignis calorem et in superiorem regionem enititur; aestatem, quando ignis vincit et aërem deorsum premit." Quae modo appellabantur ἡμισφαίρια πυρὸς et ἀέρος, hic simpliciter πῦρ et ἀὴρ vocantur. Ambo quasi luctantur inter se et suo quodque tempore regnat, e qua contentione oritur aestatis et hiemis vicissitudo. Ab eadem aut simili caussa diversas quoque ventorum flatus repetiit, ut infra videbimus [95]. Ex his effici potest Empedoclis talem fuisse sententiam: diei et noctis annique temporum mutationes effici non tantum solis motu, accessu et discessu, sed ipsum quoque coelum divisum esse in orbes diversos, aërios et igneos, illos crassos et opacos, hos serenos et lucidos, qui pariter ut sol circum terram volvantur ac statis temporibus nunc diem, nunc tenebras, nunc calorem, nunc frigus advehant. Eo spectare videtur quod Empedocles in carmine de elementis dicit [96]:

ἐν δὲ μέρει κρατέουσι περιπλομένοιο κύκλοιο —

quam sententiam fortasse in alia carminis parte latius exposuerit. Geminum huic est Pythagoreorum

(94) Plutarch. Plac. phil. III, 8; Galenus XX, p. 42 E; Stobaeus Ecll. Phys. I, p. 262; ambo posteriores legunt ἀνώτερον et κατώτερον. Caeterum dictio parum concinna est; βιάζεσθαι enim primo loco neutrâ, altero activâ potestate positum: εἰς τὸ ἀνωτέρω βιαζομένου, i. e. *quum sursum enitatur;* ὅταν εἰς τὸ κατωτέρω βιάζηται (τὸν ἀέρα), *quum deorsum cogat aërem;* aut si mavis passive: βιάζηται ὁ ἀὴρ, *deorsum cogatur aër.*

(95) Vid. infra § 25, not. 143.

(96) Emped. vs. 116, quod tetigi supra p. 384.

placitum, quod ita refert Laërtius[97]: ἰσόμοιρα εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ φῶς καὶ σκότος, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρόν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν (quae omnia reduci possunt ad duo haec Empedoclis: τὸ πυρῶδες καὶ τὸ ἀερῶδες), ὧν κατ' ἐπικράτειαν θερμοῦ μὲν θέρος γίνεσθαι, ψυχροῦ δὲ χειμῶνα κτλ. Caeterum haec leviter potius adumbrasse quam enucleate explicuisse Empedoclem probabile est.

Porro de mundi situ et inclinatione haec ejus fertur opinio[98]: τοῦ ἀέρος εἴξαντος τῇ τοῦ ἡλίου ὁρμῇ, ἐγκλιθῆναι τὰς ἄρκτους, καὶ τὰ μὲν βόρεια ὑψωθῆναι, καθ' ὃ καὶ τὸν ὅλον κόσμον (ἐγκεκλίσθαι). Istud ἐγκλιθῆναι τὰς ἄρκτους ad borealem terrae polum referendum esse recte animadvertit Corsinus[99]; itaque sensus hic est: quum principio rerum mundi polus polo terrae e regione oppositus esset, postea, exorto sole, terrae borealem polum meridiem versus depressum eoque simul coeli partes boreales elevatas esse, australes contra depressas; proinde totum mundum inclinatum videri[100]. Porro id factum dicitur eo quod aër solis impetu cederet, quod enodatius sic explicandum: quum primo mundi vere, (ut poëtice loquar) Titan[101] curriculum suum ingressus esset,

(97) Diogen. Laert. VIII, 26. Ambo haec placita jam comparavit Menag. Obss. Laërt. p. 364.

(98) Plutarch. Plac. phil. II, 8; Euseb. Praep. Eu. XV, 39; Galen. Hist. phil. XI, p. 35; Stob. Ecll. Phys. I, p. 358.

(99) Perperam Sturzius p. 335 de sidere Ursi accipit.

(100) Similiter fere hanc rem sibi informarunt Anaxagoras, Democritus aliique veteres: vid. Plutarch. l. l. et III, 12; Schaubach Anaxag. Rell. p. 175 sq. Cf. Virgil. Georg. I, vs. 240 sq. Dionys. Halic. I, p. 81 Sylb.

(101) Sic solem appellat Empedocles vs. 185.

aërem illius impetu cedentem septentriones versus refugisse, quo ingruente borealem coeli polum elevatum, terram contra reclinatam esse"[102]. Solem autem initio prius septentrionalem mundi orbem percurrisse atque adeo a tropico aestivo (i. e. veris tempore) exortum esse, communis fuit veterum opinio[103]: hinc quod septentrionalem mundi partem, quae est circa tropicum aestivum, dextram appellabant (nam *δεξιὸν ἑκάστου λέγομεν ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κατὰ τόπον κινήσεως*, ut Aristoteles ait[104]), australem contra sinistram. Sic et Empedocles statuisse traditur: *Ἐμπεδοκλῆς δεξιὰ μὲν τὰ κατὰ τὸν θερινὸν τροπικόν, ἀριστερὰ δὲ τὰ κατὰ τὸν χειμερινόν*[105]; et similiter ante Empedoclem Pythagorei, qui istam opinionem ab Aegyptiis mutuati esse dicuntur[106].

Praeter coelum s. aetherem in carmine memorat

(102) Cf. Corsin. Diss. Plut. I, p. XIX, qui simili fere modo hoc placitum interpretatur.

(103) Vid. Lipsius Phys. Stoic. II, c. 9; Scaliger de Emendat. Temp. alios.

(104) Aristot. de Coelo II, 2; p. 355 D.

(105) Plutarch. Plac. phil. II, 10; Euseb. Praep. Eu. XV; 41; Galen. Hist. phil. XI; Stob. Ecll. Phys. I, p. 358.

(106) De Pythagoreis Aristoteles in libro deperdito, inscripto *Συναγωγὴ τῶν Πυθαγορικῶν*, tradidit: *τοῦ ὅλου οὐρανοῦ τὸ μὲν ἄνω λέγουσιν εἶναι, τὸ δὲ κάτω, καὶ τὸ μὲν ἄνω τοῦ οὐρανοῦ δεξιὸν εἶναι, τὸ δὲ κάτω ἀριστερὸν, καὶ ἡμᾶς ἐν τῷ ἄνω εἶναι.* sicut haec verba legit Alexander apud Simplic. de Coelo, in Schol. Aristot. Brand. p. 492 b, sq. Achilles Tat. Isag. in Arat. c 28, p. 88: *οἱ Πυθαγόρειοι δεξιὰ μὲν τὰ βόρεια, ἀριστερὰ δὲ τὰ νότια καλοῦσιν· ὁ δὲ Ὅμηρος δεξιὰ μὲν καλεῖ τὰ ἀνατολικά, ἀριστερὰ δὲ τὰ δυτικά.* vid. Iliad. *μ*, 239. Plutarchus tamen l. l. aliique placitorum scriptores Pythagoreos cum Homero consentientes faciunt. De Aegyptiis Plutarch. Is. et Osir. c 32, cit. Sturz. Emped. p. 336. Multa super hoc Fabric. ad Chalcid. in Tim. p. 312.

etiam Olympum [107], ut *τόπον ὑπερουράνιον*, puro candore, terrena caligine immunem, quo videtur beatorum indicare domicilium; de hoc tamen silent interpretes. Caeterum pleraque horum, quae de coelo relata sunt, Empedoclem strictim potius tetigisse et poëtice adumbrasse quam subtiliter disputasse probabile est: quocirca talia in astronomicum quoddam systema velle redigere, vereor ne ineptum, saltem a poëtico Empedoclis ingenio alienum sit.

§ 25.

De mundi corporibus, sole, luna, stellis; de meteoris.

Progredimur ad praecipua mundi corpora, primum globos coelestes et quaecumque in coelo fiant, describendum: de quorum singulorum origine, natura, motu quae Empedocles memoraverit, singulatim explicabimus.

Inter coeli sidera primum locum obtinet sol, quem coelesti ex igne conflatum putavit, *πυρὸς ἄθροισμα μέγα*, ut dicit Laertius [108]; neque tamen ipsum tanquam mundi focum suo aeternoque splendore fulgere, sed acceptam a coelo lucem speculi instar refundere. Sic Plutarchus in Stromatis [109]: *ὁ δὲ ἥλιος τὴν φύσιν οὐκ ἔστι πῦρ, ἀλλὰ τοῦ πυρὸς ἀντανάκλασις, ὁμοία*

(107) Emped. vs. 188. cf. mox p. 429 sq.
(108) Diog. Laërt. VIII, 77.
(109) Plutarch. apud Euseb. Praep. Eu. I, p. 24 D.

τῇ ἀφ' ὕδατος γινομένῃ. Et alibi [110]: τοῦ Ἐμπεδοκλέους . . φάσκοντος, τὸν ἥλιον (τὸν) περὶ γῆν ἀνακλάσει φωτὸς οὐρανίου γενόμενον. Hinc quod duos soles finxisse traditur, illum primigenium puro candore, hunc languidiorem ab illo derivatum; quae sententia latius exponitur in Placitis philosophorum his verbis [111]: Ἐμπεδοκλῆς δύο ἡλίους, τὸν μὴν ἀρχέτυπον, πῦρ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τοῦ κόσμου, πεπληρωκὸς τὸ ἡμισφαίριον, ἀεὶ καταντικρὺ τῇ ἀνταυγείᾳ ἑαυτοῦ (h. e. τῷ φαινομένῳ ἡλίῳ) τεταγμένον· τὸν δὲ φαινόμενον, ἀνταύγειαν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τῷ τοῦ ἀέρος τοῦ θερμομιγοῦς πεπληρωμένῳ, ἀπὸ κυκλοτέρους τῆς αὐγῆς (scil. τοῦ ἀρχετύπου) κατ' ἀνάκλασιν ἐγγινομένης* εἰς τὸν ἥλιον τὸν κρυσταλλοειδῆ (τὸν φαινόμενον), συμπεριελκομένην δὲ τῇ κινήσει τοῦ πυρίνου. ὡς δὲ βραχέως εἰρῆσθαι συντεμόντα, ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ πυρὸς τὸν περὶ τὴν γῆν ἥλιον †. τροπὴν δὲ γίγνεσθαι, ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σφαίρας κωλυομένου ἀχρὶ παντὸς εὐθυπορεῖν καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων. Ita Stobaeus, personatus Plutarchus aliique. Hi scriptores rem ita sibi informasse videntur, quasi putaverit Empedocles, duo esse he-

(110) Plutarch. de Pyth. Orac. p. 400. Vol VII, p. 574. τὸν ἥλιον περὶ γῆν, h. e. τὸν ἥλ. τὸν περὶ γῆν, oppositum sequenti φωτὸς οὐρανίου. Non assentior Wyttenbachio emendanti τὸν ἥλιον περιαυγῆ.

(111) Vid. Stobaeus Ecll. Phys. I, 26. p. 530; Plutarch. de Plac. phil. II, 20; Euseb. Praep. Eu. XV, 23. p. 836; Galen. Hist. phil. XIV, p. 37. Postrema haec: τροπὴν δὲ γίγνεσθαι —— κύκλων, Stobaeus solus praegressis annectit, ceteri separatim exhibent. Vid. inferius not. 119.

(*) ἀπὸ κυκλ. τῆς αὐγῆς κατ' ἀνάκλ. ἐγγινομένης scripsi, sensu postulante, pro vulgato ἀπὸ κυκλ. τῆς γῆς κατ' ἀνάκλ. ἐγγινομένην.

(†) ἀντ. εἶναι τοῦ πυρὸς τὸν περὶ τὴν γῆν ἥλιον dedi pro vulgato: ἀντ. εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν ἥλιον. — ὁ περὶ τὴν γῆν ἥλιος vocatur sol noster, ut paullo ante not. 110.

misphaeria, unum primigenio igne repletum, alterum illi oppositum ex igne et aëre mixtum; in hoc solarem esse orbem, ipsum natura sua *κρυσταλλοειδῆ*, i. e. e congelato aëre conflatum, pellucidum [112], igneo illi globo e regione oppositum; ambo pari motu coelum circumvehi, eoque fieri ut sol, oppositi ignis radios semper excipiens, repercusso lumine splendeat: quemadmodum fere, si sol et luna pari celeritate moverentur lunaque soli perpetuo opposita foret, haec illius repercusso lumine semper speculi instar luceret [113]. Talis sententia quam inepta et ridicula sit, quis non videt? Nam, ut unum hoc memorem, si ambo ista hemisphaeria e regione posita coelum circumveherentur, necesse videlicet foret, ut noctu, quando sol infra terram est, igneus ille globus supra terram appareret atque adeo nox claritate sua diem obscuraret. Surdus et caecus sit qui tale quid statuat? At ipsos illos enarratores rem parum liquido cognitam habuisse, vel illud arguit quod ipsi sibi non constant, modo dicentes, solem vel potius solis *ἀνταύγειαν συμπεριελκομένην τῇ κινήσει τοῦ πυρίνου ἡμισφαιρίου*, modo, eundem *ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σφαίρας* in circulo suo coërceri: i. e. modo oppositi hemisphaerii vi per coelum trahi, modo orbe ipsum cingente cogi. Sed totum hoc commentum nihil est aliud nisi amplificatio versûs Empedoclei, quo de sole dicit:

ἀνταυγεῖ πρὸς Ὄλυμπον ἀταρβήτοισι προσώποις [114]:

(112) Quemadmodum aether, ut modo vidimus p. 422; item luna, ut mox videbimus p. 432.

(113) Cf. Corsin. Diss. Plutarch. I, p. XXIV sq.

(114) Emped. vs. 188.

poëtice et praeclare; significans, solem quem cernimus non nisi simulacrum esse purioris illius lucis quae in Olympo splendet, cujus velut repercusso lumine sol noster reluceat. Similia his alii quoque tam antiqui quam seriores finxerunt[115]. Olympus autem ille qualis sit, quomodo lucem suam in solis globum transfundat, aliaque ejusmodi non anxie quaerenda: poëtica haec sunt neque ad subtile rationis examen revocanda. Illud non dubium, quod ipsa verba indicant, quin Olympum ille vocaverit summum coelum, purissimo candore, locum mortali contagione immunem. Similiter Parmenides et alii[116]. Sed seriores placitorum scriptores, ad poëticum sensum duriores, ex hoc dicto *ἀνταυγεῖ πρὸς Ὄλυμπον* effecerunt, solem hunc speculi instar esse *κρυσταλλοειδῆ*, Olympum autem soli oppositum et pariter cum eo circumactum; confundentes cum his duas illas mundi regiones, lucidam et opacam, mutatis vicibus diem

(115) Cujusmodi est quod poëtae etiam in beatorum locis puriorem solem lucere fingunt, ut Pindarus Olymp. II, 67. cf. quae annotavi in Specim. Pindar. p. 102 sq. Cum Empedocle concinit fere Philolaus apud Plutarch. l. l. qui item solem Olympi luce illustratum facit: de cujus sententia Corsin. in Plutarch. de Plac. phil. Diss. I, p. 33 sq. Boeckh. Philol. p. 123 sqq. Item quod de sole *ὑπερκοσμίῳ* Neoplatonici praedicarunt, ut Proclus in Platon. Tim. p. 264: *διχῶς ἄρα θεωρήσομεν τὸν ἥλιον, καὶ ὡς ἕνα τῶν ἑπτὰ καὶ ἡγεμόνα τῶν ὅλων καὶ ἐγκόσμιον, καὶ ὡς ὑπερκόσμιον . . . κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὁ ἥλιος ὑπερκόσμιος ὢν τὰς πηγὰς ἀφίησι τοῦ φωτός. καὶ οἵ γε μυστικώτατοι τῶν λόγων καὶ τὴν ὁλότητα αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς ὑπερκοσμίοις παραδεδώκασιν· ἐκεῖ γὰρ ὁ ἡλιακὸς κόσμος καὶ τὸ ὅλον φῶς, ὥς αἵ τε Χαλδαίων φῆμαι λέγουσι καὶ ἐγὼ πείθομαι.* Eandem doctrinam ille ad Platonem quoque et Orpheum transfert.

(116) Cf. quae supra annotavi in Comment. p. 219.

noctemque advehentes, quas supra descripsimus [117]. Hinc ineptum istud commentum videtur conflatum.

De solis cursu dixisse traditur, eum juxta extremam mundi oram circumvehi, quod satis concinit cum ipsius quodam versu [118]; porro certo adstrictum orbe prohiberi quominus recta progrediatur (*εὐθυπορεῖν*), et intra tropicos coërceri [119]; etsi ipsum *τροπικῶν κύκλων* vocabulum ipsi ignotum fuisse videtur. Distantiam solis a terra mox notabimus [120]. Magnitudinem ejus terrae aequalem putasse fertur [121].

De lucis quoque natura et motu sententia ejus tangitur ab Aristotele: *Ἐμπεδοκλῆς φησὶν, ἀφικνεῖσθαι πρότερον τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου φῶς εἰς τὸ μεταξὺ πρὶν πρὸς τὴν ὄψιν ἢ ἐπὶ τὴν γῆν* [122]. Itaque lucem censuit moveri, naturali ratione fretus: nam ut ex omnibus corporibus, sic ex igni quoque particulas effluere statuit; has *ἀποῤῥοὰς* lucem esse [123]; ergo moveri eam et proxima quaeque loca prius attingere. Agnovit autem tantam esse hujus motûs celeritatem ut sensum fugiat [124].

(117) Vid. supra p. 423.

(118) Emped. vs. 187. cf. Plutarch. ceterique allati supra p. 419, not. 80.

(119) Stobaeus modo allatus; Plutarch. Plac. phil. II, 23; Galen. Hist. phil. XIV. Hic legit: *μέχρι πόλων εὐθυπορεῖν;* illi: *ἄχρι παντὸς εὐθ.* Fortasse Empedocles in hoc obloquutus est Xenophani, qui putabat solem *εἰς ἄπειρον μὲν προϊέναι, δοκεῖν δὲ κυκλεῖσθαι.* Plutarch. Plac. phil. II, 24.

(120) Vid. not. 136.

(121) Stobaeus Ecll. Phys. p. 530 extr.

(122) Aristot. de Sensu, c. 6. p. 520 E.

(123) Philopon. in Aristot. de Anim. K, 16: *ἔλεγεν ἀποῤῥέον τὸ φῶς σῶμα ὂν ἐκ τοῦ φωτίζοντος σώματος.*

(124) Cf. idem de Anim. II, 7. p. 493 B. Latius explicant Aristotelis intpp. in h. l. Themist. f. 79 A; Philop. l. l. Alex. Aphrod. de Sens. f. 116 B.

De luna, ut scripsit Plutarchus in Stromatis, ita censuit [125]: σελήνην δέ φησι συστῆναι καθ' ἑαυτὴν ἐκ τοῦ ἀποληφθέντος [126] ἀέρος ὑπὸ τοῦ πυρός· τοῦτον γὰρ παγῆναι καθάπερ καὶ τὴν χάλαζαν· τὸ δὲ φῶς αὐτὴν σχεῖν ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Lunam igitur ipsam sive lunae orbem dixerit esse aëris globum circumfuso igni congelatum, quemadmodum grandinem quoque formari putavit: quod facile intelliget, qui legerit quae modo de aethere disseruimus [127]. Eodem sensu alibi Plutarchus refert [128]: lunam ab Empedocle habitam esse πάγον ἀέρος χαλαζώδη ὑπὸ τῆς τοῦ πυρὸς σφαίρας περιεχόμενον. Stobaeus [129]: ἀέρα συνεστραμμένον νεφοειδῆ, πεπηγότα ὑπὸ πυρός, ὥστε σύμμικτον (εἶναι). Addit: δισκοειδῆ δὲ τῷ σχήματι, quod idem multi alii testantur [130], nimirum quod luna, quando plena est, disci formam habere videtur [131].

Quum tali sit natura, facile intelligitur ex illius sententia lunam non propria luce, sed repercusso solis lumine nitere, ἀνακλάσει τινὶ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν σελήνην, ut alio loco dicit Plutarchus et indicant ip-

(125) Plutarch. apud Euseb. Praep. Eu. I, p. 24 D.

(126) ἀποληφθέντος scripsi pro vulgato ἀπολειφθέντος, quod nullum habet sensum. Sic ἀπολαμβάνεσθαι et ἐναπολαμβάνεσθαι infra p. 436. Idem fere valet quod mox περιεχόμενον.

(127) Vid. supra p. 422.

(128) Plutarch. de Fac. orb. lun. p. 922. Vol. IX, p. 649.

(129) Stob. Ecll. Phys. I, 27. p. 552.

(130) Diogen. Laërt. VIII, 77; Plutarch. Plac. phil. II, 27; Euseb. Praep. Eu. XV, p. 838 B; Galen. Hist. Phil. XV.

(131) Plutarch. Qu. Rom. p. 288; Vol. VII, p. 159. cf. Stob. Ecll. Phys. p. 556 sq.

sius versus [132]; hinc quoque lucem ejus quam solis esse flaccidiorem. Eodem valet quod Achilles Tatius dicit: *ἀπόσπασμα αὐτήν φησιν ἡλίου* [133]; etsi haud probabile Empedoclem ipsum tali appellatione usum esse. Eandem sole minorem illi habitam esse, notat Laërtius [134].

Denique ut solem juxta extremam coeli oram volvi, ita lunam terrae extremitatem veluti stringere dicit [135]. E scriptorum testimoniis probabiliter colligi licet, eum intervallum quo sol a terra distat duplum fecisse ejus quo luna a terra distat [136]. Hinc si non verum, tamen veri haud dissimile, quod Origenes qui appellatur in *Φιλοσοφουμένοις* scribit: Em-

(132) Plutarch. de Fac. orb. Lun. p. 929; Vol. IX, p. 673. cf. Emped. vss. 190-192.

(133) Achilles Tat. in Arat. c. 16 et 21, p. 80 et 83 Antv.

(134) Diog. Laërt. VIII, 77.

(135) Emped. vs. 189.

(136) Probabiliter, dixi: nam veterum testimonia depravata sunt. In Plutarcho Plac. phil. II, 31; Euseb. XV, 53, Galen. XV, haec leguntur: *Ἐμπ. διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σελήνην ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἤπερ ἀπὸ τῆς γῆς. οἱ ἀπο τῶν μαθημάτων* (i. e. *οἱ μαθηματικοὶ*) *ὀκτωκαιδεκαπλάσιον. Ἐρατοσθένης τὸν ἥλιον ἀπέχειν τῆς γῆς κτλ.* Eadem in Stobaeo Ecll. Phys. I, 27, p 566, sed de Empedocle contrario modo: *διπλάσιον ἀπέχειν τὴν σ. ἀπὸ γῆς ἤπερ ἀπὸ ἡλίου.* quod absurdum. Attamen utrumque perversum puto, et nisi illi sic scripserint, sic certe scribi oportuisse censeo: *διπλάσιον ἀπέχειν τὸν ἥλιον ἀπὸ τῆς γῆς ἤπερ τὴν σελήνην.* Non enim comparari solent lunae a terra ejusdemque a sole intervalla, sed utriusque (solis et lunae) distantia a terra ut medio mundi. Et quo facilius sic legendum credas, quae sequuntur *οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων ὀκτωκαιδεκαπλάσιον κτλ.* ad distantiam, qua sol et luna a terra absunt, spectant. Aristarchum enim Samium significari probabile est, qui in libro *περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποστημάτων* docet, intervallum quo sol distat a terra decuplo majus esse eo quo luna ab eadem distat. Eodem spectat Eratosthenis ratio quae deinceps affertur.

pedoclem statuisse, terrenam regionem lunari circulo terminari; ultra hanc omnia esse puriora [137].

De astris dixit, esse πύρινα, ἐκ τοῦ πυρώδους ὅπερ ὁ αἰθὴρ ἐν ἑαυτῷ περιέχων ἐξανέθλιψε κατὰ τὴν πρώτην διάκρισιν (διακόσμησιν?). i. e. ignea esse, conflata ex ignis particulis aethere susceptis, quae hujus compressu emicuere. Stellas autem inerrantes extimo aetheris globo infixas esse, τῷ κρυστάλλῳ συνδεδέσθαι, sicut et alii veterum opinati sunt; errantes vero libere vagari [138].

Haec de corporibus coelestibus, quibus nonnulla, quae vel ad horum motus vel ad alia in coelo apparentia pertinent, subjiciemus.

De anni temporibus quid censuerit, supra vidimus [139]; de diei et noctis conversione hoc addendum: noctem effici credidit tum terrae umbra solis lucem occultante, tum noctis sive crassioris aëris orbe in lucidi orbis locum succedente [140]. Solis defectum fieri ostendit eo quod lunae interventu solis radii arceantur terraque obumbratur [141].

* Ventorum diversos flatus eum ab eadem duxisse

(137) Origen. Philos. c. 4, infra memorandus.

(138) Plutarch. Plac. phil II, 13; Euseb. Praep. Eu. XV, 30; Stobaeus Ecl. Phys. I, 25 princ. p. 506. cf. Achilles Tat. in Arat. XI; Galen. Hist. Phil. XIII. cf. Parmen. vs. 137 sq. et ibi comment. p. 124.

(139) Vid. supra p. 423 sq.

(140) Illud ipse dicit vs. 197, ad q. l. cf. comment. p. 222; hoc Plutarchus in Strom. supra cit. p. 423.

(141) Vid. Emped. vss. 194-196. cf. Stob. I, 26. p. 530.

(*) In Stobaei Eclogis caput de Meteoris (I, 32) intercidit; hoc vero partim suppletur Io. Damasceni excerptis e cod. Flor. quae Stobaei Anthologiae subjecit Gaisfordius, p. 8, ubi praeter alia Empedoclis placita de vento, pluvia, rore, nive, grandine copiose enarrata leguntur. Istius tamen

caussa atque temporum varietatem, cum per se probabile est, tum Olympiodorus docet: *τί τὸ κινοῦν τοὺς ἀνέμους λοξὴν κίνησιν; ὅτι οὐ τὸ γεῶδες καὶ τὸ πυρῶδες τὴν ἐναντίαν κινούμενα κίνησιν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς ᾤετο, ἀλλ' ὁ κύκλῳ κινούμενος ἀήρ* [142]. Quae hic appellantur *τὸ γεῶδες* et *τὸ πυρῶδες*, eadem sunt quae supra *τὸ ἀερῶδες* et *τὸ πυρῶδες*, i. e. oppositae coeli plagae, altera frigidior et crassior, altera calidior et serenior; quibus adversus se invicem tendentibus effici transversum ventorum flatum, aëria vi ingruente boream, igneâ vi, austrum: quos ambos praecipuos ventos faciebant veteres, Zephyrum et Eurum alterum boreae, alterum austro adjungentes [143].

Pluviam ex Empedoclis sententia nasci congruum est, non eo quod aër densior factus in aquam con-

loci nullam rationem habui, quia liquet mutilatum esse, eaque, quae Empedoclis nomine ibi memorantur, perperam huic attributa. Indicat hoc ipsum initium quod tale est: *Ἐμπ. ἔμπτωσιν φωτὸς εἰς νέφος, καὶ πνεῦμα μὲν ἀποτελεῖν παρῶσαν τὰ νέφη, ὄμβρους δὲ διαχέαν, χάλαζαν δὲ πιλήσαν, χιόνας δὲ συμπεριλαμβανόμενόν τι τοῦ ἀερώδους, ἐκ δὲ τῆς ὑγρᾶς καὶ ἀτμώδους (ἀναθυμιάσεως) ὑετοὺς καὶ δρόσους καὶ πάχνας κτλ.* In his nec sententia nec structura verborum constat; structura talis esse debebat: *Ἐμπ. ἔμπτωσιν φ. ἐ. ν. πνεῦμα ἀποτελεῖν παρώσασαν τὰ νέφη* — et similiter porro *διαχέασαν, πιλήσασαν, συμπεριλαμβανομένην.* At quae ista sententia est? omnia haec efficere *τὴν ἔμπτωσιν φωτὸς εἰς νέφος,* absurdum. Liquet in his lacunam esse: *Ἐμπ. ἐμπτ. φωτὸς εἰς νέφος* . . . . *καὶ πνεῦμα μὲν ἀποτελεῖν κτλ.* Priora verba pertinent ad Empedoclis sententiam de fulmine, quae explentur verbis Stobaei cit. pag. 437. not. 150. Quae sequuntur, ex Aristotele petita sunt, et sic fere supplenda: [*Ἀριστοτέλης τὸ ξηρὸν καὶ καπνῶδές φησι*] *πνεῦμα μὲν ἀποτελεῖν κτλ.* Vid. Aristot. Meteor. I, c. 9-12, unde multa verbum de verbo expressa, et II, 4.

(142) Olympiod. in Aristot. Meteor. I, 13. f. 22 B.

(143) Vid. Aristot. Meteor. II, 6. p. 437 A. Theophrast. de Vent. c. 2. p. 758 ed. Schneid. cf. Ideler Meteorol. Vett. p. 63.

vertatur (negabat enim elementa aliud in aliud mutari), sed quod, condensato aëre et compresso, aquae semina quae illi insint colligantur et eliciantur. Sic acceperunt quoque veteres, ut Simplicius et Philoponus, hic quidem ita disserens[144]: *ὅταν δὲ γίνηται ἐξ ὕδατος ἀὴρ ἢ ἐξ ἀέρος πῦρ καὶ ἔμπαλιν, οὐ μεταβάλλοντος τοῦ ὕδατος ἢ τοῦ ἀέρος γίνεσθαι,... ἀλλ' ἐπειδὰν μανωθῇ ὁ ἀὴρ, τὸ ἐνύπαρχον πῦρ καὶ συνεχόμενον χώραν εὑρηκὸς ἐκκρίνεσθαι* (hoc ad fulmen spectat). *πάλιν δὲ ὅταν πυκνωθῇ ὁ ἀὴρ, τὰ ὑδάτια τὰ ἐνυπάρχοντα καὶ διεσπαρμένα ἐν αὐτῷ τῇ θλίψει τῇ ἐκ πυκνώσεως ἐξακοντίζεσθαι ἐκπυρηνιζόμενα* (*in baccas* sive *guttas conversa*). Haec sive ab ipso Empedocle explicita sint, sive e doctrina ejus effecta, certe congrua sunt ejus placitis.

Grandinem quomodo formari putaverit, etsi a nemine animadversum, colligi tamen licet e Plutarchi verbis supra ex Eusebio relatis[145], unde efficias, eum grandinem putasse frigidioris aëris vel humoris guttas calidae coeli plagae immersas et caloris vi congelatas. Quae ratio haud multum a vero distat[146].

Denique de fulmine quid censuerit, docet Aristoteles, dicens[147]: *τινὲς λέγουσιν, ὡς ἐν τοῖς νέφεσιν ἐγγίνεται πῦρ· τοῦτο δ' Ἐμπεδοκλῆς μέν φησιν εἶναι το ἐμπεριλαμβανόμενον τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων.* Quae latius sic explicat Alexander Aphrodisius[148]: *πῦρ τι ἐν τοῖς*

(144) Philopon. Phys. I, C, 2. cf. Simplic. de Coel. III, f. 155 A.
(145) Vid. supra p. 432, not. 125.
(146) Cf. Ideler Meteor. Vett. p. 150.
(147) Aristot. Meteor. II, 9. p. 442 E.
(148) Alex. in Meteor. l. l. f. 111 sq.

νέφεσιν ἐναπολαμβάνεσθαι, . . . τοῦτο δὲ τὸ πῦρ Ἐμπεδοκλέα μὲν λέγειν εἶναι τὸ ἐναπολαμβανόμενον ἐν τοῖς νέφεσι μέρος τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων . . . τούτου δὴ τοῦ πυρὸς τοῦ ἐν τοῖς νέφεσιν ἀπειλημμένου τὴν μὲν διάλαμψιν ἀστραπὴν εἶναι, τὸν δὲ γινόμενον ψόφον καὶ τὴν σῖξιν, ἐναποσβεννυμένου αὐτοῦ ἐν τῷ νέφει, βροντήν. Quibuscum contendenda haec Stobaei, dicentis, fulmen ex Empedoclis sententia esse ἔμπτωσιν φωτὸς εἰς νέφος ἐξείργοντος τὸν ἀνθεστῶτα ἀέρα, οὗ τὴν μὲν σβέσιν καὶ τὴν θραῦσιν κτύπον ἀπεργάζεσθαι, τὴν δὲ λάμψιν ἀστραπήν, κεραυνὸν δὲ τὸν τῆς ἀστραπῆς τόνον [149]. Putavit igitur, fulmen esse ignem nubibus injectum, a solis radiis derivatum; quamquam dubitari potest, num ἥλιον hîc proprie usurpaverit an universe, ut interdum, appellaverit ignem aetherium; hunc ignem desuper ingruentem oppositas nubes scindere, ejusque ardorem fulgur facere, si vero vehementior sit, fulmen; oppresso eo vel exstincto, fragorem vel stridorem edi, quod tonitru esse. Similiter Lucretius [150]:

. . . ubi e nube in nubem vis incidit ardens
Fulminis, haec multo si forte humore recepit
Ignem, continuo magno clamore trucidat:
Ut calidis candens ferrum e fornacibus olim
Stridit, ubi in gelidum propter demersimus imbrem.

§ 26.

De terra et mari; de saxo, sale, magnete.

Haec de rebus coelestibus; venimus ad terram,

(149) Stobaeus Ecll. Phys. I, 30. p. 592.
(150) Lucret. VI, 145 sqq.

quae, ut supra vidimus, imum sive medium obtinuit mundi locum. Principio haec erat humore permixta, ut esset *instabilis tellus, innabilis unda;* deinde vero tum cingentis aëris circumactu compressuque condensata [151], tum, postquam sol illuxit, hujus ardore usta, humorem sudoris instar emisit; sic humida ab aridis, mare a terra secretum. Hinc Empedocles mare vocavit *ἱδρῶτα τῆς γῆς* [152]; ad poëticam dictionem commode, ad physicam rationem parum apte, dicit Aristoteles [153]. Empedoclem tamen hac ratione usum esse non modo ad originem maris, sed etiam salsum ejus saporem explicandum, ex eodem discimus, dicente: *ἔνιοι δ' αὐτῶν (τῶν ἀρχαίων) θερμαινομένης φασὶν ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς γῆς οἷον*

(151) Plutarchus cit. supra p. 330: *ἐκ τῆς γῆς ἄγαν περισφιγγομένης τῇ ῥύμῃ τῆς περιφορᾶς ἀναβλύσαι τὸ ὕδωρ.*

(152) Plutarch. Plac. phil. III, 16; Euseb. XV, 59: *'Εμπ. ἱδρῶτα τῆς γῆς ἐκκαιομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου διὰ τὴν ἐπὶ τὸ πλεῖον πίλησιν.* Sic enim ex Eusebio legendum, non sicut in Plutarcho: *διὰ τὴν ἐπιπόλαιον πλύσιν.* cf. Galen. Hist. phil. XXII, p. 44. Dictum retuli inter fragm. nr. 451 et illustravi in Comment. p. 300.

(153) Aristot. Meteor. II, 3. p. 430 B; cujus verba Olympiodor. Comment. in h. l. f. 34 A, ita explanat: *εἰ μὲν πρὸς ποίησιν ἀποβλέπων 'Εμπ. τῇ δι' ἀλλήλων δείξει ἐχρήσατο, φήσας τὸν ἱδρῶτα θάλατταν ζῶον εἶναι, καὶ τὴν θάλατταν ἱδρῶτα γῆς, ἴσως συγχωρητέον αὐτῷ ὡς ποιητῇ· εἰ δέ γε φυσικῶς τοῦτο εἶπεν, οὐ συγχωρητέον. κτλ.* Istud, *ἱδρῶτα θάλατταν ζῶου εἶναι,* non dixit Empedocles, ut putat Lommatsch. Weish. d. Emp. p. 183, sed addidit Olympiodorus, similitudinis illustrandae gratia. Similiter Alexander Aphrod. in Meteor. f. 96 A: *πρὸς μὲν γὰρ ποίησιν ἴσως ἱκανῶς τὸ οὕτως εἰπεῖν· ποιητικὸν γὰρ τὸ χρῆσθαι μεταφοραῖς. οὐδὲ γάρ, εἰ εἴποι τις πάλιν τὸν ἵδρωτα τοῦ σώματος τῶν ζώων θάλασσαν, τί ποτέ ἐστιν ὁ ἵδρως εἴρηκεν, ὁμοίᾳ κεχρημένος τῇ μεταφορᾷ.* Cf. Sturz. p. 312 sq. Simili metaphora utitur ipse Aristot. Meteor. I, 13. p. 422 E.

ἱδρῶτα γίγνεσθαι (τὴν θάλατταν)· διὸ καὶ ἁλμυρὰν εἶναι· καὶ γὰρ ὁ ἱδρὼς ἁλμυρός [154]. Etsi hîc Empedocles non nominetur, significari tamen apertum est, uti jam Alexander animadvertit [155]. Talem vero argumentationem fatendum est magis poëtae esse quam physici. Caeterum quamquam salsus sit maris sapor, tamen eidem dulces quoque particulas inesse animadvertit, licet adeo tenues ut sensum fugiant; his pisces ali [156].

Ut autem diversa elementa per poros inter se commeare et in mundo misceri, sic in terrae quoque visceribus et sub maris fundo aetherem et ignem latere censuit [157]: cujus rei indicio esse tum pleraque e terra nascentia, tum calidos fontes, quos calefieri dixit ignibus subjectis solo per quod aquae fluant [158]. Praesertim vero igni tribuit durandi et congelandi

(154) Aristot. ibidem. II, 1. p. 426 D.

(155) Alex. Aphrod. in Meteor. h. l. f. 91 A. (Graece ed. una cum Joannis Gramm. Comment. in Post. Analyt. Ven. 1534). In eodem Alexandri Commentario p. 41 (ed. Lat. Ven. 1561) haec leguntur: »Ostendit modo (Aristoteles) quod non recte utique dictum est, terrae sudorem esse mare; »nec sic quidem accedit illud fieri, quemadmodum aqua colata per cineres, »sicut dixit Empedocles." Perperam: nam posterior opinio ab Aristotele l. l. manifesto ab altera distinguitur. Itaque melius istud »sicut dixit Emp." interponatur post verba: »sudorem esse mare." Locum hunc Alexandri in Graeca editione, quae nunc non est ad manum, inspicere sum oblitus.

(156) Aelian. Hist. Anim. IX, 64, qui addit: καὶ τὴν αἰτίαν τοῦδε τοῦ ἐν ἅλμῃ γλυκαινομένου λέγει φυσικήν; qualem tamen caussam hanc dixerit, non memorat. Idem placuit Aristoteli aliisque, quos citat Gronov. Animadv. in h. l. p. 1065 sq. cf. Basil. M. Hexaëmer. VII, p. 67 B: χαίρει δὲ τοῖς γλυκέσι καὶ τὰ θαλάσσια.

(157) Emped. vss. 203 et 207.

(158) Vid. Seneca Nat. Quaestt. III, 24.

vim, ut Aristoteles auctor est; hinc saxa, scopulos, lapides, credo etiam metalla, caloris vi formata esse [159] et subterranei ignis aestu sustentari putavit: *κρημνούς καὶ σκοπέλους καὶ πέτρας ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ ἐν βάθει τῆς γῆς ἑστάναι καὶ ἀνέχεσθαι διερειδόμενα φλεγμαίνοντος* [160]. Pariter et sal solis ardore concretum, ut in versu ejus legitur [161].

Magnetis autem ferrum ad se trahentis vim explicuit e ratione pororum, dicens, eo quod utriusque *ἀποῤῥοαὶ* et *πόροι* inter se congruant effici, ut se invicem appetant. Quum enim magnetis *ἀποῤῥοαὶ* in ferrum influentes aërem poros ferri obsidentem removerint, tum ferrum vicissim magnam emittere effluxionem, eâque ipsum simul ad magnetem rapi [162]. Huc spectare videtur, quod Psellus scribit: Empedoclem uti et Anaxagoram et Democritum de lapidum virtutibus earumque caussis exposuisse [163]. Nam praeter ista, quae attuli, nihil hujus generis apud veteres memoratur. Haec de terra rebusque terrenis; porro de variis animantum generibus agendum.

(159) Aristot. Probl. XXIV, 11. p. 607 C: *Διὰ τί ὑπὸ τῶν θερμῶν ὑδάτων μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν ψυχρῶν πήγνυνται λίθοι; πότερον, ὅτι τῇ τοῦ ὑγροῦ ἐκλείψει γίνεται λίθος . . . καὶ ἀπολιθοῦται δὴ διὰ τὸ θερμόν; καθάπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησὶ τάς τε πέτρας καὶ τοὺς λίθους καὶ τὰ θερμὰ τῶν ὑδάτων γίνεσθαι.*

(160) Plutarch. de Primo frig. p. 952. Vol. IX, p. 755.

(161) Emped. vs. 206.

(162) Alex. Aphrod. Quaestt. nat. II, 23. Aliter explicuit Thales apud Simplic. de Anim. f. 8 A. De eodem quaesivit Strato Lamps. apud Simplic. Phys. f. 153 A.

(163) Psellus de Lap. virt. p. 38. cf. Sturz. Emped. p. 341.

§ 27.

De plantarum et animalium ortu ac formatione.

Veniendum igitur ad *mollia terrae arva*, e quibus ut e fecundae matris gremio omnes naturae res, plantas, bestias, homines, orta esse, communis fere fuit vetustatis opinio, quam Empedocles quoque tenuit. Quo autem ordine et qua ratione varia rerum genera procreata finxerit, declarabunt Lucretii versus, qui in hoc Empedoclis vestigia legit. Ita ille:

Principio genus herbarum viridemque nitorem
Terra dedit circum colles: —
Ut pluma atque pilei primum setaeque creantur
Quadrupedum membris et corpore pennipotentum,
Sic nova tum tellus herbas virgultaque primum
Sustulit. — [164]

Similiter Empedocles primas omnium rerum plantas et arbores e terra natas cecinit, prius etiam quam sol illuxisset, ut tradit Plutarchus [165]: Ἐμπεδοκλῆς πρῶτα τῶν ζώων τὰ δένδρα ἐκ γῆς ἀναδῦναί φησι, πρὶν τὸν ἥλιον περιαπλωθῆναι [166], καὶ πρὶν ἡμέραν καὶ νύκτα διακριθῆ-

(164) Lucret. V, 781-789. Etiam Empedocles ipse frondes cum plumis et pilis comparat vs. 223.

(165) Plutarch. Plac. phil. V, 26; Galen. Hist. phil. XXXVIII. Meminit quoque hujus placiti Tzetzes in Hesiod. *Ἐργ. α*, p. 40 a. Heins. Similiter in Genesi I, vs. 11, traditur. Porphyrius de Abstin. II, 5, tanquam notam opinionem hoc affert: *δένδρα μὲν γὰρ δὴ πρὸ ζώων ἀνέδωκεν ἡ γῆ.*

(166) *περιαπλωθῆναι* (Tzetz. *ἁπλωθῆναι*) i. e. priusquam *circum* (*terram*) *sol lumen suum panderet;* sicut *praepandere lumen* dicunt Latini poëtae. Ita

ναι . . . ὥστε γῆς εἶναι μέρη, καθάπερ καὶ τὰ ἔμβρυα τὰ ἐν τῇ γαστρὶ τῆς μήτρας μέρη. Primas animantum vocat arbores, quia arbores quoque ex Empedoclis sententia animatae [167], quamquam minus perfectâ illae gaudeant naturâ quam reliqua animantum genera, a quibus e Plutarchi testimonio illas tantum distare voluit, quantum *ἔμβρυα* a fetibus perfectis et in lucem editis. Ideo finxisse videtur, arbores terrâ recenti adhuc et inconditâ procreatas esse; quo fortasse etiam spectat illud quod personatus Aristoteles in libro de Plantis tradit: Empedoclem dixisse, plantas *ἐν κόσμῳ ἠλαττωμένῳ καὶ οὐ τελείῳ*, i. e. mundi conditione deteriore neque perfectâ, ortas esse [168].

Deinde postquam, exorto sole, confusa mundi moles

bene explicat Sturzius p. 364, cui tamen non adsentior putanti, verbum hoc ab Empedocle desumtum esse; credo potius esse recentioris notae. Modo mihi inter legendum bis occurrit in Basilii M. Hexaëm. VII, p. 66 E: *διαγράμματα κατ᾽ ἀγορὰν ἡπλωμένα, leges in foro expositae.* p. 69 A: *ἡπλωμένοις ἱστίοις φερόμενα,* (*navigia*) *passis velis vecta.* — *ἀναπλοῦν, explicare*, saepius usurpat Proclus: ex. gr. Theol. Platon. I, 1; Comment. in Parm. T. IV, p. 3, 4, 82.

(167) Aristot. de Plant. I, 1 princ. p. 768; Plutarch. de Plac. phil. V, 26. cf. infra § 29 et 30.

(168) Aristot. de Plant. I, 2. p. 771 D: *εἶπε πάλιν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ὅτι τὰ φυτὰ ἔχουσι γένεσιν ἐν κόσμῳ ἠλαττωμένῳ καὶ οὐ τελείῳ κατὰ τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ, ταύτης δὲ συμπληρωμένης οὐ γεννᾶται ζῶον.* Istud *ἐν κόσμῳ ἠλαττωμένῳ* significat *ἐν κόσμου διοικήσει ἠλαττωμένη.* *τὸ ἠλαττωμένον* et *τὸ τέλειον* similiter opposita sunt ibid. c. 1, p. 769 F. Postrema vero verba, *ταύτης δὲ (τοῦ κόσμου συμπληρώσεως) συμπληρ. οὐ γενν. ζῶον*, quid sibi velint non assequor. Nam *ζῶον* pro *φυτὸν* hoc loco accipi non potest, quoniam in tota hac disputatione scriptor *ζῶα* et *φυτὰ* inter se opponit. Conjicio fortasse corrigendum esse: *ταύτης δὲ συμπληρ. αὖ γενν. ζῶον*, vel *οὐ γεννᾶται [φυτὸν ἀλλὰ] ζῶον*, *completâ et absolutâ mundi naturâ, non plantas, sed animalia generata.*

digeri ornarique coepisset, inde loci, pergit Lucretius[169],

> (Tellus) mortalia corda creavit
> Multa modis multis varia ratione creatis:

quam mortalium procreationem porro mira ratione describit, fingens, Tellurem novam multo calore et humore praegnantem folliculos ex se quosdam uterorum similes protulisse, quibus maturitate ruptis, tenera animalia et infantes prodîsse[170]. Mira sane haec, neque magis tamen mirabilia quam quae Empedocles commentus est. Putabat videlicet, terram non uno impetu tot ac tales animalium figuras edere potuisse, sed ab exiguis rudibusque exorsam principiis, pedentim ad altiora progressam esse. Finxit, primo singula membra in lucem edita, viventia scilicet illa ac temere oberrantia: oculos sine vultu, capita cervicibus orba, brachia humeris[171]. Haec exstitisse dixit secundum Aristotelem ἐπὶ τῆς Φιλότητος[172], i. e. in regno Amicitiae; quod recte sic explanat Simplicius: *οὐκ ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῆς Φιλίας ταῦτα λέγει γίνεσθαι ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ὡς ἐνόμισεν ὁ Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ τότε, ὅτε οὔπω τὸ Νεῖκος »πᾶν ἐξέστηκεν ἐπ' ἔσχατα τέρματα κύκλου." . . ἐπὶ τῆς Φιλότητος οὖν ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκεῖνα (γίνεσθαι) εἶπεν, οὐχ ὡς ἐπικρατούσης ἤδη τῆς Φιλότητος, ἀλλ' ὡς μελλούσης ἐπικρατεῖν, ἔτι δὲ τὰ ἄμικτα καὶ μονόγυια δηλούσης*[173].

(169) Lucret. V, 789 sq.
(170) Idem V, 799-815.
(171) Vid. Empedocl. vss. 232-234, et Comment. in h. l. p. 231 sq.
(172) Aristot. de Gen. Anim. I, 18, p. 804 sq. de Coelo III, 2, p. 371 A.
(173) Simplic. in Aristot. de Coelo l. l. f. 144 B, in Schol. Aristot.

Dein autem, magis invalescente Amicitia, hujus vi dispersa illa membra coaluisse finxit: *ἔπειτα συντίθεσθαι τῇ Φιλίᾳ*, ut addit Aristoteles [174]; verum id quoque primum confuse et temere: exstiterunt portenta *mirâ facie membrisque coorta*, velut *βουγενῆ ἀνδρόπρωρα*, boves humano capite aliaque ejusmodi e diversis generibus mixta [175]; attamen

Nequidquam, quoniam Natura absterruit auctum.

Omnia ista genera naturae repugnantia periisse dixit [176], donec tandem forte fortunâ diversi artus in tales coirent figuras, quae vitam tueri et prolem propagare possent.

Brand. p. 512 a. Versus qui citatur Empedoclis est 174. Lepide Philoponus in Arist. de Gener. Anim. l. l. f. 16 B ita explicat: *ἐπὶ τῆς φιλότητος, τουτέστιν, ἐπὶ τῇ ἥττῃ μὲν τῆς φιλότητος, ἐπικρατείᾳ δὲ τοῦ νείκους.*

(174) Aristot. de Anim. III, 5. p. 505 A. Idem de Coel. l. l. *εἶθ' οὕτω συμφύεσθαί φησι.*

(175) Vid. Emped. vss. 238-242; cf. Comment. p. 233, ubi indicavi scriptores, qui hoc tangunt, quorum ipsa verba memorare supervacuum; excerpsit ea magnam partem Sturz. Emped. p. 368 sqq. Notanda tamen haec Themistii, Phys. II, f. 28: — *Ἐμπεδοκλέους βουγενῆ καὶ ἀνδρόπρωρα ἐπὶ τῆς τῶν ζώων συστάσεως· ἐλαιόπρωρα δὲ ἐπὶ τῶν ζώων οὐδὲ ἐκεῖνος εἰπεῖν ἐτόλμησεν, μᾶλλον δὲ ἐπὶ τῶν φυτῶν ἀμπελογενῆ τινα καὶ τοιαῦτ' ἄλλ' ἄττα δραματουργῆσαι ἐθάῤῥησε* [*ἂν*]*· καίτοι μᾶλλον ἐχρῆν· ἧττον γὰρ ἐν τοῖς φυτοῖς τὸ ἕνεκά του* (*principium finale*). Quae non significant, Empedoclem ut in bestiis *βουγενῆ* ista, sic in plantis quoque *ἀμπελογενῆ τινὰ* finxisse; sed potius hoc dicunt, talia eum fingere oportuisse, si sibi constare voluisset, quum in plantis ejusmodi portenta, quamvis absurda, facilius locum habere possint quam in animalibus. Quod clarius erit, si inseratur istud *ἄν*. Idem animadvertit Aristoteles Phys. II, 8, p. 270 D: *πότερον οὖν καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς ἐγίνετο, ὥσπερ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα, οὕτως ἀμπελογενῆ ἐλαιόπρωρα, ἢ οὔ; ἄτοπον γάρ· ἀλλὰ μὴν ἔδει γε, εἴπερ καὶ ἐν τοῖς ζώοις.* cf. Simplic. Phys. f. 86 B, in Schol. Aristot. Brand. p. 355 a.

(176) Lucret. V, 844. Aristot. Phys. II, 8. p. 269 F.

Haec Empedocles tam de ceteris animalibus quam de hominibus dixit, quos item e terra natos finxit, item dispersis principio membris exstitisse, eaque post in solidi hominis naturam coîsse [177]. Sed in hominum origine describenda finxit praeterea, e tellure exortas esse integras quasdem formas, quas vocat τύπους οὐλοφυεῖς, rudia hominum exempla, sine vultu, sine voce, sine ulla humana arte [178], sicut statuas artificis manu nondum elaboratas; quos τύπους paullatim Veneris praesertim operâ excultos et ornatos esse.

Haec de animalium origine, quae si inter se comparentur, distingui possunt quatuor veluti gradus, per quos animantium genus a prima origine pedetentim ad perfectionem excrevit. Talem in modum describit Plutarchus in Placitis, cujus verba haud leviter depravata sic corrigantur: Ἐμπεδοκλῆς τὰς πρώτας γενέσεις τῶν ζώων καὶ φυτῶν μηδαμῶς ὁλοκλήρους γενέσθαι, ἀσυμφυέσι δὲ τοῖς μορίοις διεζευγμένας· τὰς δὲ δευτέρας, συμφυομένων τῶν μερῶν εἰδωλοφανεῖς· τὰς δὲ τρίτας τῶν ὁλοφυῶν· τὰς δὲ τετάρτας οὐκέτι ἐκ τῶν στοιχείων, οἷον ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, ἀλλὰ δι' ἀλλήλων ἤδη [179]. Primo loco truncata et dispersa

(177) Varro apud Nonium Marc. p. 575: »Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum." Censorin. de Die nat. c. 4, p. 19 sq. Haverk. Plutarch. Plac. phil. V, 18 princ.

(178) Vid. Emped. vss. 248-255, et Comment. p. 236 sq.

(179) Plutarch. de Plac. phil. V, 19; cf. Galen. Hist. phil. XXXV, p. 55. Duas mendas exemi qnae sensum plane pervertebant; vulgo enim legitur: τὰς δὲ τρίτας τῶν ἀλληλοφυῶν· τὰς δὲ τέτταρας οὐκέτι ἐκ τῶν ὁμοίων. Utramque emendationem res ipsa, ni fallor, probat. τετάρτας

membra tellure exorta; secundo monstra spectrorum similia; tertio solidae animalium figurae; quarto fetus non amplius elementorum mixtione, sed mutuis connubiis procreati. De postrema progenie inferius dicendum. In hac Plutarchi descriptione unum vitiosum est, quod principio non solum animalium sed etiam arborum (*ζώων καὶ φυτῶν*) quasi truncata membra exstitisse narrat, quum de plantis tale quid Empedocles non dixerit; reliqua, etsi ab ipso non ita distincte enarrata, tamen sententiae ejus conveniunt.

Caeterum haec fictio exemplo est, quam *φιλόμυθος* fuerit Siculi vatis philosophia. Quis haec legens non Hippocentauros et Chimaeras et alia fabulosae antiquitatis monstra recordatur? An mirum, tale commentum paucis probatum a plerisque derisum esse et explosum? Nam ut omittamus, quod homines sicut blitum, ut Varro ridens dicit, e terra natos fecit, at quomodo truncata ista membra non nasci solum, sed vivere potuerunt? Quomodo, his temere coëuntibus, mirabilis illa exsistere singularum rerum figura et ornatus? Non vidit ergo, cujusque rei originem et principium tale esse debere, quod ipsius naturae respondeat; non animadvertit, praeclaram illam membrorum structuram et formam non potuisse forte vel necessitate exsistere, sed ratione certoque consilio ad utilitatem et ad decorum comparatam esse [180]. At

pro vulg. *τέτταρας* dedit Sturz. p. 366. Vocabulo *εἰδωλοφανὴς* geminum est *εἰδωλόμορφος*, Geopon. X, c. 9, etsi dissimili significatione.

(180) Talia ei objicit Aristot. Phys. II, 8, p. 270 E: *ὅλως δὲ ἀναιρεῖ ὁ οὕτω λέγων τὰ φύσει τε καὶ φύσιν κτλ.*

fortasse Empedocles ista non revera sic facta credidit, sed veluti μυθολογούμενος finxit, ut his veluti exemplis naturae vim rationemque declararet [181]. Mihi hoc probabile videtur; error tamen idem manet, in hoc positus, quod res naturae non ratione sed fortuito motu formatas finxit; quamquam in singularum partium descriptione eum interdum acrius vidisse infra ostendemus. Caeterum in his si plura sunt reprehendenda, unum probandum, quod sub fabula ista latet, hoc est: quod Natura in rebus creandis a deterioribus paullatim ad meliora processerit. Et haec quidem de animalium ortu; porro de eorum natura dicendum.

§ 28.

De variis corporum partibus variisque animantum generibus.

Plantarum et animalium naturam consideranti primum se offert in unoquoque genere, in alio major, in alio minor partium membrorumque varietas et cujusque propria vis et structura. Unde haec explicanda? Empedocles, ut ipsius ratio postulabat, hanc varietatem retulit ad elementa, e quibus quaeque pars conflata, et variam horum indolem ac temperiem. Sic in arboribus quum duae sint partes oppositae, hinc radices et stirpes, hinc rami et fron-

(181) Sic accepit Alexander Aphrod. teste Simplic. de Coelo f. 144 B, in Schol. Aristot. p. 512 a: ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ὡς μίξεως παράδειγμα ἀκούει, ἐξ ἧς συνίσταται τὰ κατὰ φύσιν σώματα.

des, illa praecipue e terrena, haec ex ignea sive aetheria materie conflata dixit. Quam sententiam improbat et redarguit Theophrastus, dicens: ἓν γάρ τι τὸ γεννῶν, οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς διαιρεῖ καὶ μερίζει τὴν μὲν γῆν εἰς τὰς ῥίζας, τὸν δὲ αἰθέρα (sive τὸ πῦρ) εἰς τοὺς βλαστούς, ὡς ἑκάτερον ἑκατέρου χωριζόμενον [182]. Ideo autem radicibus terram, ignem ramis attribuit, quia illae deorsum feruntur, quod terrenae naturae conveniens, hi sursum tendunt, quod ignis proprium [183]. Quod de plantis valet, valeat item de ceteris animalibus, ut singulorum membrorum situs naturam elementorum, e quibus quodque conflatum sit, sequatur. Num tamen in singulis generibus hoc persecutus sit, parum compertum est, etsi a nonnullis sic traditum, velut a Philopono dicente [184]: τοῦ διακριθῆναι τὰ μόρια ἀπ' ἀλλήλων, οἷον τοὺς πόδας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὴν μὲν ἄνω γενέσθαι, τοὺς δὲ κάτω, καὶ ὅλως τοῦ πάντα τὰ ἐν ἑκάστῳ τῶν ζώων μέρη κεῖσθαι ἐν ᾧ τυγχάνουσιν ὄντα, αἰτίαν ἀπεδίδου Ἐμπεδοκλῆς τὸ φέρεσθαι τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον. Similis Empedoclis sententia in Placitis philosophorum relata legitur [185]; sed qui Philoponum et alios

(182) Theophrast. de Causis plant. I, 12 (13). p. 356.

(183) Cf. Aristot. de An. II, 4 (cit. infra), ubi pro *aethere* ponitur *ignis*. Themistius aliique appellant τὸ πυρῶδες et τὸ γεῶδες.

(184) Philopon. in Aristot. de Gen. Anim. II, f. 49 A.

(185) In Plutarch. Plac. phil. V, 19; Galen. Hist. phil. XXXV. Locus autem depravatus hoc modo corrigendus videtur: τῶν δὲ ζώων πάντων τὰ γένη διακριθῆναι διὰ τὰς ποιὰς κράσεις· τὰ μὲν οἰκειότεραν εἰς τὸ ὕδωρ τὴν ὁρμὴν ἔχειν, τὰ δὲ εἰς τὸν ἀέρα ἀναπνεῖν (ἀναΐσσειν?) ὅσα ἂν πυρῶδες ἔχῃ τὸ πλέον, τὰ δὲ βαρύτερα ἐπὶ τὴν γῆν, τὰ δὲ

hujus farinae scriptores noverit, sciat, illos non raro solere veterum sententias et rationes pro suo arbitrio amplificare. Sed hoc ut in medio relinquam, illud recte animadversum, Empedoclem in his universe secutum esse illud quod simile ad simile feratur, sive quod natura sit appetens sui: quae vis quam late ex ejus sententia in rerum natura pateat, supra explicuimus [186].

Neque tamen constantem esse in omnibus animalibus hunc membrorum situm et structuram vidit, sed in nonnullis naturam utilitatis gratia locorum ordinem immutasse, veluti in testudinibus et conchis, ubi terrena pars superiorem, calida inferiorem obtinet locum [187].

ἰσόμοιρα τῇ κράσει περὶ τοῖς θώραξι πεφυκέναι. Omnium animalium membra distincta pro diversâ eorum temperie: alia in aquam ferri ut ipsorum naturae magis congruam; alia in aërem surgere, in quibus ignea vis dominatur; graviora in terram declinari; quae aequaliter ex omnibus elementis temperata, circum pectora sita esse. Scriptor hic diversa animalium genera et diversa corporum membra confudit; quocirca optime legi posset *τῶν ζώων τὰ γένη καὶ τὰ μέλη.* Nam primum hoc, *τὰ μὲν .. εἰς τὸ ὕδωρ τὴν ὁρμὴν ἔχειν*, solum de animalium genere aquatico dictum videtur; postremum, *τὰ δὲ ἰσόμοιρα . . περὶ τοῖς θώραξι πεφυκέναι*, solum in corporis membra convenit; quae interjecta sunt, de utrisque intelligi possunt. De membrorum dispositione similia dicit Philoponus, iis, quae modo pag. praec. attulimus, haec addens: *ἔλεγε γὰρ, ἐπειδὴ τὰ μὲν κοῦφα πέφυκεν ἄνω φέρεσθαι, πάντα δὲ τὰ κοῦφα ἢ κοῦφα ὅμοια, τῶν μερῶν ὅσα μὲν ἐστι κοῦφα, κατέσχον τὸν ἄνω τόπον, ὅσα δὲ βαρέα, τὸν κάτω, τὰ δὲ μεταξύ* (h. e. *τὰ ἰσόμοιρα*), *τὸν μέσον.* Caeterum in Plutarcho scripsi *οἰκειότεραν* pro *οἰκειότερα*, *εἰς τὸν ἀέρα* pro *εἰς ἀέρα*, *ὅσα ἂν π. ἔχῃ τὸ πλέον* pro *ἕως ἂν π. ἔχῃ τι πλέον*, *περὶ τοῖς θώραξι* pro *πᾶσι τοῖς θώρ.* De varr. lectionibus cf. Beck. in h. l. et Sturz. Emped. p. 383.

(186) Vid supra p. 395.

(187) Vid. Emped. vss. 220-222, et Plutarch. ibi cit.

Haec de partium formatione generatim; de nonnullis vero animalium, hominum praesertim partibus accuratius disseruit, in quibus non solum naturalem elementorum vim et fortuitum motum, sed etiam certam rationem et providi numinis curam agnovit, finxitque, almam naturae genitricem certas terrae, ignis, aquae portiones ratione modoque mixtas constrinxisse et in varias figuras formasse [188]. Haec est quae a Simplicio vocatur *ἡ ἐναρμόνιος τῶν στοιχείων κρᾶσις* [189], quam Empedocles praesertim in ossium formatione adhibuit: de quo saepius mentionem facit Aristoteles, dicens, illum in his describendis certam agnoscere structuram et partium proportionem (*λόγον τινά*) [190]; attamen manifestum esse non ossa tantum, sed etiam carnem et reliquorum unumquodque membrorum pari modo constare [191]. Unde efficias eum de his nihil dixisse; quod tamen ita potius accipiendum, illum de ossium formatione diligentius exposuisse quam de reliquis partibus, non vero haec plane omisisse; ipse Aristoteles alibi, idem

(188) Vid. Emped. vss. 209, 227-231.

(189) Simplicii vel Porphyrii verba attuli supra p. 412.

(190) Inepte Apostolius Proverb. XIV, 85, Aristotelis verba: *Ἐμπεδ. ὀστοῦν τῷ λόγῳ φησὶν εἶναι*, adhibet ad explicandum proverbium: *ὀστοῦν ἔνεστι τῷ λόγῳ*, *os inest in oratione*, i. e. sententia, vis et vigor sermoni inest.

(191) Vid. Aristot. de Part. Anim. I, 1. p. 739 E; Metaph. I, 7, p. 654 sq. (I, 10. Bekk.); quos locos supra attuli. cf. idem de Anim. I, 5. p. 484 C; de Spiritu c. 9, p. 580 G. Postremo loco notatur, Empedoclem de osse universe tantum dixisse, non autem diversorum animalium ossa distinxisse. Hoc sensu accipiendum illud: *Ἐμπ. αἰτίαν (λέγει) ἁπλῶς τὴν του ὀστοῦ φύσιν.*

Empedoclis placitum tangens, id indicat: *ἕκαστον γὰρ αὐτῶν (τῶν μορίων) ἐν λόγῳ τινί φησιν εἶναι* [192].

Quali autem modo et ossa et carnem et alias quasdam partes conflatas et formatas dixerit, partim ipsius versus indicant, partim in Plutarchi Placitis commemoratur, cujus verba hic emendata apponam: *Ἐμπεδοκλῆς τὰς μὲν σάρκας γεννᾶσθαι ἐκ τῶν ἴσων τῇ κράσει τεττάρων στοιχείων· τὰ δὲ νεῦρα πυρὸς καὶ γῆς, ὕδατος διπλασίου μιχθέντος· τοὺς δὲ ὄνυχας τοῖς ζώοις γεννᾶσθαι τῶν νεύρων, καθὸ τῷ ἀέρι συνέτυχε, περιψυχθέντων· ὀστᾶ δὲ δυοῖν μὲν ὕδατος καὶ ἴσων γῆς, τεττάρων δὲ πυρός· τούτων συγκραθέντων μερῶν, ἱδρῶτα καὶ δάκρυον γίνεσθαι τοῦ αἵματος τηκομένου* [193]. Harum partium praecipuae sunt caro, nervi, ossa. Caro (cui adde sanguinem) composita ex aequalibus quatuor elementorum portionibus; quod cum ipsius Empedoclis dictis plane concinit [194]. Nervi ex igni et terra, dupla aquae portione admixta; de quo etsi in ipsius versuum reliquiis nihil memoratur, id tamen haud improbabile; aquae portio duplo major addita ob nervorum mollitiem. Ossa contra binis terrae et aquae,

(192) Aristot. de Anima I, 4. p. 482 E.

(193) Plutarch. Plac. phil. V, 22, qui locus plane deformatus est: veluti pro *ἐκ τῶν ἴσων* vulgo legitur *ἐκ τῶν ἔσω*, pro *ὀστᾶ δὲ δυοῖν κτλ.* vulgo *ὀστᾶ δὲ δοκεῖ μὲν ὕδατος καὶ τῆς ἔσω γῆς, τεττάρων δὲ πυρὸς γῆς* — denique pro *τοῦ αἵματος τηκομένου* legitur *τοῦ σωματικοῦ οὕτως.* ut alia omittam. Emendatio certa est, partim petita e Galen. Hist. phil. XXXVI, ubi idem placitum exponitur, partim ex ipsius Empedoclis versibus. cf. Beckius in Plutarch. libr. de Plac. p. 277; Sturz. Emped. p. 412 sq.

(194) Emped. vss. 215-219. cf. Theophrastus de Sensu § 10 extr. *ἐν τούτῳ (τῷ αἵματι) γὰρ μάλιστα κεκρᾶσθαι τὰ στοιχεῖα.* de quo loco copiosius infra § 35.

quatuor ignis partibus constant, ob eorum duritiem; in igni enim durandi et congelandi vim inesse voluit. Etiam hoc cum Empedoclis descriptione concinit [195]; tantum teneamus, aquae nomine simul aërem intelligi, quae ambo Empedocles conjuncte Νῆστιν Αἴγλην appellat. Quae praeterea memorantur, ungues, sudor, lacrymae, alia quaedam, haec non a principio formata, sed postea e corporum natura derivata censuit: de quibus § 32, ubi de animantium generatione agemus. Praeter illa vero quae explicuimus, quam multa Empedocles omisit? quam multa, quorum rationem non videret, ad casum retulit? [196] Cujus generis memorabile exemplum profert Aristoteles dicens [197]: Ἐμπεδοκλῆς οὐκ ὀρθῶς εἴρηκε λέγων, ὑπάρχειν πολλὰ (μέρη) τοῖς ζώοις, διὰ τὸ συμβῆναι οὕτως ἐν τῇ γενέσει· οἷον καὶ ῥάχιν τοιαύτην ἔχειν, ὅτι στραφέντος (τοῦ ζώου) κατεαγῆναι συνέβη. »Spinam dorsi ideo videlicet vertebratis ossibus compositam esse, quia principio per corporis inflexionem forte fracta esset"; dein autem ut

. . . res mundi cecidere ab origine prima,
Consequiae quodque est jam rerum ex ordine certo,

ut dicit Lucretius [198], Empedocleae sententiae convenienter. E quibus intelligitur, illum, si nonnullas partes diligentius explicuit, de plerisque tamen non nisi obscure

(195) Emped. vss. 211-214.

(196) Aristoteles Phys. I, 4. p. 266 F: τὰ μόρια τῶν ζώων ἀπὸ τύχης γενέσθαι τὰ πλεῖστά φησιν.

(197) Aristot. de Part. Anim. I, 1. p. 737 E.

(198) Lucret. V, 677 sq.

et confuse dixisse: ut hac in parte ejus philosophia merito balbutienti similis ab Aristotele dicta sit [199].

Quemadmodum autem partium corporis diversitas e diversa elementorum mistura oritur, sic eadem caussa, illo judice, varia quoque rerum genera variasque species efficit: nam mutata temperie mutatur etiam pororum conditio; hinc autem tota animantium indoles, vita victusque pendent. De his autem generatim nihil fere ab eo animadversum reperi, excepto quod ad animantes aquaticas spectat. Caussam explicans cur pisces in aqua vivant, non, quod in plerisque, dixit, simile ad simile ferri; contrariam rationem attulit. Credidit illos temperie esse calidiores (ὑπερπύρους), ideo naturae instinctu in aquam delatos, ut hujus frigore naturalis ipsorum calor temperaretur [200]: eadem in hoc ratione usus qua universe appetitus expleri censuit; de quo inferius.

(199) Aristot. Metaph. I, 7 (10) extr. quem locum attigi p. 409.

(200) Vid. Emped. fragm. vs. 244 et nr. 449, et quae ibi annotavi in Commentario. Hinc autem apparet, dictum illud Plutarchi: τὰ μὲν (ζώων γένη) οἰκειοτέραν εἰς τὸ ὕδωρ τὴν ὁρμὴν ἔχειν (supra p. 448), si eo sensu accipiatur ut legi volebat Reiskius: τὰ μὲν ὑγρότερα εἰς τὸ ὕδωρ — Empedoclis sententiae minime congruum fore.

Caeterum ne quis putet, quae apud Theophrastum de Caus. plant. I, cap. extr. de animalibus et plantis aquaticis aliisque leguntur, ad Empedoclem pertinere; pertinent ea ad Menestorem, qui etsi in nonnullis Empedoclem secutus, haec tamen multis partibus auxit; veluti hoc ipsum, quod ille de piscibus dixerat, ad plantas quoque transtulit: συνηκολούθησε ταύτῃ τῇ δόξῃ καὶ Μενέστωρ, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ζώων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν. Theophr. l. l. c. 21 (26), p. 382 Schneid.

§ 29.

De Plantarum et animalium incremento.

Jam vidimus, quomodo animantes et singulae earum partes sint compositae; porro, quomodo alantur et increscant, attendendum. Qua de re Empedocles congruenter illi regulae, similia ad se rapere similia, censuit, quali sit quidque temperie, tale requirere alimentum: *terram terreno corpore ali, ignem igni* [201]. Itaque ut modo de arboribus dixit, radices terrenâ, ramos aetheriâ esse origine, sic alteras terrâ, alteros aethere ali existimavit. Docet hoc Aristoteles [202]: Ἐμπεδοκλῆς δ' οὐ καλῶς εἴρηκε τοῦτο, προσθέσει * τὴν αὔξησιν συμβαίνειν τοῖς φυτοῖς, κάτω μὲν ῥιζουμένων διὰ τὸ τὴν γῆν οὕτω φέρεσθαι κατὰ φύσιν, ἄνω δὲ διὰ τὸ πῦρ ὡσαύτως. Talem αὔξησιν Aristoteles πρόσθεσιν vocat, veluti coagmentationem, in eoque dupliciter illum reprehendit, primum quod ἄνω et κάτω perperam usurpaverit: haec enim non omnibus eadem esse, sed ut in animantibus ἄνω est caput, sic idem in plantis esse stirpem; deinde, quod non animadverterit vim vitalem (τὴν ψύχην) esse tam alendi

(201) Emped. vs. 270 sq.

(202) Aristot. de Anim. II, 4. p. 490 A; cujus dicta latius explanant interpretes in Comment. in hos libros, Themist. f. 76 B; Simplic. f. 31 A; Philopon. Lit. H, f. 15 sq. quos describere supervacaneum.

(*) Vulgo προστιθεὶς, quod corrigendum censui. cf. Aristot. de Gener. et Corr. II, 6, p. 404 E: οὐδ' αὔξησις ἂν εἴη κατ' Ἐμπεδοκλέα ἀλλ' ἢ ἡ κατὰ πρόσθεσιν.

quam crescendi principium: nam si diversae partes diversa appetant, quodnam erit illarum vinculum? quid prohibebit quominus divellantur? [203] Quod ad primum attinet, Empedocles supra et infra dixit convenienter ad mundi, elementorum, coeli terraeque situm; deinde si vinculum quaeratur diversa corporum membra continens, recordemur Amicitiae vim ex Empedoclis sententia non solum in universo mundo, sed etiam in mortalium artubus insidere: haec efficit quominus diversae partes dilabantur.

Quidam autem ab Empedocle duo haec, ali et crescere, distingui volunt, ut Plutarchus in Placitis scribens [204]: *Ἐμπεδοκλῆς τρέφεσθαι μὲν τὰ ζῶα διὰ τὴν ὑπόστασιν του οἰκείου, αὔξεσθαι δὲ διὰ τὴν παρουσίαν του θερμοῦ, μειοῦσθαι δὲ καὶ φθίνειν διὰ τὴν ἔλλειψιν ἑκατέρων.* i. e. ali animantes similium suppeditatione, crescere calore sive ignis vi quae ipsis inest. Placitum non incongruum Empedoclis sententiae, quippe qui ignem naturâ suâ sursum tendere existimavit; an tamen ambo ista distinxerit, dubito. Aristoteles certe non modo ea non secernit, sed posterius etiam placitum ut Empedoclis sententiae oppositum memorat: nam post illa quae modo attuli, *Ἐμπεδοκλῆς δ' οὐ καλῶς εἴρηκε τοῦτο, προσθέσει τὴν αὔξησιν συμβαίνειν κτλ.* haec deinceps subjungit: *δοκεῖ δέ τισιν ἡ τοῦ πυρὸς φύσις ἁπλῶς αἰτία τῆς τροφῆς καὶ*

(203) Aristot. l. l. *τί τὸ συνέχον εἰς τἀναντία φερόμενα το πῦρ καὶ τὴν γῆν; διασπασθήσεται γάρ, εἰ μή τι ἔσται τὸ κωλῦσον· εἰ δὲ ἔσται, τοῦτ' ἐστὶν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ αἴτιον τοῦ αὐξάνεσθαι καὶ τρέφεσθαι.*

(204) Plutarch. Plac. phil. V, 27; Galen. Hist. phil. XXXVIII.

τῆς αὐξήσεως εἶναι [205]. Hanc ob rem Plutarchi illud, αὔξεσθαι δὲ διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ θερμοῦ, non universe ad animantes, sed ad plantas, praesertim ad ramorum incrementum, referendum puto [206].

Explicuimus, unde res nutriantur et crescant; porro quali modo id fiat quaerendum: quod declaratur iis quae supra de poris disseruimus. Vidimus enim, omnia naturae corpora poris instructa, variis pro varia cujusque figura et temperie; vicissim item ex omnibus corporibus tenuissimas effluere particulas poris illis respondentes: ita fieri, ut unumquodque tales in se recipiat ἀποῤῥοάς, quales ipsius naturae congruant [207]. Jam tali ratione fit, ut in cibo sumendo singulae corporis partes eas ad se trahant particulas, quae cujusque poris et naturae accommodatae sint: amara rapiantur ad amara, dulcia ad dulcia, ceteraque similiter. Ita Plutarchus: — ἐξ ὁμοίων ἀναλαμβάνει τὸ οἰκεῖον ἡ φύσις, καὶ εἰς τὸν ὄγκον (i. e. τὸ σῶμα) αὐτόθεν ἡ ποικίλη τροφὴ πολλὰς μεθιεῖσα ποιότητας ἐξ ἑαυτῆς, ἑκάστῳ μέρει τὸ πρόσφορον ἀναδίδωσιν, ὥστε γίγνεσθαι τὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους, »ὣς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε κτλ." [208]

Porro alimentorum varietate effici dixit varios suc-

(205) Aristot. de An. l. l. p. 490 C.

(206) Cf. paullo ante not. 203. De plantis idem dicit Plut. Plac. phil. V, 26: *αὔξεσθαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ γῇ θερμοῦ διαιρουμένου.* Ubi pro vitioso *διαιρουμένου* legas *διαραιουμένου*, *extenuantis se et diffundentis*, vel *διαραινομένου*, *scaturientis, effluentis.*

(207) Vid. supra. p. 397.

(208) Vid. Emped. vss. 268 sq. qui ad alimentum spectant; ubi Plutarchi locum citatum invenies.

cos, praesertim qui in arboribus et fructibus habentur, ut docet Plutarchus in Placitis, qui locus admodum depravatus sic emendetur: *τὰς δὲ διαφορὰς τῶν χυμῶν παρὰ τὰς τῆς γῆς συμμετρίας καὶ τῶν φυτῶν γίνεσθαι, διὰ πόρων ἑλκόντων τὰς ἀπὸ τοῦ τρέφοντος ὁμοιομερείας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων· οὐ γὰρ αἱ διαφοραὶ τούτων διαλλάττοντα τὸν οἶνον ποιοῦσιν ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ τρέφοντος ἐδάφους* [209]. i. e. »succorum differentias effici mutuâ congruentiâ terrae et plantarum, per poros sui similes partes ex alente humo attrahentium, velut in vitibus: quarum varias species non aliam ob caussam varium vinum praebere nisi ex humo qua aluntur." Praeter vites etiam malorum punicorum in ejus carmine mentio fit [210].

E pororum conditione explicuit etiam, cur quaedam arbores, laurus, olea, palma, semper vireant, ut docet Plutarchus in Symposiacis, ejus rei causam quaerens: *ἔνιοι μὲν οὖν ὁμαλότητι κράσεως οἴονται παραμένειν τὸ φύλλον, Ἐμπεδοκλῆς δὲ πρὸς τούτῳ καὶ πό-*

(209) Plutarch. Plac. phil. V, 26, coll. Galen. Hist. phil. XXXVIII. Praecipua quae correxi notabo: *παρὰ τὰς τῆς γῆς συμμετρ. καὶ τ. φ.* pro *παραλλαγὰς τῆς πολυμερείας καὶ τ. φ.* Possit quoque legi: *παραλλαγὰς τῆς συμμετρίας τῆς γῆς καὶ τ. φ.* Intelligenda *ἡ συμμετρία τῶν πόρων*, de qua supra diximus p. 397 sq. cf. Plutarch. de Plac. phil. IV, 9: *παρὰ τὰς συμμετρίας τῶν πόρων τὰς κατὰ μέρος αἰσθήσεις γίνεσθαι.* Porro *διὰ πόρων ἑλκόντων τὰς ἀπὸ τ. τρ. ὁμοιομερείας*, pro *διαφορὰς ἐχόντων τὰς ἀπὸ τ. τρ. πολυμερείας*, monstrantibus partim Galeno, partim codicum lectionibus, quas notat Beckius. *ὁμοιομέρειαι* vocantur quae proprie *ἀποῤῥοαί.* — Denique *διαλλάττοντα τὸν οἶνον* pro *χρηστικὸν οἶνον*, et *ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ τρέφοντος* pro *ἀλλ' ἐκ τοῦ τρέφεσθαι ἐδ.* utrumque item, excepto *ἀλλ' ἤ*, auctore Galeno.

(210) Vid. Emped. vs. 246.

ρων τινὰ συμμετρίαν αἰτιᾶται, τεταγμένως καὶ ὁμαλῶς τὴν τροφὴν διιέντων, ὥστε ἀρκούντως ἐπιῤῥεῖν· τοῖς δὲ φυλλοῤῥοοῦσιν οὐκ ἔστι διὰ μανότητα τῶν ἄνω καὶ στενότητα τῶν κάτω πόρων, ὅταν οἱ μὲν μὴ ἐπιπέμπωσιν, οἱ δὲ μὴ φυλάττωσιν, ἀλλ' ὀλίγον ἀθροῦν λαβόντες ἐκχέωσιν· . . . τὰ δὲ ὑδρευόμενα ἀεὶ τὴν τροφὴν διαρκῆ καὶ σύμμετρον, ἀντέχει καὶ παραμένει ἀγήρω καὶ χλοερά [211]. Empedocles igitur caussam posuit partim in temperiei aequalitate (ὁμαλότητι τῆς κράσεως), quod aequaliter ex humido et calido conflatae tam frigus quam aestum durare possint; partim in pororum συμμετρίᾳ, qua tantum semper alimenti suppeditetur quantum effluat; quum contra in reliquis arboribus stirpium pori angustiores, contra ramorum latiores sint, unde fieri ut multo plus saporum amittant quam acceperint, et ideo exarescant. Haec quae de alimento et incremento dicta sunt, etsi praecipue ad plantas spectant, tamen pleraque valent etiam de animalibus. Utrisque enim pari ratione natura conservatur, verum τοῖς μὲν φυτοῖς ἀναισθήτως ἐκ τοῦ περιέχοντος (ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς) ὑδρευομένοις τὸ πρόσφορον, ἡμᾶς δὲ ἡ ὄρεξις ζητεῖν διδάσκει καὶ διώκειν τὸ ἐκλεῖπον τῆς κράσεως [212]. »Plantae sine sensu ex ambiente coelo et terra hau-

(211) Plutarch. Symp. III, 2. p. 649; Vol. VIII, p. 575. cf. Plutarch. de Plac. phil. V, 26, et Galen. Hist. phil. XXXVI: τὰ μὲν ἐλλιπὲς ἔχοντα το ὑγρὸν, ἐξικμαζομένου τούτου τῷ θέρει, φυλοῤῥοεῖν, τὰ δὲ πλεῖον, ἀεὶ φύλλοις τεθηλότα παραμένειν (Plut. corrupte: τὰ δὲ πλείονα παραμένειν).

(212) Plutarch. Sympos. VI, 2, p. 688. Vol. VIII, p. 744. Perperam Sturz. de toto hoc loco nihil Empedoclis esse putat nisi istud ἐκ τοῦ περιέχοντος, quod omnium minime est Empedocleum.

riunt quae ipsis accommodata sunt, homines vero appetitus quaerere docet, quae corporis temperies desiderat." Haec sententia Empedoclis menti plane conveniens est, excepto isto ἀναισθήτως, ut statim videbimus; verbum ὑδρευομένοις, quod modo eodem sensu habuimus, ab ipso Empedocle petitum videtur.*

§ 30.

De corporeo appetitu; de voluptate et dolore.

Hic autem locus admonere videtur, ut de sensu et appetitu, qui ad corporis necessitates explendas et naturam tuendam valent, agamus.

Empedocles ut omnes naturae res, etiam plantas, animatas censuit, sic iisdem quoque sensum et appetitum tribuit[213]. Sic in Aristotelis qui feruntur libris de Plantis legimus: Ἀναξαγόρας μὲν οὖν καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐπιθυμίᾳ ταῦτα κινεῖσθαι λέγουσιν, αἰσθάνεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι διαβεβαιοῦνται· ὧν ὁ μὲν Ἀναξαγόρας καὶ ζῶα εἶναι καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι εἶπε, τῇ τε ἀποῤῥοῇ τῶν φύλλων καὶ τῇ αὐξήσει τοῦτο ἐκλαμβάνων[214]. Ex his dictis colligi licet, utrumque, Anaxagoram et Empedoclem, in hoc consensisse, sed alterum magis singulatim varios plantarum motus attigisse, alterum universe tantum tam plantis quam animalibus illa communia dixisse, sicut in ipsius versu

(*) ὑδρεύεσθαι simili sensu usurpat Plato Tim. p. 81 A.

(213) Cf. supra p. 442.

(214) Aristot. de Plant. I, 1. p. 768 B.

legimus, quo dicit: *ex elementis omnia; hinc cogitant cuncta gaudentque dolentque* [215].

De sensu autem et appetitu quid generatim existimaverit, narrat Plutarchus in Placitis scribens [216]: Ἐμπεδοκλῆς τὰς μὲν ὀρέξεις γίνεσθαι τοῖς ζώοις κατὰ τὰς ἐλλείψεις τῶν ἀποτελούντων ἕκαστον στοιχείων, τὰς δὲ ἡδονὰς — sed quae sequuntur, ut prorsus corrupta, omitto, praesertim quum multo luculentius ex ipsius versibus cognoscantur. Placuit igitur illi, cupiditatem nasci vacuitate sive desiderio ea adipiscendi quae ad naturam cujusque et temperiem explendam valeant. Cum quo plane concinit quod modo e Plutarcho attulimus: ἡ ὄρεξις ζητεῖν διδάσκει καὶ διώκειν τὸ ἐκλεῖπον τῆς κράσεως. Concinit item illud, quod de Veneris desiderio eleganter finxit, oriri ex eo quod maris et feminae quasi distracta membra conjungi cupiant et velut in integram formam restitui [217].

Quum autem naturalis necessitas expletur, oritur voluptas, in eo posita, quod similia cum similibus

(215) Emped. vs. 325: πάντα . . . φρονέουσι καὶ ἥδοντ' ἠδ' ἀνιῶνται. Quibus ad amussim respondent illa Aristotelis: αἰσθάνεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι. Itaque quae in Plutarchi Placitis phil. V, 26, scripta sunt: Πλάτων, Ἐμπεδοκλῆς καὶ τὰ φυτὰ ἔμψυχα καὶ ζῶα· φανερὸν δὲ ἀπὸ τοῦ σαλεύεσθαι καὶ ἐντεταμένους (ἀνατεταμένους?) ἔχειν τοὺς κλάδους κτλ. haec indicia ab Empedocle non addita videntur. In Galeno Hist. phil. XXXVIII, et Stobaeo Ecl. Phys. I, 48, p. 758, pro Ἐμπεδοκλῆς scriptum est Θαλῆς. Nihil obstat, quominus conjungantur.

(216) Plutarch. Plac. phil. V, 28. Jo. Damasc. in Append. Stobaei Gaisford. p. 72: Παρμενίδης, Ἐμπεδοκλῆς, ἐλλείψει τροφῆς τὴν ὄρεξιν. cf. mox not. 219.

(217) Vid. inferius p. 463.

convenienter naturae consociantur; dolor contra eo, quod contraria miscentur contrariis eoque naturae concentus turbatur. Quod ipsius declarant versus:

ὅσα κρᾶσιν ἐπαρτέα μᾶλλον ἔασιν,
ἀλλήλοις ἔστερκται ὁμοιωθέντ' Ἀφροδίτῃ·
ἐχθρὰ δὲ πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων διέχουσιν, ἄμικτα
γέννᾳ τε κράσει τε — [218]

Hoc placito Empedocles jam praecepit ea, quae de voluptatis et doloris sensu disserit Plato in Philebo, utrumque sic definiens: λέγω τοίνυν, τῆς ἁρμονίας μὲν λυομένης ἡμῖν ἐν τοῖς ζώοις, ἅμα λύσιν τῆς φύσεως καὶ γένεσιν ἀλγηδόνων ἐν τῷ τότε γίγνεσθαι χρόνῳ. — πάλιν δὲ ἁρμοττομένης τε καὶ εἰς τὴν αὑτῆς φύσιν ἀπιούσης, ἡδονὴν γίγνεσθαι λεκτέον [219]. Quae Empedocleae rationi plane congrua.

§ 31.

De Plantarum et animalium propagatione.

Hactenus de rebus sensibusque quae ad naturae

(218) Emped. vss. 326 sqq. Cf. Theophrasti verba cit. in Comment. ad h. vs. p. 261. Jo. Damasc. l. l. Ἐμπεδοκλῆς τὰς ἡδονὰς γίνεσθαι τοῖς μὲν ὁμοίοις [τῶν ὁμοίων], κατὰ δὲ τὸ ἐλλεῖπον πρὸς τὴν ἀναπλήρωσιν, ὥστε τῷ ἐλλείποντι ἡ ὄρεξις τοῦ ὁμοίου· τὰς δὲ ἀλγηδόνας τοῖς ἐναντίοις, [ἢ] ἀλλοτριοῦσθαι γὰρ πρὸς ἄλλα (l. ἄλληλα) ὅσα διαφέρει κατά τε τὴν σύγκρισιν καὶ τὴν τῶν στοιχείων κρᾶσιν. Quae uncis inclusi, delenda censeo. Plutarchi autem verba, quae modo attigi, haec sunt: τὰς δὲ ἡδονὰς ἐξ ὑγροῦ καὶ τὰς τῶν κινδύνων καὶ ὁμοίων κινήσεις, τὰς δ' ὀχλήσεις καὶ τὰς * * quae fortasse sic emendenda et supplenda: τὰς δὲ ἡδονὰς ἐξεργάζεσθαι κατὰ τὰς τῶν οἰκείων καὶ ὁμοίων κινήσεις, τὰς δ' ὀχλήσεις καὶ τὰς ἀλγηδόνας τοῖς ἐναντίοις.

(219) Plato Phileb. p. 31 D. Cf. idem Tim. p. 64 D.

conservationem valent; sequitur ut exponamus de iis quae propagationem spectant: de sexu, concubitu, semine, fetu, aliisque huc pertinentibus.

Incipiendum denuo a plantis. Ut in animalibus disjunctus est sexus virilis et muliebris, sic in plantis utramque naturam mixtam esse animadvertit; hinc fieri, ut ipsae ex se generent, nec genitale semen emittant, sed ova sicut conceptos foetus procreent. Tangit hoc placitum et probat Aristoteles: *ἐν μὲν οὖν τοῖς ζώοις . . κεχώρισται τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, ἐν δὲ τοῖς φυτοῖς μεμιγμέναι αὗται αἱ δυνάμεις εἰσὶ καὶ οὐ κεχώρισται τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος· διὸ καὶ γεννᾷ αὐτὰ ἐξ αὑτῶν καὶ οὐ προΐεται γονὴν, ἀλλὰ κύημα, τὰ καλούμενα σπέρματα. καὶ τοῦτο καλῶς λέγει Ἐμπεδοκλῆς ποίησας »οὕτω δ' ᾠοτοκεῖ μακρὰ δένδρεα πρῶτον ἐλαίας"* [220]. De eodem placito plura se alibi disseruisse dicit, nimirum in libris de Plantis. Atque in his etiam, qui hodieque hoc titulo Aristotelis nomine vulgantur, idem placitum memoratur et refellitur, argutius tamen; ceterum ad Empedoclis sententiam illustrandam parum confert [221], etsi ea non multum explicatione indigere

(220) Aristoteles de Gener. Anim. I, 23. p. 813 A. Empedocl. vs. 245, et Comment. in h. vs. Cf. Plutarch. Plac. phil. V, 26: *διὰ δὲ συμμετρίας τῆς κράσεως τὸν τοῦ ἄῤῥενος καὶ τοῦ θήλεος περιέχειν λόγον.*

(221) Vid. Aristot. de Plant. L. I. Praecipua huc pertinentia notabo: c. 1, p. 768 B: *ὁ δ' Ἐμπ. γένος ἐν τούτοις κεκραμένον εἶναι ἐδόξασεν.* quod placitum postquam c. 2 examinavit, haec deinceps addit p. 770 G: *εἶπε δὲ πάλιν Ἐμπεδοκλῆς, ὅτι τὰ φυτὰ, εἰ καὶ νεοσσοὺς οὐ γεννῶσι, — διότι τὸ γεννώμενον οὐ γεννᾶται εἰ μὴ ἐκ τῆς φύσεως τοῦ σπέρματος, καὶ ὅτι ὅπερ μένει ἐξ αὐτοῦ ἐν τῇ ἀρχῇ τροφὴ γίνεται τῆς ῥίζης καὶ τὸ γεννώμενον κινεῖ αὐτὸ ἑαυτὸ παραυτίκα, — ὅμως οὕτως ὀφείλομεν ὑπολαμβάνειν καὶ ἐν τῇ μίξει τῶν ἀῤῥένων καὶ τῶν*

videtur. Unum restat commemorandum, illum fructus dixisse *περιττεύματα τοῦ ἐν τοῖς φυτοῖς ὕδατος καὶ πυρός*, i. e. nimii caloris et humoris profluentiam [222], vel magis proprie, concocti humoris effluvium [223].

Haec de plantis; pergimus ad animalia, praecipue homines. Meminimus quam supra narravit fabulam de hominum ortu, fingens, principio exstitisse *τύπους* quosdam *οὐλοφυεῖς*, figuras hominum informes quidem, sed integras, nullo sexûs discrimine [224]; ex his deinceps, diviso sexu, mares et feminas prognatos esse, illos sub calidiore, has sub frigidiore coelo ortas [225]. Haec fabula est, ut ipse dicit, *οὐκ ἀπόσκοπος οὐδ' ἀδαήμων*: declarat enim, unde Veneris desiderium hominibus sit innatum. Quum principio conjuncta fuissent marium et feminarum membra, inde remansit in hominibus coïtûs desiderium, quo veluti in pristinam formae integritatem reducantur. Hoc commentum notum est quam eleganter exornatum sit a Platone in Symposio. Talem vero fuisse Empedoclis sententiam colligi potest ex iis, quae de foe-

θηλέων φυτῶν, ὡς ἐπὶ τῶν ζώων, ὅτι καὶ ἡ μῖξις τῶν φυτῶν ἐστὶν ἐν διοικήσει τινί. Quae verba satis obscura nihil fere aliud videntur nisi amplificatio versûs Empedoclei, quem modo laudavit Aristoteles: plantas, etsi non procreent pullos, — quippe quum earum fetus ex ipso semine edantur eoque alantur et suâ ac propriâ vi pullulent, — tamen videri pariter ut animalia, quae concubitu generant, utrumque sexum in se mixtum habere et hac ratione ova parere. — Reliqua tetigi supra p. 459.

(222) Plutarch de Plac. phil. I. I.

(223) Sicut ipse Empedocles vinum appellat vs. 247.

(224) Emped. vs. 251 sqq. cf. Commentar. in h. vs.

(225) Vid. paulo inferius.

tûs generatione dixit, ut tradit Galenus: [226]. *ὁ Ἐμπεδοκλῆς διεσπᾶσθαί φησι τὰ τοῦ γεννηθησομένου μόρια, καὶ τὰ μὲν ἐν τῷ τοῦ ἄῤῥενος σπέρματι, τὰ δ' ἐν τῷ τῆς θηλείας περιέχεσθαι· καὶ αὐτῆς γε τῆς Ἀφροδισίου συμπλοκῆς ἐντεῦθεν γίνεσθαι τοῖς ζώοις τὴν ἐπιθυμίαν, ὀρεγομένων ἀλλήλοις ἑνωθῆναι τῶν διεσπασμένων μορίων.* i. e. »foetûs membra partim in maris, partim in feminae semine contineri; hinc coëundi desiderium ac necessitudinem oriri." Jam si reputemus, Empedoclem rerum naturalium caussas ab origine et primordiis naturae repetere solere, non est dubium quin utriusque sexûs ortum ita sibi informaverit, ut modo proposui.

Haec est igitur venereae cupiditatis origo, quam porro aliae quoque res incitant et augent: *τοῖς μὲν πυκνωθείσης τῆς τροφῆς, τοῖς δὲ τῆς εὐμορφίας τῶν γυναικῶν ἐπερεθισμὸν τοῦ σπερματικοῦ κινήματος ἐμποιησάσης*, ut scriptum est in Placitis philosophorum [227]: »partim largiore alimento, partim muliebris formae illecebris seminis vim incitari." Utrumque, si non verbis ipsius, at sententiae tamen convenienter. Posterius tangit quoque Plutarchus, memorans ipsius Empedoclis versum, quo dicit: *amoris desiderium per oculos hominibus incessere* [228]; ad quod expli-

(226) Galen. de Sem. II, 7; Aristot. de Gener. An. I, 18, IV, 1. (infra cit.)

(227) Plut. Plac. phil. V, 19; Galen. Hist. phil. XXXV.

(228) Plutarch. Qu. Nat. Vol. IX, p. 631 Reisk. *καὶ τὸ συντρέφεσθαι καὶ συναγελάζεσθαι τὰ θήλεα τοῖς ἄῤῥεσιν, ἀνάμνησιν ποιεῖ τῶν ἀφροδισίων καὶ συνεκκαλεῖται τὴν ὄρεξιν, ὡς ἐπ' ἀνθρώπων Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησε* (vs. 256).

candum optime illi accommodatum erat quod de poris et effluxionibus dixit: ut ferrum ad magnetem, sic amantem ad amantem trahi temperiei et naturae consensione, qua alterius *ἀποῤῥοαὶ* in alterum mutuo influant [229].

Porro utriusque sexûs discrimen posuit in diversa temperie, ut in Plutarchi Placitis refertur: *Ἐμπεδοκλῆς ἄῤῥενα καὶ θήλεα γίνεσθαι παρὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα.* [230]. Mares naturâ dixit calidiores, frigidiores feminas [231]: cujus diversitatis quae caussa sit in foetu, infra explicabitur; de prima autem ejus origine Plutarchus haec deinceps subjungit: *ὅθεν ἱστορεῖται, τοὺς μὲν πρώτους ἄῤῥενας πρὸς ἀνατολῇ καὶ μεσημβρίᾳ γεγενῆσθαι μᾶλλον ἐκ τῆς γῆς, τὰς δὲ θηλείας πρὸς ταῖς ἄρκτοις.* i. e. »primos mares praecipue in calidioribus, feminas in frigidioribus terrae partibus natas". Narratio haec ad Empedoclem potissimum videtur spectare, utrum vere an falso tradita, difficile dictu [232]; tamen non abhorret ab illius ingenio: gemina huic commenta de hominum et animalium ortu supra retulimus. Atque haec ipsa regionum divisio concinit cum diversa uteri temperie, qua nunc mares, nunc feminas gigni statuit, his fri-

(229) Cf. supra p. 440.

(230) Plutarch. Plac. phil. V, 7.

(231) Vid. Aristot. de Partib. Anim. II, 2, p. 746 D, qui Empedoclis sententiam Parmenidi oppositam dicit. cf. Parmenid. Rell. p. 260.

(232) Possit quis suspicari, narrationem istam fluxisse e perversa lectione versiculi illius (262):

ἐν γὰρ θερμοτέρῳ τὸ κατ᾽ ἄῤῥενα ἔπλετο γαστρός,

ubi pro *γαστρὸς* vulgo legebatur *γαίης*, quod correxi.

gidiorem, illis calidiorem alvum adsignans. * Num igitur mirandum, si Empedocles illud, quod in humana progenie sibi animadvertisse videbatur, ab ipsis naturae primordiis repetere studuit? [233]

Semen autem pariter inter mares et feminas distribuit, existimans in concubitu ambos quasi *σύμβολον* conferre ad fetum formandum: in neutro totum inesse, sed partim in maris, partim in feminae semine contineri; ideo misceri ambos necesse esse. Aristoteles: *Φησὶ γὰρ ἐν τῷ ἄῤῥενι καὶ τῷ θήλει οἷον σύμβολον εἶναι, ὅλον δὲ ἀπ' οὐδετέρου ἀπιέναι, »ἀλλὰ διέσπασται μελέων φύσις" — ἀλλ', . . . ὥσπερ ἐκεῖνος λέγει, οὐ ταὐτὰ ἀφ' ἑκατέρου, διὸ καὶ δέονται τῆς ἀλλήλων συνουσίας* [234]. Si subtilius quaeratur, quae partes a maribus, quae a feminis proficiscantur, utrum diversae ab utrisque, an dimidiae a singulis, haec Empedocles non attigisse videtur. Sed quae ille omiserat, supplet Philoponus, Aristotelis verba in Commentariis sic explanans [235]: *ὁ δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγεν ὅτι τινὰ μὲν ἀπὸ τοῦ πατρὸς, τινὰ δὲ ἀπὸ τῆς μητρός· ἀπὸ μὲν τοῦ πατρὸς τὰ κυριώτερα, οἷον κεφαλή, καρδία, ἧπαρ, τὰ ὅμοια, ἀπὸ δὲ τῆς μητρὸς τὰ ἀκυρότερα, οἷον πόδες, χεῖρες, τὰ*

(*) Meridionales terrae partes, ut calidiores et sicciores, validius et ardentius animalium hominumque genus procreare, etiam alii veteres animadverterunt, ut Hippocrates de Diaeta II, princ. cit. Sturz. Emped. p. 397 sq.

(233) Cf. quae disserui in Parmen. Rell. p. 261.

(234) Aristot. Gener. Anim. I, 18. p. 804 H. Empedoclis versus, quem citat, est 257. Cf. Aristot. ibid. IV, 1. p. 847 H: *τὰ μόρια διεσπᾶσθαι τοῦ γινομένου, τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἄῤῥενί φησιν εἶναι, τὰ δ' ἐν τῷ θήλει· διὸ καὶ τῆς ἀλλήλων ὁμιλίας ἐπιθυμεῖν.* Add. Galenus citatus superius not. 227.

(235) Philopon. in Aristot. de Gener. An. I, f. 16 A.

ὅμοια. Lepide sane! At idem alio loco Empedoclis sententiam talem fuisse narrat [236]: ἦν δὲ τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ τοιοῦτον· ἐν τῇ ὁμιλίᾳ ἀπὸ μὲν τοῦ ἄῤῥενος ἄπεισιν ἡ ἡμίσεια καρδία, πάνυ σμικρὰ καὶ ἀναίσθητος πρὸς αἴσθησιν, ἀπὸ δὲ τοῦ θήλεος ἡ ἡμίσεια· ὁμοίως ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἄῤῥενος ἥμισυ κεφαλῆς, ἀπὸ δὲ τοῦ θήλεος τὸ ἥμισυ, καὶ ἁπλῶς ἐπὶ πάντων τῶν μέρων, ἑκάστου τούτων τὸ μὲν ἥμισυ ἀπὸ τοῦ ἄῤῥενος, τὸ δὲ ἥμισυ ἀπὸ τοῦ θήλεος. Haec cum praegressis parum concinunt: modo videlicet dicit, praestantiores partes (caput, cor, hepar) a maribus, deteriores (manus, pedes) a feminis proficisci; modo rursus, dimidias membrorum omnium partes ab his, dimidias ab illis originem trahere. Manifestum Philoponi haec esse commenta, quae ut pro Empedocleis venditare posset, ipsum saltem sui memorem esse oportuisset. Inde satis intelligitur, Empedoclem haec universe tantum, non singulatim attigisse. Caeterum videmus, quod Aristoteles animadvertit, Empedoclem pari modo fetum in utero generare atque naturae principio corpora in terrae gremio formaverat, diversis membris in unum conflatis [237].

Quod ad seminis naturam attinet, ex iis quae diximus intelligitur, illud omnem animantis vim continere, atque adeo ex omnibus corporis membris derivatum esse et colliquefactum; quae aliorum item veterum physicorum fuit opinio [238]. Porro quum foe-

(236) Philopon. ibid. IV, f. 81 B.

(237) Aristot. Gener. Anim. I, 18. p. 805 H.

(238) τὸ σπέρμα ἀπὸ παντὸς ἀπιέναι, de quo placito consule Aristot.

tus ex utroque, maris ac feminae, semine cooriatur, oporteat esse inter ambo consensionem quandam, qua rite coalescere et partum procreare possint; alioquin sterilia forent. Quod nisi diserte dixerit Empedocles, eum tamen sensisse declarat placitum de mulorum sterilitate, ab Aristotele relatum [239]: *τὸ δὲ τῶν ἡμιόνων γένος ὅλον ἄγονόν ἐστιν· περὶ δὲ τῆς αἰτίας . . . Ἐμπεδοκλῆς αἰτιᾶται τὸ μῖγμα τὸ τῶν σπερμάτων γίγνεσθαι πυκνὸν ἐκ μαλακῆς τῆς γονῆς οὔσης ἑκατέρας· συναρμόττειν γὰρ τὰ κοῖλα τοῖς πυκνοῖς ἀλλήλων, ἐκ δὲ τῶν τοιούτων γίνεσθαι ἐκ μαλακῶν σκληρόν, ὥσπερ τῷ καττιτέρῳ μιχθέντα τὸν χαλκόν.* — *Τὰ κοῖλα* hic vocantur *οἱ πόροι, τὰ πυκνὰ* vero *αἱ ἀποῤῥοαί* [240]. Caussam igitur mulorum sterilitatis hanc dixit, quod utriusque semen, natura molle, mixtione obrigescat, poris mutua effluxione penitus constipatis, quemadmodum fit si aes et stannum colliquefiant. Apparet inde, Em-

de Gener. Anim. I, 17 et 18, praesertim quae leguntur p. 807 B: *οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι ἐοίκασιν οἰομένοις, (τὸ σπέρμα) εἶναι σύντηγμα· τὸ γὰρ ἀπὸ παντὸς ἀπιέναι φάναι διὰ τὴν θερμότητα τὴν ἀπὸ τῆς κινήσεως, συντήγματος ἔχει δύναμιν.*

(239) Aristot. de Gen. et Corr. II, 8. p. 830 E, qui hanc Empedoclis rationem, ut totam pororum doctrinam, improbat. Aristotelis verba Philoponus Comment. in h. l. f. 59 A sic explanat: *τὴν αἰτίαν τῆς τῶν ἡμιόνων ἀτεκνίας ἀπεδίδου λέγων, ὅτι τὰ κοῖλα καὶ πυκνὰ τοῦ ἱππείου σπέρματος, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ καταμηνίου τῆς ὄνου, . . . ὑγρὰ καὶ μαλακὰ ὄντα, δύνανται διὰ τὴν μαλακότητα μίγνυσθαι ἀλλήλοις καὶ εἰσιέναι τὰ μὲν τῆς γονῆς πυκνὰ εἰς τὰ τοῦ καταμηνίου κοῖλα καὶ γίνεσθαι τὸ πᾶν μῖγμα πυκνὸν ἤτοι ναστὸν, ὡς μηδὲν ὅλως εὑρίσκεσθαι ἐν αὐτῷ κοῖλον ἤτοι πόρον, ἀλλὰ τὸ πᾶν εἶναι ναστὸν καὶ πλῆρες.* Verba *τῷ καττιτέρῳ μιχθ. τὸν χαλκόν*, posui in fragm. nr. 450, ubi cf. Comment. p. 300.

(240) Cf. supra p. 397.

pedoclem ut ceteris in rebus naturalibus, sic in semine quoque postulasse aptam quandam pororum et effluxionum *συμμετρίαν* justamque temperiem, ut foetus generari possit. De mulorum autem sterilitate quod Plutarchus in Placitis refert, Empedoclem caussam dixisse *τὴν σμικρότητα καὶ ταπεινότητα καὶ στενότητα τῆς μήτρας κτλ.* id Aristotelis testimonio redarguitur [241]. Convenientius est hoc Democriti placito caussam dicentis, quod uteri meatus in mulis corrupti essent, *διεφθάρθαι τοὺς πόρους τῶν ἡμιόνων ἐν ταῖς ὑστέραις* [242].

§ 32.

De foetûs ortu, formatione, partu. De lacte, sudore, lacrymis.

Pergimus quae ad fetûs generationem spectant exponere. Quae caussa sit cur vel mares vel feminae nascantur, non convenit inter antiquos; Anaxagoras ab ipso semine discrimen repetit, Empedocles ab utero: *τὰ μὲν γὰρ εἰς θερμὴν ἐλθόντα τὴν ὑστέραν ἄῤῥενα γίνεσθαί φησι, τὰ δ' εἰς ψυχράν, θήλεα· τῆς δὲ θερμό-*

(241) Plutarch. Plac. phil. V, 14; item Galen. Hist. Phil. XXXII. Nescio tamen an utrique hic error eximendus sit delendo nomine *Ἐμπεδοκλῆς*, quod e sequenti *Διοκλῆς* facile irrepere potuit; qua ratione haec verba jungerentur cum antecedentibus, quibus Alcmaeonis placitum exponitur, hoc modo: *Ἀλκμαίων τῶν ἡμιόνων τοὺς μὲν ἄῤῥενας ἀγόνους παρὰ τὴν λεπτότητα τῆς θορῆς . . . τὰς δὲ θηλείας παρὰ τὸ μὴ αναχάσκειν τὰς μήτρας, ὅ ἐστιν ἀναστομοῦσθαι (οὕτω γὰρ αὐτὸς εἴρηκεν), διὰ τὴν σμικρότητα καὶ ταπεινότητα καὶ στενότητα τῆς μήτρας κτλ.* Haec optime cohaerent.

(242) Aristot. de Gen. et Corr. l. l. p. 830 D.

τητος καὶ τῆς ψυχρότητος τὴν τῶν καταμηνίων αἰτίαν εἶναι ῥύσιν, ἢ ψυχροτέραν οὖσαν ἢ θερμοτέραν, καὶ ἢ παλαιοτέραν ἢ προσφατωτέραν[243]. »Semen calidiori utero commissum mares gignere, frigidiori, feminas; diversam autem uteri temperiem effici menstruorum adfluentiâ vel calidiore vel frigidiore, vel antiquiore vel recentiore." Ita Aristoteles. Aliud tamen tradunt Galenus et Censorinus, quorum hic dicit: »e dextris partibus profuso semine mares gigni, at e laevis feminas, Anaxagoram Empedoclemque consensisse;"[244] ille tradit: »in dextra uteri parte mares concipi, laeva feminas, tam Empedocli quam aliis veterum physicorum placuisse"[245]. Utrumque vero Empedoclis et aliorum placita inter se confudisse tum Aristoteles arguit, diserte docens, Anaxagorae et aliorum fuisse istam opinionem, ab Empedoclis vero sententia diversam[246]; tum ipsius ostendit Empedoclis versus a Galeno allatus, cum Aristotelis testimonio plane congruens[247]. Illorum vero error facile inde ortus, quod dextrae corporis partes eaedem fere calidiores quam laevae haberi solebant[248].

(243) Aristot. Gener. Anim. IV, 1. p. 847 C.

(244) Censorin. de Die Nat. c. IV.

(245) Galenus cit. supra ad vss. 262-264; cf. commentar. in h. vs.

(246) Aristot. l. l. *φασὶ γὰρ οἱ μὲν ἐν τοῖς σπέρμασιν εἶναι ταύτην τὴν ἐναντίωσιν εὐθύς, οἷον Ἀναξαγόρας καὶ ἔνιοι τῶν φυσιολόγων, . . . καὶ εἶναι τὸ μὲν ἄῤῥεν ἐκ τῶν δεξιῶν, τὸ δὲ θῆλυ ἐκ τῶν ἀριστερῶν· καὶ τῆς ὑστέρας τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖς δεξιοῖς εἶναι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. οἱ δὲ, ἐν τῇ μήτρᾳ, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς κτλ.*

(247) Emped. vs. 262; cf. item vs. 259 sq.

(248) Istud attigi in Parmen. p. 264.

Sequitur quaestio de liberorum cum parentibus similitudine, de qua duplex potissimum fuit, ut Aristoteles refert, veterum physicorum sententia. Nonnulli, qui ex utriusque parentis semine partum generabant, dicebant foetum huic similem effici, a quo plus oriatur. Alii vero volebant genituram esse quasi *πανσπερμίαν* quandam, omnium figurarum semina in se complexam, quorum quod semen valentius esset, huic congruum foetum procreari[249]. Inter prioris sententiae auctores numerat Empedoclem et Democritum, utrumque redarguens[250]. Cum hoc satis concinit Plutarchus, tale illi tribuens placitum: *Ἐμπεδοκλῆς ὁμοιότητας γίγνεσθαι κατ' ἐπικράτειαν τῶν σπερματικῶν γόνων, ἀνομοιότητας δὲ, τῆς ἐν τῷ σπέρματι θερμασίας ἐξατμισθείσης*[251]: i. e. liberos similes exsistere parentum alterutri, cujus semen sit valentius; dissimiles parentum, si seminis calor (in quo maxime vigor inest) evanuerit. Posterius ab Aristotele non memoratur. Idem adjicit quoque rationem, cur li-

(249) Aristot. de Gener. Anim. IV, 3. p. 852 F et H.

(250) Ibidem, G: *οἱ μὲν γὰρ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς λέγοντες ἢ Δημόκριτος περὶ τοῦ θήλεος καὶ ἄῤῥενος τὴν αἰτίαν, ἄλλον τρόπον ἀδύνατα λέγουσιν· οἱ δὲ τῷ πλεῖον ἢ ἔλαττον ἀπιέναι ἀπὸ τοῦ ἄῤῥενος ἢ θήλεος, καὶ διὰ τοῦτο γίγνεσθαι τὸ μὲν θῆλυ, τὸ δ' ἄῤῥεν, οὐκ ἂν ἔχοιεν ἀποδεῖξαι, τίνα τρόπον τό τε θῆλυ τῷ πατρὶ ἐοικὸς ἔσται καὶ τὸ ἄῤῥεν τῇ μητρί· ἅμα γὰρ ἐλθεῖν πλέον ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδύνατον.* Harum rationum priorem, quae est Empedoclis, non nisi leviter tangit; posteriorem accuratius, quae est Democriti, ut docet ipse in eodem libro IV, 1, p. 847 D. Quocirca hic rectius, opinor, sic legatur: *οἱ μὲν γὰρ, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, λέγοντες περὶ τοῦ θήλεος κτλ. οἱ δὲ, ὥσπερ Δημόκριτος, τῷ πλεῖον ἢ ἔλαττον.*

(251) Plutarch. Plac. phil. V, 11. Galen. Hist. phil. XXXII.

beri interdum non parentum, sed aliorum similitudinem referant: Ἐμπεδοκλῆς τῇ κατὰ σύλληψιν φαντασίᾳ τῆς γυναικὸς μορφοῦσθαι τὰ βρέφη· πολλάκις γὰρ εἰκόνων καὶ ἀνδριάντων ἠράσθησαν γυναῖκες καὶ ὅμοια τούτοις ἀπέτεκον [252]. Scite profecto. Subtilius etiam res exponitur a Censorino, qui haec scribit: »de similitudine liberorum Empedoclis disputata ratio talis profertur: si par calor in parentum seminibus fuerit, patri similem marem procreari; si frigus, feminam matri similem: quod si patris calidum erit et frigidum matris, puerum fore qui matris vultum repraesentet; at si calidum matris, patris autem frigidum, puellam futuram quae patris reddat similitudinem [253]." Notandum quod Censorinus hîc dicit: »Empedoclis ratio talis profertur"; quo indicat, se hanc Empedoclis sententiam non ex ipsius verbis sed e vulgari traditione cognitam habere; haud tamen est probabile, illum hanc rem ita subtiliter et singulatim exposuisse. Immo Aristoteles Empedocli ceterisque hoc ipsum objicit, quod ex illorum ratione explicari nequeat, quomodo fiat, ut interdum puella patris, puer matris vultum referat: οὐκ ἂν ἔχοιεν ἀποδεῖξαι, τίνα τρόπον τό τε θῆλυ τῷ πατρὶ ἔοικος ἔσται, καὶ τὸ ἄῤῥεν τῇ μητρί. Unde effici potest, illos hanc quaestionem ne attigisse quidem: quocirca non dubito, quin, quae Plutarchus et Censorinus hac de re narrant, magnam partem fluxerint ex interpretatione physicorum et medicorum

(252) Plutarch. l. l. V, 12; Galen. ibid.
(253) Censorin. de Die Nat. c. VI, p. 29.

(apud quos magnum Empedoclis nomen), qui illius placita ad suam sententiam accommodaverint.

Etiam de geminis ac tergeminis, quomodo gignantur, opinio ejus profertur. *Ἐμπεδοκλῆς δίδυμα καὶ τρίδυμα γίνεσθαι κατὰ πλεονασμὸν καὶ περισχισμὸν τοῦ σπέρματος*, i. e. semine affluente et in partes scissa. Ita Plutarchus [254], cum quo concinit Censorinus, qui addit, eum causas, cur dividatur semen, non memorasse; »tantum modo ait, si utrumque sedes aeque calidas occupaverit, utrumque marem nasci; si frigidas aeque, utramque feminam; si vero alterum calidiorem, alterum frigidiorem, dispari sexu partum futurum" [255]. Sedes calidas et frigidas appellat uteri locos. Concinunt haec prorsus cum Empedoclis dictis de diverso maris ac feminae partu, quae supra explicuimus: quocirca nisi ipse id dixerit, alteri tamen dicenti omnino assentiri cogeretur.

Denique de monstruosis partibus placitum ejus hoc memoratur [256]: *Ἐμπεδοκλῆς τέρατα γίνεσθαι παρὰ πλεονασμὸν σπέρματος ἢ παρ' ἔλλειψιν, ἢ παρὰ τὴν τῆς κινήσεως ἀρχήν,* * *ἢ παρὰ τὴν εἰς πλείω διαίρεσιν ἢ παρὰ τὸ ἀπονεύειν.*

(254) Plutarch. Plac. phil. V, 10. Galen. XXXII. Tangit hanc opinionem, etsi non nominans auctorem, Aristoteles de Gen. Anim. IV, 4. p. 855 G, sq.

(255) Censorin. de Die Nat. c. VI, p. 30.

(256) Plutarch. Plac. phil. V, 8; Galen. ibidem.

(*) *τὴν τῆς κινήσεως ἀρχήν* corruptum videbatur Corsino et Reiskio, quorum alter corrigit *κινήσεως ἀργίαν*, *motûs segnitiem* s. *inertiam* seminis; alter *κινήσεως ταραχήν*, *motûs turbulentiam.* Frustra, ut mihi videtur. *κινήσεως ἀρχή* intell. *ἀρχὴ τῆς γεννητικῆς κινήσεως*, ut vocat Aristoteles Gen. Anim. IV, 4. p. 854 E, *motûs vitalis principium.* Concinnior quidem fuisset dictio, si haec verba non in medio interposita, sed in fine adjecta fuissent; sed concinnitatis in hoc libello ratio non habenda

i. e. »monstra existere vel redundantiâ seminis vel defectu, vel e prima foetûs motione, vel seminis partiumve scissione vel aberratione: ita, addit scriptor, omnes paene quae afferuntur monstrorum caussas ille praecepisse videtur." Ego autem vereor, ne hîc quoque nimis docte Empedoclem disserentem faciat, praesertim quum nec Aristoteles nec alius quisquam de hoc placito mentionem faciat [256]. Notissima vero sunt Empedoclis *τέρατα*, quae principio naturae exstitisse finxit, *βουγενῆ* illa et reliqua hujus generis: hinc facili interpretatione placitum istud fingi et a naturae origine ad humanum partum transferri potuit [257].

Haec ad foetûs conceptionem spectant; porro incrementum ejus attendamus. Partus utero inclusus involvitur membranâ, cui nomen *ἀμνίον* imposuisse Empedocles traditur [258]. Foetûs autem in utero formationem incipere dixit, ut in Placitis legitur, a die

(256) Aristoteles de Gener. Anim. IV, 4, hac de re disserens, unum memorat Democritum.

(257) Tali confusioni originem praebuerint forsitan verba Aristotelis, Phys. II, 8, p. 270 C D, ubi Empedoclea *βουγενῆ* refert ad *τέρατα*. Cujus verba sic explanat Philopon. Phys. H, 16: *εἰ καὶ δῶμεν ἀληθῆ εἶναι τὸν Ἐμπεδοκλέους μῦθον, ὡς κατ' ἀρχὴν συνέστη τινὰ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα, τοῦ ὁλοφυοῦς τούτου* (i. e. *τοῦ σπέρματος* sive *τῆς ἀρχῆς*) *φθαρέντος δηλόνοτι συνέστη, ὥσπερ καὶ νῦν τὰ τέρατα γίνεται, τοῦ σπέρματος φθαρέντος ἢ πλεονάσαντος ἢ ἐλλείψαντος.* Hinc intelligitur, quam facile fuerit placitorum *ῥαψῳδοῖς* duplex istud monstrorum genus confundere.

(258) Pollux Onom. II, 223: *ἀμνίον Ἐμπεδ. καλεῖ.* Rufus Ephes. de Part. hom c. 37. Cf. Intpp. ad Hesych. in v. Sturz. Emp. p. 436, notat apud Galen. de Usu part. XV, 4 et 5 et Theophil. in Fabric. Bibl. Gr. Vol. XII, p. 896 sqq. scribi *τὸν ἄμνιον, ἀμνεῖον* vel *ἀμνειόν.*

tricesimo sexto, absolvi die undequinquagesimo [259]; posterius hoc comprobat Theon Smyrnaeus dicens, septem dierum hebdomadibus foetum formari, ὡς Ἐμπεδοκλῆς αἰνίττεται ἐν τοῖς Καθαρμοῖς [260]. Septenarium numerum veteres quosdam poëtas in describenda hominum aetate usurpasse notum est [261]; eundem Empedocles tam in membrorum formatione quam in partûs tempore definiendo videtur secutus [262]. Quo autem ordine membra deinceps formentur, etiam de hoc veteres physici disseruerunt, quamquam plerique magis conjectura quam ratione aut naturae experientia freti [263]. Censorinus dicit, Empedoclem censuisse ante omnia cor increscere, quod hominis vitam maxime contineat [264]. Testimonium haud improbabile, etsi testis non satis certus. Eadem sententia placet Aristoteli, qui pluribus locis de hoc disserit, Empedoclis tamen nullam facit mentionen [265]. Ultimo loco formari putavit unguiculos et quae alia sunt hujus generis; unguiculos autem nasci e nervis aëris tactu frigefactis, ut Plutarchus dicit, vel po-

(259) Plutarch. Plac. phil. V, 21; Galen. Hist. phil. XXXVI.

(260) Theon Smyrn. in Exposit. eorum quae in mathem. etc. p. 162. Quod in *Καθαρμοῖς* hanc rem attigisse dicitur, non in Physicis, nulla caussa est cur suspectum habeatur: nam et alia ad hominum vitam et aetates spectantia ibi attigit: cf. Comment. in vss. 364-377.

(261) Testis Aristoteles Polit. VII, 16. extr. Noti sunt Solonis versiculi, p. 64 ed. Bach.

(262) Vid. inferius not. 267.

(263) Ut dicit Aristot. de Gen. Anim. II, 6. p. 825 A.

(264) Vid. Censorin. de Die Nat. c. VI princ. p. 27.

(265) Aristot. de Respir. c. VIII; de Part. Anim. III, 4; de Gener. Anim. II, 6.

tius, ut opinor, aëris siccitate et calore duratis [266]. Primum autem respirare animal censuit tempore demum puerperii, postquam humores foetui circumfusi effluxerint. Sed de respiratione mox singulatim.

Pariendi tempus hominibus definivit mense septimo vel decimo, ut plerique veterum [267]; rationem autem ejus rei, ut multa alia, repetivit a mundi origine, sicut Placitorum scriptores narrant: Ἐμπεδοκλῆς, ὅτε ἐγεννᾶτο τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐκ τῆς γῆς, τοσαύτην γενέσθαι τῷ μήκει τοῦ χρόνου, διὰ τὸ βραδυπορεῖν τὸν ἥλιον, τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐστὶν ἡ δεκάμηνος· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, τοσαύτην γενέσθαι τὴν ἡμέραν, ὁπόση νῦν ἐστὶν ἡ ἑπτάμηνος· διὰ τοῦτο καὶ τὰ δεκάμηνα γόνιμα καὶ τὰ ἑπτάμηνα, τῆς φύσεως τοῦ κόσμου οὕτω μεμελετηκυίας, αὔξεσθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ᾗ τίθεται νυκτὶ τὸ βρέφος [268]. Ergo finxit, in mundi primordiis, quando homines e terra gignerentur, sole tardius progrediente, diem fuisse decem mensium; post, incitato ejus gradu, septem mensium: inde factum ut partus hoc temporis spatio compleatur, quippe cum natura a principio ita ordinasset, ut foetus uno eodemque die maturesceret, qua nocte esset conceptus.

(266) Cf. Plutarch. de Plac. phil. V, 22, cit. supra p. 451. Aristot. de Spir. c. IV, p. 579 B simpliciter dicit: — Ἐμπ. δὲ ἐκ νεύρου τὸν ὄνυχα τῇ πήξει. Durandi autem vim Empedocles igni tribuit, ut supra dictum p. 440, not. 159. Cf. ipse Aristoteles de Part. Anim. II, 6, p. 826 A, 827 G.

(267) Censorin. de Die nat. VII, p. 33; ubi cf. Lindenbr.

(268) Plutarch. Plac. phil. V, 18; Galen. Hist. phil. XXXIV. Pro ᾗ τίθεται νυκτὶ Beckius, auctore Corsino, scripsit ἧς τίθ. νυκτί. Sed vulgata recte se habet, quemadmodum et latine dicitur: eo die nati, qua nocte concepti; non cujus nocte.

Narratio haec talis est, ut fides ejus suspecta haberi haud facile queat, eademque audaci Empedoclis ingenio plane consentanea; recordemur modo quae de animalium ortu et de utriusque sexûs origine commentus est.

Lac autem maternum oriri dixit mensis octavi die decimo, appellatque *πύον λευκόν*, *pus album*, significans illud putrore seu concoctione quadam humorum effici [269]. Lactis mentio admonet nos de lacrymis et de sudore: utrumque oriri voluit, ut in Placitis legimus, *τηκομένου τοῦ αἵματος καὶ περὶ* (leg. *παρὰ*) *τὸ λεπτύνεσθαι διαχεομένου*, sanguine eliquescente, qui, quum attenuatus fuerit, se diffundit [270]; de lacrymis clarius etiam Plutarchus: *ἔνιοι δέ φασιν, ὥσπερ γάλακτος ὀῤῥὸν, τοῦ αἵματος ταραχθέντος, ἐκκρούεσθαι τὸ δάκρυον, ὡς Ἐμπεδοκλῆς.* i. e. ut lacte pulsato serum, sic agitato sanguine lacrymas excerni [271], easque exprimi nimirum per poros tam tenues illos, ut humor iis exire possit, sanguis non possit [272].

§ 33.

De Respiratione.

Jam foetum inde a prima origine suscepimus, for-

(269) Vid. Empedoclis vs. 266, ibique Comment. p. 241 sq. Cf. Lommatsch Weish. d. Emped. p. 216.

(270) Galen. Hist. Phil. XXXVI; cf. Plutarch. Plac. phil. supra p. 451.

(271) Plutarch. Qu. Natt. p. 917; Vol. IX, p. 630.

(272) Ut bene intellexit Jo. Chr. Harles. cit. Sturz. Emped. p. 415. Cf. Emped. vs. 275-279.

mavimus, in lucem eduximus; vidimus praeterea, quae sint praecipua corporis membra et partes, unde haec constent, quomodo alantur et increscant; superest, ut de iis, quibus vitae actio maxime continetur, disseramus. Primo loco memoranda respiratio, de qua quid judicaverit Empedocles, declarant ipsius versus, supra accuratius a nobis expliciti: quocirca nunc satis fuerit sententiae ejus summam adumbrare.

Statuit, ut vidimus, in totâ naturâ nihil esse inane, sed omnia poris perforata, quibus corporum rerumque ea cingentium particulae et elementa perpetuo inter se commeent, intrent, effluant, et in se invicem agant [273]: ab hoc principio respirationem explicat. Respirationem autem intelligit non singulatim eam quae per oris, narium pulmonumque meatus ducitur, sed universe quae fit toto corpore. Ejus principium positum dicit in reciproco sanguinis et aëris fluxu: sanguinem enim, euripi instar per corpus agitatum (κλαδασσόμενον), modo sursum ad cutis extremitates ferri, modo deorsum ad interiores partes refluere; inde, sanguine interiora petente, aërem per omnes meatus et poros tam oris, narium, pulmonum, quam reliqui corporis, intrare et sic per totum corpus diduci; rursus autem prosiliente sanguine, aërem effluere et foras se proripere: in mutuo hoc fluxu respirationem et exspirationem ponit, pulmonum contractioni et expansioni respondentem, quam clepsydrae similitudine illustrat [274].

(273) Vid. Aristot. cit. supra p. 398.

(274) Empedocles vss. 275-299. cf. Comment. p. 244 sqq.

Hoc modo Empedocles rem adumbrat; ceterum eam a principio repetivit ostenditque, qualis sit in infante recens nato primus respirandi exspirandique modus. Plutarchus haec ita describit[275]: Ἐμπεδοκλῆς τὴν πρώτην ἀναπνοὴν τοῦ ζώου γίνεσθαι, τῆς ἐν τοῖς βρέφεσιν ὑγρασίας ἀποχώρησιν λαμβανούσης, πρὸς δὲ τὸ παρακενωθὲν ἐπεισόδου ἔξωθεν τοῦ ἐκτὸς ἀερώδους γινομένης εἰς τὰ παρανοιχθέντα τῶν ἀγγείων· τὸ δὲ μετὰ τοῦτο ἤδη τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ τῇ πρὸς τὸ ἐκτὸς ὁρμῇ τὸ ἀερῶδες ὑπαναθλίβοντος, τὴν ἐκπνοήν, τῇ δὲ εἰς τὸ ἐντὸς ἀνθυποχωρήσει τῷ ἀερώδει τὴν ἀντεπείσοδον παρεχομένου, τὴν εἰσπνοήν. »Primam animantis respirationem fieri, quando humor foetui circumfusus diffluxerit et vacuum locum occupet aër exstrinsecus in aperta corporis vasa illapsus; deinceps autem naturali corporis calore foras prorumpente et aërem repellente, primam exspirationem fieri, rursus illius recessu aëre succedente, respirationem." Ab hoc initio rem coeptam porro consequi eo modo quo descripsi-

(275) Plutarch. Plac. phil. IV, 22; Galen. Hist. phil. XXIX. In initio autem sententiae vulgo legebatur: *τὴν πρώτην ἀναπνοὴν τοῦ πρώτου ζώου γενέσθαι.* Sed *γενέσθαι* mutavi in *γίνεσθαι* et *πρώτου* ejeci, quod respuit sensus et abest in altero loco Plutarchi V, 15, Galeni XXXIII, ubi eadem fere alio modo traduntur: *Ἐμπεδοκλῆς μὴ εἶναι μὲν ζῶον τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἔμπνουν ὑπάρχειν ἐν τῇ γαστρί. πρώτην δὲ ἀναπνοὴν τοῦ ζώου γίνεσθαι κατὰ τὴν ἀποκύησιν, τῆς μὲν ἐν τοῖς βρέφεσιν ὑγρασίας ἀποχώρησιν λαμβανούσης, πρὸς δὲ τὸ παρακενωθὲν ἐπεισόδου τοῦ ἐκτὸς ἀερώδους γενομένης* (l. *γινομένης*) *εἰς τὰ παρανοιχθέντα τῶν ἀγγείων.* Cuivis attento animo haec legenti apparebit, opinor, transposita voce *μή*, legendum esse: *Ἐμπ. εἶναι μὲν ζῶον τὸ ἔμβρυον, ἀλλὰ μὴ ἔμπνουν ὑπάρχειν ἐν τῇ γαστρί.* Nam *ἀναπνοὴ* incipit demum, ut dicit, *κατὰ τὴν ἀποκύησιν.*

mus. Inde autem simul discimus, quae caussa sit cur sanguis sursum prosiliat: ideo videlicet, quod τὸ ἔμφυτον θερμὸν sive, ut Empedocleo vocabulo utar, τὸ ὠγύγιον πῦρ [276], quod in sanguine inest, foras prorumpat ad sui simile tendens. Empedoclis sententiam sequitur fere Plato, qui item reciprocâ caloris (qui in sanguine inest) et aëris motione et circumactu respirationem contineri, item aërem intrare censet non per vacuum sed per poros sive, ut ipse dicit, διὰ μανῶν τῶν σαρκῶν, quae eadem sunt atque λίφαιμοι σαρκῶν σύριγγες Empedoclis. Quamquam Plato non universe, ut ille, sed singulatim omnia attingit et subtiliter persequitur [277].

Post respirationem sequatur ut de alimento dicamus, quod Empedocles posuit in eo quod similia ad se trahant similia. Sed de hoc quum supra sit expositum, pergimus ad sensus.

§ 34.

De sensibus: odoratu, gustatu, auditu, visu, rebusque ad visum pertinentibus.

De sensu quid universe judicaverit Empedocles, tactum a nobis, ubi de poris disseruimus; unde apparet, ex ejus sententia percipi et sentiri eo

(276) Emped. vs. 307, etsi de alia re loquens.

(277) Plato Tim. p. 79; ubi Empedocleam sententiam tangit Stallbaum, p. 318.

quod rerum effluxiones singulae singulis sensibus congruae in poros intrent; quod breviter sic enuntiat Theophrastus [279]: Ἐμπεδοκλῆς φησὶ τῷ ἐναρμόττειν (τὰς ἀποῤῥοὰς) εἰς τοὺς πόρους τοὺς ἑκάστης (αἰσθήσεως) αἰσθάνεσθαι. Hinc porro consequitur id quod subjungit: *διὸ καὶ οὐ δύνασθαι τὰ ἀλλήλων κρίνειν, ὅτι τῶν μὲν εὐρύτεροι, τῶν δὲ στενότεροι τυγχάνουσιν οἱ πόροι πρὸς τὸ αἰσθητόν, ὡς τὰ μὲν οὐχ ἁπτόμενα διευτονεῖν, τὰ δ' ὅλως εἰσελθεῖν οὐ δύνασθαι.* i. e. »ideo non posse quempiam de alterius sensu judicare: nam quum, pro diversa cujusque sensuum conditione ac temperie, in aliis angustiores sint pori, in aliis latiores, hinc quod effluxiones in hos non penitus penetrare, in hos ne intrare quidem possint omnino." Itaque de his suum esse cuique judicium. Jam quod ad singulares sensus attinet, de doloris et voluptatis sensu supra dictum; de tactu universe non meminit; de odoratu et gustatu carptim; accuratius de auditu, praesertim vero de visu. De quibus singulis quae commemorata sunt, exponemus.

Incipiendum ab odoratu, qui cum respiratione arcte cohaeret; utrumque Empedocles pari ratione et conjuncte explicuit [280]: intrante enim aëre cum pulmonum respiratione simul odorem hauriri putavit. Odores autem esse rerum *ἀποῤῥοὰς* per aërem diffu-

(279) Theophrastus de Sensu, § 7, p. 649 Schneid. cf. Plutarch. de Plac. phil. IV, 9, et Galen. Hist. phil. XXIV, *Ἐμπ. παρὰ τὰς συμμετρίας τῶν πόρων τὰς κατὰ μέρος αἰσθήσεις γίνεσθαι, τοῦ οἰκείου τῶν αἰσθητῶν ἑκάστῃ (αἰσθήσει) ἁρμόζοντος.*

(280) Quod indicat Empedoclis vs. 301.

sas, quod intelligitur e Plutarchi verbis, ubi commemorans Empedoclis sententiam dicit: canem ferarum cubilia naribus indagare, excipiendo *τὰς ἀποῤῥοάς*, quas illae in sylvis reliquerint [281]. Has particulas esse tenuissimas, unde fieri ut, quando gravior sit respiratio, velut in fluxionibus sive rheumatismis, eae naribus non percipiantur [282].

Quod ad gustatum attinet, excitatur hic saporibus; saporum autem varia genera aquâ contineri dixit, et tenuissimis item constare particulis sensum fugientibus: *ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ ἔχειν τὰ γένη τῶν χυμῶν ἀναίσθητα διὰ σμικρότητα*, ut auctor est Aristoteles [283]. Sic in aqua marina non solum salsas, sed dulces quoque partes inesse voluit, ut supra vidimus [284]; ceterum, collectis demum et concretis similibus particulis, diversos sapores, ut amarum, austerum, dulce, acidum, percipi, sponte intelligitur.

De auditu quid senserit, memorat Theophrastus his verbis [285]: *τὴν δ' ἀκοὴν ἀπὸ τῶν ἔσωθεν γίνεσθαι*

(281) Empedocl. vs. 300; cf. Commentar. p. 253. Similis fere fuit aliorum veterum opinio, odorem vel *ἀτμίδα* (*vaporem*) vel *ἀναθυμίασιν* (*fumum*) appellantium. Vid. Aristot. de Sensu, c. 5, p. 517.

(282) Plutarch. Plac. phil. IV, 17: *Ἐμπεδοκλῆς ταῖς ἀναπνοαῖς ταῖς ἀπὸ τοῦ πνεύμονος συνεισκρίνεσθαι τὴν ὀδμήν· ὅταν γοῦν ἡ ἀναπνοὴ βαρεῖα γένηται, κατὰ τραχύτητα μὴ συναισθάνεσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν ῥευματιζομένων.* — *κατὰ τραχύτητα*, puta *τῆς ἀναπνοῆς*, ut Beckius; nisi malis *κατὰ παχύτητα*, scil. *τῶν πόρων*, *poris obstructis*. cf. Galen. XXVI; Jo. Damasc. in Append. Stobaei Gaisf. p. 26.

(283) Aristot. de Sensu, c. 4. p. 515 F. (284) Vid. supra p. 439.

(285) Theophr. de Sensu, § 9, p. 650. Scripsi autem *ἀπὸ τῶν ἔσωθεν*

ψόφων· ὅταν γὰρ ὑπὸ τῆς φωνῆς κινηθῇ (ἡ ἀκοὴ), ἠχεῖν ἐντός· ὥσπερ γὰρ εἶναι κώδωνα τῶν ἔσω ἤχων τὴν ἀκοήν, ἣν προσαγορεύει σάρκινον ὄζον, κινουμένην δὲ παίειν τὸν ἀέρα πρὸς τὰ στερεὰ καὶ ποιεῖν ἦχον. »Auditum interiore aurium sono effici hoc modo: quando vox aures tangat, intus resonare, eo quod auditus sit tubae instar, quae aëris flatu tacta hunc densis (i. e. cartilagineis) parietibus repercutiat sonitumque reddat." Κώδωνος istius meminit etiam Plutarchus, ejusdem placitum ita referens [286]: Ἐμπεδοκλῆς τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι κατὰ πρόσπτωσιν πνεύματος τῷ κοχλιώδει, ὅπερ φησὶν ἐξηρτῆσθαι ἐντὸς τοῦ ὠτὸς, κώδωνος δίκην αἰωρούμενον καὶ τυπτόμενον. i. e. »auditum effici aëre illapso in cochleam cartilagineam, quam intra aurem aptatam dicit, tintinnabuli in modum suspensam et pulsatam." Istud κοχλιῶδες interpreti tribuendum; ceterum utrum quis tubae an tintinnabuli notionem praeferat, ad sensum parum interest: apparet Empedoclem existimasse, auditum effici partim externo sonitu sive aëris tactu, partim ipsius auris resonantiâ, quae ambo natura inter se congrua esse

pro vulg. ἀπὸ τῶν ἔξωθεν; quod indicat ipse Theophrastus paullo inferius hoc placitum redarguens, § 21, p. 655: ἀλλὰ περὶ τὴν ἀκοὴν ὅταν ἀποδῷ τοῖς ἔσωθεν γίγνεσθαι ψόφοις, ἄτοπον τὸ οἴεσθαι, δῆλον εἶναι, πῶς ἀκούουσιν ἔνδον ποιήσαντα ψόφον ὥσπερ κώδωνα· τῶν μὲν γὰρ ἔξω δι' ἐκεῖνον (τὸν κώδωνα) ἀκούομεν, ἐκείνου δὲ ψοφοῦντος διὰ τί; Ita enim haec verba legenda; sensus est: Empedocles, quum interiore quasi tubae sonitu auditum effici dicit, non explicuit, quomodo hic tubae sonus audiatur: externos enim sonos per tubam audimus; at qua ratione ipsam tubam?

(286) Plutarch. de Plac. phil. IV, 16. Pro κοχλιώδει Galenus Hist. phil. XXVI legit κοχλιώδει χόνδρῳ.

et alterum alteri respondere. Ipsam autem aurem, ut Theophrastus notat, vocavit *σάρκινον ὄζον*, *ramum sive nodum carneum;* audacter, ut solet; simili metaphorâ brachia *κλάδους* appellat[287].

Venimus ad visum, quem ut acerrimum omnium sensuum ac praestantissimum accuratius descripsit. Illius de hoc sententiam partim declarant ipsius versus, plenius vero Theophrasti interpretatio, qui postquam de sensu generatim dixit ea quae modo attuli, deinceps sic pergit[288]: *πειρᾶται δὲ καὶ τὴν ὄψιν λέγειν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ποία τις ἐστί; φησὶ γὰρ τὸ μὲν ἐντὸς αὐτῆς εἶναι πῦρ, τὸ δὲ περὶ αὐτὸ γῆν καὶ ἀέρα [καὶ ὕδωρ], δι' ὧν διιὸν, λεπτὸν ὂν, [λάμπειν] † καθάπερ τὸ ἐν τοῖς λαμπτῆρσι φῶς. Τοὺς δὲ πόρους ἐναλλὰξ κεῖσθαι τοῦ τε πυρὸς καὶ τοῦ ὕδατος, ὧν τοῖς μὲν τοῦ πυρὸς τὰ λευκὰ, τοῖς δὲ τοῦ ὕδατος τὰ μέλανα γνωρίζειν· ἐναρμόττειν γὰρ ἑκατέροις ἑκάτερα· φέρεσθαι δὲ τὰ χρώματα πρὸς τὴν ὄψιν διὰ τὴν ἀποῤῥοήν. Συγκεῖσθαι δ' οὐχ ὁμοίως τὰς ὄψεις ἐκ τῶν ἀντικειμένων, [ἀλλὰ ταῖς μὲν πλέον, ταῖς δ' ἔλαττον *], καὶ ταῖς μὲν ἐν μέσῳ, ταῖς δ' ἐκτὸς εἶναι τὸ πῦρ· διὸ καὶ τῶν ζώων τὰ μὲν μεθ' ἡμέραν, τὰ δὲ νύκτωρ μᾶλλον ὀξυωπεῖν· ὅσα μὲν πυρὸς ἔλαττον ἔχει, μεθ' ἡμέραν (ἐπανισοῦσθαι γὰρ αὐτοῖς τὸ ἐντὸς φῶς ὑπὸ τοῦ ἐκτός), ὅσα δὲ τοῦ ἐναντίου, νύκτωρ (ἐξαναπληροῦσθαι γὰρ καὶ τούτοις τὸ*

(287) Emped. vs. 360. (288) Theophrast. de Sensu § 7 sq. p. 649.

(†) Inserui vocabula *καὶ ὕδωρ* et *λάμπειν*. Illud auctoris sententia, hoc verborum structura requirit. Empedocles vs. 307: *λάμπεσκε* —

(*) Auctore Philippsono, haec verba inserui, quae certe intelligenda, et paullo ante *τὰς ὄψεις ἐκ τῶν ἀντ.* scripsi pro *τὰς δ' ἐκ τῶν ἀντ.*

ἐνδεές)· ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις θάτερον· * ἀμβλυωπεῖν μὲν καὶ μεθ' ἡμέραν οἷς ὑπερέχει τὸ πῦρ (ἐπαυξηθὲν γὰρ ἔτι ἐπιπλάττειν καὶ καταλαμβάνειν τοὺς τοῦ ὕδατος πόρους †), οἷς δὲ τὸ ὕδωρ, ταὐτὸν τοῦτο γίνεσθαι νύκτωρ (καταλαμβάνεσθαι γὰρ τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ ὕδατος), ἕως ἂν τοῖς μὲν ὑπὸ τοῦ ἔξωθεν φωτὸς ἀποκριθῇ τὸ ὕδωρ, τοῖς δ' ὑπὸ τοῦ ἀέρος τὸ πῦρ· ἑκατέρων γὰρ ἴασιν εἶναι τὸ ἐναντίον. Ἄριστα δὲ κεκρᾶσθαι καὶ βελτίστην εἶναι τὴν ἐξ ἀμφοῖν ἴσων συγκειμένην. Καὶ περὶ μὲν ὄψεως σχεδὸν ταῦτα λέγει. Haec Theophrastus. De singulis quae attigit, de visu, oculorum compositione et diversa temperie, de coloribus aliisque huc pertinentibus pauca dicenda [289].

Oculos, ut reliquas res omnes, ex omnibus ele-

(*) ἐν τοῖς ἐναντίοις (i. e. τοῖς ἐναντίως συγκειμένοις) θάτερον (aut, si mavis, τοὐναντίον) scripsi pro vulgato ἐν τ. ἐναντ. ἑκάτερον. Spectat ad sequens ἀμβλυωπεῖν, quod oppositum praegresso ὀξυωπεῖν.

(†) In his parvâ opus erat verborum transpositione, quum vulgata lectio sic habeat: ἀμβλυωπεῖν μὲν γὰρ καὶ οἷς ὑπερέχει τὸ πῦρ, ἐπαυξηθὲν ἔτι μεθ' ἡμέραν ἐπιπλάττειν κτλ.

(289) Comparandus cum his Io. Philoponus in Aristot. de Gener. Anim. V, 1 (cit. not. 223), f. 105 B: Ἐμπ. τὸ μὲν αἰσθητήριον τῆς ὄψεως . . . ποιῶν ἐκ τῶν τεττάρων στοιχείων, τὴν δὲ ὄψιν αὐτήν φησι τὴν τῆς ψυχῆς δύναμιν καθ' ἣν ὁρῶμεν, ἥτις καὶ ἐστὶν εἶδος τοῦ ὀφθαλμοῦ· ταύτην δὴ τὴν ὄψιν πῦρ λέγων, ἔλεγεν, ὅτι ἐν οἷς ὄμμασιν (ἐπεὶ ἐκ τῶν δ' εἰσὶ στοιχείων) πλεονάζει μὲν τὸ πῦρ, ἐλλείπει δὲ τὸ ὕδωρ, ταῦτα τὰ ὄμματά εἰσι γλαυκά· τὸ γὰρ πῦρ λευκόν, καὶ ὁ γλαυκὸς ὀφθαλμὸς τοιοῦτος, λευκὸς γὰρ καὶ αὐτός· ἐν οἷς δὲ τὸ μὲν πῦρ ἐλλείπει, πλεονάζει δὲ τὸ ὕδωρ, μελανόμματα· καὶ διὰ τοῦτό φησιν Ἐμπ. τὰ γλαυκὰ ἡμέρας μὴ ὁρᾷν δι' ἔνδειαν ὕδατος· δεῖ γὰρ τὸ μέλλοντι ὁρᾷν ὕδατος· . . . τὰ δὲ μελανόμματα πάλιν τῆς νυκτὸς μὴ ὁρᾷν δι' ἔνδειαν πυρός. Quod ὄψιν dicit τὴν τῆς ψυχῆς δύναμιν et εἶδος τοῦ ὀφθαλμοῦ, non est Empedocleum; caetera recte.

mentis conflatos putavit; aciem tamen sive videndi vim igni praesertim contineri, ut testantur ejus versus, quibus dicit, intus in oculi pupilla ignem latere tunicis involutum, humore circumdatum, per quae flammam sicut lanternae facem penetrare lucemque diffundere [290]. Quid igitur? Num oculi ex Empedoclis sententia luce externâ non indigent ad videndum? Hoc significat Aristoteles, dicens: Empedoclem videri existimare, ἐξιόντος τοῦ φωτὸς βλέπειν [291] : unde probabile est, illum non diserte quidem id explicuisse; attamen, si non dixit, voluit certe, interiorem illum ignem exteriore luce elici et adjuvari, similiter ut Plato, ἐκπίπτειν τὸ ὅμοιον πρὸς ὅμοιον [292]: quod cum tota Empedoclis ratio de sensibus, tum praesertim quae de oculorum fabricatione dixit, declarant. In ipsius qui supersunt versibus haec fabricatio non nisi leviter tangitur, clarius vero e Theophrasto cognoscitur. Voluit, visum non solo ex igni constare, sed igni et aquâ temperatum esse ita, ut utriusque particulae et pori alternis (ἐναλλὰξ) disposita et arcto vinculo colligata sint; quo spectare videtur ille versus: γόμφοις ἀσκήσασα καταστόργοις Ἀφροδίτη [293]. Istorum autem elementorum alterum luci, alterum tenebris cognatum. Porro certam requisivit temperiem, quam non eandem omnibus esse dixit, sed

(290) Emped. vs. 302 sqq.

(291) Aristot. de Sensu c. 2, p. 512 G, et paullo post, p. 513 C.

(292) Plato Tim. p. 45 C. cf. Chalcid. in Tim. p. 365-368, cum annotat. Fabricii.

(293) Emped. vs. 228.

variatam, unde varium effici visum: in aliis ignem obtinere medium, in aliis exteriorem locum; illos interdiu, hos noctu acutius cernere; puta vespertiliones, bubones, aliaque id genus. Huc spectat ille versus: *τῶν δ' ὅσ' ἔσω μὲν πυκνὰ, τὰ δ' ἔκτοθι μανὰ πέπηγε* — [294] Porro in aliis plus ignis inesse, in aliis plus aquae; hos nigro, illos caesio esse colore [295]. Caesios, quod in his plus ignis insit quam aquae, noctu acutiores esse, luce hebetiores; contra nigros, in quibus plus humoris, interdiu acrius cernere; cujus rei rationem hanc dixit: *ἐπανισοῦσθαι ἑκατέροις τὸ ἐνδεὲς ὑπὸ τοῦ ἐκτός*, h. e. quod utrisque naturâ desit, id extrinsecus accedente luce vel caligine suppleri. Itaque caesios, in quibus ignis abundet, noctu acrius cernere quam nigros, quod in illis humoris defectus offusis noctis tenebris compensetur; eosdem vero interdiu obtusius, quod affluente externa luce exiguus humor prorsus obruatur aciesque praestringatur; contrario modo nigros. Optimum autem visum dixit eum,

(294) Emped. vs. 230.

(295) Hoc memorat Aristoteles Problem. XIV, 14, p. 577 C: *διὰ τί οἱ πρὸς μεσημβρίαν οἰκοῦντες μᾶλλόν εἰσι μελανόφθαλμοι; ἢ γλαυκὰ μέν ἐστι τὰ ὄμματα δι' ὑπερβολὴν τοῦ ἐντὸς θερμοῦ, μέλανα δὲ διὰ τὴν τούτου ἀπουσίαν; ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησί.* Idem de Gener. Anim. V, 1. p. 863 G: *τὸ μὲν οὖν ὑπολαμβάνειν, τὰ μὲν γλαυκὰ πυρώδη, καθάπερ Ἐμπ. φησὶ, τὰ δὲ μελανόμματα πλεῖον ὕδατος ἔχειν ἢ πυρός, καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἡμέρας οὐκ ὀξὺ βλέπειν, τὰ γλαυκὰ, δι' ἔνδειαν ὕδατος, θάτερα δὲ νύκτωρ δι' ἔνδειαν πυρός, οὐ λέγεται καλῶς.* Nigros oculos interdiu, caesios noctu acrius cernere et alii veterum animadverterunt, ut Diogenes Apoll. apud Theophrastum de Sensu c. 42. cf. Plinius H. N. XI, 53 sqq. Empedoclis sententiam defendit Ast. Comment. in Platon. Phaedr. p. 332 sq.

in quo opposita elementa aequaliter sint temperata. Ex his omnibus apparet, Empedoclem oculum ita formasse, ut tam luci quam nocti responderet et cum utrâque ei intercederet mutua necessitudo: luce caliginem oculo insitam quasi dispelli, tenebris lumen oculi opprimi.

Hanc visûs temperiem congruam quoque judicavit percipiendis coloribus, dicens, humore nigrum colorem, igni candidum cerni [296], quemadmodum universe simile simili percipi voluit; colores autem esse corporum effluxiones in oculos intrantes per poros; unde ducta illa Platonis definitio: *ἐστὶ χρόα ἀποῤῥοὴ σχημάτων ὄψει σύμμετρος καὶ αἰσθητός* [297]. Sed non solum colores hoc modo, verum etiam formas ac figuras cerni; quod tangit Plutarchus dicens: Democritum censere, res cerni simulacris in oculos incurrentibus (*κατ' εἰδώλων εἰσκρίσεις*); alios, radiis ex oculis emicantibus; Empedocles vero, inquit, *τοῖς εἰδώλοις τὰς ἀκτῖνας ἀνέμιξε, προσαγορεύσας τὸ γιγνόμενον ἀκτῖνας εἰδώλου, συνθέτως* [298]. i. e. »Emp. oculorum radios

(296) Duos hos colores posuit tanquam praecipuos, quibus reliqui sint subjecti. In Stob. Ecll. Phys. I, 17, p. 364, Emp. dicitur quatuor statuisse colores, quatuor elementis congruentes: *τέτταρα δὲ τοῖς στοιχείοις ἰσάριθμα, λευκόν, μέλαν, ἐρυθρόν, ὠχρόν.* Nisi haec inserta sint (nam locus Stobaei interpolatus est), potius credo, eum duos posteriores illis adjunxisse ut cognatos, ita: *λευκὸν καὶ ἐρυθρόν, μέλαν καὶ ὠχρόν.* Similia haec iis quae in Timaeo Locr. c. 12 leguntur.

(297) Plato Menon. p. 76 D. cf. supra p. 397. Tangit Aristot. de Sensu c. 3, p. 514 H: *τὸ μὲν οὖν, ὥσπερ οἱ ἀρχαῖοι, λέγειν ἀποῤῥοίας εἶναι τὰς χρόας καὶ ὁρᾶσθαι διὰ τοιαύτην αἰτίαν, ἄτοπον.*

(298) Plutarch. Plac. phil. IV, 13; quem e Galeno Hist. phil. XXV emendavit Beckius.

cum rerum simulacris conjunxit, visiones appellans *ἀκτῖνας εἰδώλου*, composito vocabulo." Unde forsitan conjiciat quis legendum *εἰδωλάκτινας*, unâ voce, sive substantivi loco habeatur tanquam *ἀκτῖνας εἰδωλοφανεῖς*, sive adjectivi, ut *εἰδωλαυγεῖς*. Sed haec mera est conjectura.

Speculorum autem imagines existere tali modo docuit, ut scribit Plutarchus [299]: *κατ' ἀποῤῥοίας μὲν τὰς συνισταμένας ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κατόπτρου, τελειουμένας δὲ ὑπὸ τοῦ ἐκκρινομένου ἐκ τοῦ κατόπτρου πυρώδους, καὶ τὸν προκείμενον ἀέρα, εἰς ὃν φέρεται τὰ ῥεύματα, συμμεταφέροντος.* Quae obscurius dicta hunc habent sensum: imagines speculis relucere eo, quod corporum *ἀποῤῥοαὶ* in speculi superficie consistant et effluente e speculo igni sive resplendente luce in effigies formentur (*τελειοῦνται*), eâdemque ignis effluxione objectus aër una cum imaginibus ad oculos referatur. Itaque Empedocles putavit, ut ex oculis, sic e speculo quoque radios emitti, quibus corporum effluxiones illustrentur et repercutiantur [300]. Denique quod quaedam corpora pellucida sunt, poris tribuisse videtur, ut supra apud Aristotelem legimus: *ὁρᾶσθαι διά τε ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ τῶν διαφανῶν διὰ τὸ πόρους ἔχειν, ἀοράτους μὲν διὰ σμικρότητα, πυκνοὺς δὲ καὶ κατὰ στοῖχον, καὶ μᾶλλον ἔχειν τὰ διαφανῆ*

(299) Plutarch. Plac. phil. IV, 14; Galen. Hist. phil. XXV. Cum hoc cf. Platonis sententia in Timaeo p. 46 A, ubi plura Stallbaum, et Lucretus IV, vs. 96 sqq. et 270 sqq.

(300) Quod non cepit Sturzius, qui in Plutarcho pro *ἐκκριν. ἐκ τοῦ κατόπτρου πυρ.* corrigi voluit *ἐκ τοῦ ὀφθάλμοῦ*. Similiter Goethe Doctr. Color. T. II, princ.

μᾶλλον[301]. Et haec quidem sunt quae de visu rebusque visum spectantibus exponenda habui. De sensibus igitur hactenus.

§ 35.

De intellectu.

Venimus ad praestantiorem illam hominis partem, a qua tanquam fonte omnis sentiendi vis et facultas proficiscitur. Hanc Empedocles parum exploratam habuit: nam neque sensus ad mentem tanquam principium retulit, neque ipsum intellectum a sensu juste distinxit. Quae autem sit illius sententia, ordine exponendum.

Primum audimus ipsum in carmine dicentem: *omnibus intellectum et cogitationem* (φρόνησιν καὶ νόημα) *esse communia*[302], hominibus, bestiis, arboribus; unde interpretes Empedocli tribuerunt illud placitum: nullum animal esse rationis expers, sed omnia, plantas etiam, sapere et cogitare[303]. Potius vero inde efficiatur, quod modo diximus, illum cogitare et sentire origine ac naturâ eadem putasse; etsi ei licuit pro diversa cujusque natura ac tempe-

(301) Aristoteles cit. supra p. 398; quae prolixe, ut solet, explanat Jo. Philopon. de Gener. et Inter. f. 35 B.

(302) Emped. vs. 313.

(303) Sext. Empir. adv. Math. VIII, s. 286, cit. in commentar. ad vs. laud. p. 257; Aristot. de Plant. I, 1, princ. (cf. supra p. 459.) Simplic. de Anima I, f. 19 B; Stobaeus Ecll. Phys. I, c. 51, p. 790: *Παρμενίδης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος, ταὐτὸν νοῦς καὶ ψυχή, καθ' οὓς οὐδὲν ἂν εἴη ζῶον ἄλογον κυρίως.* Tangit Porphyr. de Abstin. III, 6. p. 230 Rhoer.

rie his altiorem, illis humiliorem tribuere indolem et ingenii facultatem. Atque illud ipsum tam in Empedocle quam in aliis veteribus reprehendunt Aristoteles et Theophrastus, ille quidem his verbis[304]: *οἵ γε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταὐτόν εἶναί φασιν, ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε, »πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις κτλ." καὶ ἐν ἄλλοις, »ὅθεν σφίσιν αἰεὶ κτλ."* — *πάντες γὰρ οὗτοι τὸ νοεῖν σωματικὸν ὥσπερ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ὑπολαμβάνουσι· καὶ αἰσθάνεσθαί τε καὶ φρονεῖν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον.* »Veteres sentire et cogitare idem esse ajunt, ut Empedocles in versibus dicens: *mentem ab externis rebus pendere*, et, *prout cujusque corporis habitus mutetur, sic intellectum quoque mutari.* Hic et alii ut sensum sic intellectum quoque corpori tribuunt, et sentiri pariter atque intelligi dicunt similia similibus."

Clarior erit haec Empedoclis sententia, si quae de intellectûs ratione exposuit attenderimus, quae partim ex ipsius versibus, plenius vero e Theophrasto cognoscuntur. Hic postquam de sensu retulit ea quae superius memoravi, deinceps haec addit de intellectu[305]: *ὡςαύτως δὲ λέγει καὶ περὶ φρονήσεως καὶ ἀγνοίας· τὸ μὲν γὰρ φρονεῖν εἶναι τοῖς ὁμοίοις, τὸ δ' ἀγνοεῖν τοῖς ἀνομοίοις, ὡς ἢ ταὐτὸν ἢ παραπλήσιον ὂν τῇ*

(304) Aristoteles de Anim. III, 3. p. 501 sq. Versus Empedoclis, quos citat, sunt 318 sqq. de quorum sensu egimus in Commentario p. 258 sq. cf. Aristot. Metaph. II, 4. p. 662 E (infra not. 317.) Placitum hoc: *τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον πανταχοῦ καταληπτὸν*, etiam a serioribus valde celebratum est: vid. Proclus de Unit. et pulcr. in edit. Plotini de Pulchr. Creuz. p. 86 et ibi annot. Galen. de Hippocr. et Plat. dogm. VII, c. 5.

(305) Theophrast. de Sensu § 10 sq. p. 650 sq.

αἰσθήσει τὴν Φρόνησιν. Διαριθμησάμενος γὰρ, ὡς ἕκαστον ἑκάστῳ γνωρίζομεν, ἐπὶ τέλει προσέθηκεν, ὡς »ἐκ τούτων »(τῶν στοιχείων) πάντα πεπήγασιν ἁρμοσθέντα, καὶ τού- »τοις Φρονέουσι καὶ ἥδοντ' ἠδ' ἀνιῶνται." [306] Διὸ καὶ τῷ αἵματι μάλιστα Φρονεῖν· ἐν τούτῳ γὰρ μάλιστα τῶν μερῶν κεκρᾶσθαι τὰ στοιχεῖα.* Ὅσοις μὲν οὖν ἴσα καὶ παραπλήσια μέμικται, καὶ μηδ' ὀλίγα μηδὲ πολλά, + μηδ' αὖ μικρὰ μηδ' ὑπερβάλλοντα τῷ μεγέθει, τούτους Φρονιμωτάτους εἶναι καὶ κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἀκριβεστάτους, κατὰ λόγον δὲ καὶ τοὺς ἐγγυτάτω τούτων· ὅσοις δὲ ἐναντίως, ἀΦρονεστάτους. Καὶ ὧν μὲν μανὰ καὶ ἀραιὰ κεῖται τὰ στοιχεῖα, νωθροὺς καὶ ἐπιπόνους, ὧν δὲ πυκνὰ καὶ κατὰ μικρὰ τεθραυσμένα, τοὺς δὲ τοιούτους ὀξεῖς Φερομένους** καὶ πολλὰ ἐπιβαλλομένους ὀλίγα ἐπιτελεῖν, διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς τοῦ αἵματος Φορᾶς. Οἷς δὲ καθ' ἕν τι μόριον ἡ μέση κρᾶσίς ἐστι, ταύτῃ σόΦους ἑκάστους εἶναι· διὸ τοὺς μὲν ῥήτορας ἀγαθούς, τοὺς δὲ τεχνίτας, ὡς τοῖς μὲν ἐν ταῖς χερσὶ, τοῖς δ' ἐν τῇ γλώττῃ τὴν κρᾶσιν οὖσαν. Ὁμοίως δ' ἔχειν καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δυνάμεις. Haec Theophrasti explicatio omnem Empedoclis rationem de mente et intellectu luculenter adumbrat, cujus

(306) Vid. vss. 324 sq. de quorum lectione dixi in Commentario; unum addendum, ἥδονται pro vulg. ἄδονται exhiberi cod. Par.

(*) Sic corrigendum duxi vulg. lectionem: μάλιστα κεκρᾶσθαί ἐστι τὰ στοιχεῖα τῶν μερῶν.

(+) μηδ' ὀλίγα μηδὲ πολλὰ scripsi pro vulg. μὴ διὰ πολλοῦ: id enim postulat sequens membrum huic respondens: μηδ' αὖ μικρὰ μηδ' ὑπερβάλλοντα τῷ μεγέθει.

(**) ὀξεῖς φερομένους correxi pro vulgato ὀξεῖς καὶ φερομένους. Nisi fortasse, ut Schneidero visum, exciderit vocabulum: ex. gr. ὀξεῖς καὶ ταχέως φερομένους.

singulae partes nunc nobis singulatim explicandae. Primum igitur universe statuit, ut modo ex Aristotele quoque audivimus, *φρονεῖν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον*: arbitratus nimirum, res divinas et humanas a nobis cogitari et perspici non posse, nisi in nobismetipsis earum rerum principia insita sint: hinc judicavit, intelligi a nobis ea, quorum in ingenio nostro semina insint; quae contra aliena sint nobis sive dissimilia, ea non intelligi. Posterius hoc spectare videtur Aristoteles, iis quae modo attulimus haec subjiciens[307]: *διὸ ἀνάγκη (τούτους λέγειν), ἤτοι, ὥσπερ ἔνιοι λέγουσι, πάντα τὰ φαινόμενα εἶναι ἀληθῆ, ἢ τὴν τοῦ ἀνομοίου θίξιν ἀπάτην εἶναι· τοῦτο γὰρ ἐναντίον τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον γνωρίζειν· δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἀπάτη καὶ ἡ ἐπιστήμη τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι.*

Quum autem Empedocles omnia tam divina quam humana ad quatuor elementa sicut radices referat, ideo eorundem elementorum communione nos quoque cuncta noscere arbitratus est, ut animus, ex universi principiis constans, quasi testes in se habeat cognoscendarum rerum[308]: sic aethere noscimus aetherem resque aetherias nobis objectas, terrâ terram et quae terrae cognata, pariter singulis singula illis respondentia. Hoc ipse in versibus suis praedi-

(307) Aristot. de Anim. I. I. p. 502 B.

(308) Ut eleganter dicit Philoponus in Aristot. de Anim. III, R, 11: (οἱ φυσικοὶ) ἐνόμιζον τὴν ψυχὴν ἐκ πάντων τῶν ὄντων συγκεῖσθαι, ἵνα ἐκ τῶν ἀρχῶν συγκειμένη οἷον ὁμήρους ἔχουσα αὐτῶν γινώσκῃ αὐτά· οὕτω γὰρ καὶ τὸ Ἐμπεδόκλειον ἔπος (vs. 321). Cum hac sententia congruit Platonis dictum in Phaedro p. 270: ψυχῆς οὖν φύσιν ἀξίως λόγου κατανοῆσαι οἴει δυνατὸν εἶναι ἄνευ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως;

cat; quos commemorans Aristoteles addit: Empedoclem, ut alios veteres, arbitratum esse, animum, intellectum praesertim et sensum, ex omnibus constare elementis, et unumquodque etiam horum, ignem, terram, reliqua, esse animum (ψυχὴν)[309]; quippe quum unumquodque sui similia cognoscat, quod autem cognoscit animus sit. Eodem spectans Sextus Empiricus dixit, Empedoclem tot statuisse veri criteria, quot rerum principia: Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος, κατὰ μὲν τοὺς ἁπλούστερον δοκοῦντας αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι, ἓξ κριτήρια τῆς ἀληθείας παραδίδωσι· δύο γὰρ δραστηρίους τῶν ὅλων ἀρχὰς ὑποθέμενος, φιλίαν καὶ νεῖκος, ἅμα τε τῶν τεσσάρων μνησθεὶς ὡς ὑλικῶν, γῆς τε καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ πυρός, πάσας ταύτας ἔφη κριτήρια τυγχάνειν[310]. Si id, quo noscimus quid et percipimus, veri criterium appellare placet, non male; tamen et vocabulum istud et notio Empedocli aliena.

Porro docuit etiam, qua hominis parte intellectus praecipue contineatur: collocavit in sanguine, prae-

(309) Aristot. de Anim. I, 2, p. 478 sq. ὅσοι μὲν οὖν ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι τὸ ἔμψυχον ἀπέβλεψαν, οὗτοι τὸ κινητικώτατον ὑπέλαβον εἶναι τὴν ψυχήν· ὅσοι δὲ ἐπὶ τὸ γιγνώσκειν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν ὄντων, οὗτοι λέγουσι τὴν ψυχὴν τὰς ἀρχάς, οἱ μὲν πλείους ποιοῦντες τὰς ἀρχάς, οἱ δὲ μίαν ταύτην, ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς μὲν ἐκ τῶν στοιχείων πάντων, εἶναι δὲ καὶ ἕκαστον ψυχὴν τούτων, οὕτω λέγων· ... τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐν τῷ Τιμαίῳ Πλάτων τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ κτλ. Repetunt haec interpretes in libros de Anima: Themistius f. 66 B; Simplicius f. 6 B; Philoponus I, C, 1, et passim; quorum excerpta dedit Sturz. p. 443 sq. Theodoret. Therap. Serm. 5; T. IV, p. 545 D dicit: Ἐμπ. (κέκληκε ψυχὴν) μῖγμα ἐξ αἰθερώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας. Hic quatuor elementa ad duo redigit, ut saepius fit, πῦρ et ἀέρα.

(310) Sext. Empir. adv. Math. VII, 115-121; his addit alteram Empedocleae sententiae interpretationem, quam exposui supra § 1.

sertim qui cordi suffusus est, ut dicit Cicero [311], et sic ipse in carmine, *αἷμα περικάρδιον*, inquit, est *νόημα* [312]; nisi *περικάρδιον* de sanguine universe dictum accipias. Theophrastus et plerique interpretes simpliciter sanguinem nominant [313]. Vetus opinio, repetita jam inde ab Homero, orta facile ex eo, quod sanguis tam ad corporis, quam ad animi ingeniique

(311) Cicero Tusc. Qu. I, 9; cf. 17 extr.

(312) Emped. vs. 317; de cujus tamen dicti auctore dubitatum est: nam non solum Philoponus, ut in Comment. p. 258 notavi, Critiae tribuit, sed etiam Tertullianus de Anim. c. 15 dubitanter dicit: »ille versus Orphei vel Empedoclis: *Namque hominis sanguis circumcordialis est sensus.*" Utrumque tamen errasse puto.

(313) Praeter Theophrastum vid. Plutarch. in Strom. (infra not. 316); Porphyrius (infra not. 314); Galen. de Hippocr. et Platon. dogm. L. II, extr. (*Ἱπποκράτης*) *αἷμά φησιν εἶναι τὴν ψυχήν, ὡς Ἐμπεδοκλῆς καὶ Κριτίας ὑπέλαβον.* Placitorum scriptores, Plutarch. IV, 5; Euseb. XV, 61, p. 852; Galen. XXVIII: *Ἐμπ. (τὸ ἡγεμονικὸν) ἐν τῇ τοῦ αἵματος συστάσει.* Macrob. Somm. Scip. I, 14; Pollux Onomast. II, 226; Etymol. cit. ad calcem vs. 315-317, et in Comment. p. 258. A vulgata opinione nonnihil deflectunt Theodoretus Therap. Serm. V, p. 546 C, et Chalcidius in Tim. p. 305 dicentes, Empedoclem *το ἡγεμονικὸν* in corde constituere, et quidem in cordis sanguine. Ambo tamen haec, cor et sanguis cordi offusus, non magno intervallo secernuntur. Caeterum idem placitum non nominato auctore tangit Plato Phaedon. p. 64 Wytt. Aristoteles autem de Anima I, 2, postquam et aliorum et Empedoclis sententiam attigit (paullo ante memoratam) deinde ita pergit p. 479 G: *τῶν δὲ φορτικωτέρων καὶ ὕδωρ τινὲς ἀπεφήναντο (τὴν ψυχήν), καθάπερ Ἵππων· . . . ἕτεροι δ' αἷμα, καθάπερ Κριτίας, τὸ αἰσθάνεσθαι τῆς ψυχῆς οἰκειότατον ὑπολαμβάνοντες, τοῦτο δ' ὑπάρχειν διὰ τὴν τοῦ αἵματος φύσιν.* Miretur quis inter *φορτικωτέρους* istos Empedoclem non memorari; verum Empedocles non simpliciter, ut Critias, dixerat animum esse sanguinem, sed animum sive intellectum et sensum constare elementis, elementorum autem temperiem maxime in sanguine inesse.

(314) Porphyr. apud Stob. Ecll. Phys. I, 52. p. 1024: *οἴεται γὰρ καὶ Ὅμηρος, καθὰ καὶ πλεῖστοι τῶν μετ' αὐτὸν ὑπέλαβον, ἐν τῷ*

habitum plurimum valet[314]. Empedocles autem ita statuit rationi suae congruenter, quia prae ceteris corporis partibus sanguis sit omnium elementorum temperie conflatus. Deinde ab eodem principio variam ingenii indolem et mentis habitum repetivit: ut enim in visu explicando, mutatâ oculorum compositione, visum mutari, similiter variatâ sanguinis temperie, intellectum variari judicavit. Sapientissimos et acutissimos dixit eos, quibus sanguis esset aequabiliter e diversis elementis temperatus, ita ut nec nimium quid esset nec parum; dein, quo propius ad hos accederent, eo acriores esse; quo longius discederent, eo hebetiores. Porro, quibus sanguinis elementa essent tenuia atque rara (*μανὰ καὶ ἀραιά*), eos tardos et tristes esse; quibus densa ac minuta (*πυκνὰ καὶ κατὰ μικρὰ τεθραυσμένα*), celeres, impetuosos, leves. Altera, *μανὰ καὶ ἀραιά*, dicere videtur in quibus sit temperies *ἀερώδης*, altera contra, in quibus *πυρώδης*. Nam, ut vetus quidam interpres dicit[315], »Empedocles tarda ingenia frigido circum praecordia sanguine impediri" di-

αἵματι εἶναι ἀνθρώποις τὴν περὶ τὰ θνητὰ φρόνησιν, ἐπεὶ καὶ μετ' αὐτὸν πολλοὶ τοῦτο πιστοῦνται, δεικνύντες ὅτι καὶ ὑποθερμανθὲν ὑπὸ πυρετοῦ καὶ χολῆς, ἀφραίνειν ποιεῖ καὶ ἀνοηταίνειν. Ἐμπεδοκλῆς τε οὕτω φαίνεται, ὡς ὀργάνου πρὸς σύνεσιν τοῦ αἵματος ὄντος, λέγων (vss. 315-317). Duo hic notanda: primum, Porphyrium haec intelligere de prudentiâ *περὶ τὰ θνητά;* deinde sanguinem appellare *ὡς ὄργανον πρὸς σύνεσιν*, non ipsam *σύνεσιν*. Utrumque senserit fortasse Empedocles, non tamen dixit; sequentia id declarabunt. De *ψυχῇ* e sententia Homeri disseruit K. H. W. Völcker; vid. Jahrb. f. Philol. v. Jahn. 1827. IV, 2, p. 146.

(315) Horatii Intp. Cruq. in Art. Poët. vs. 465; cum quo Sturz. p. 447 comparat versus Maronis Georg. II, 483.

xit, contra velocia calido sanguine incitari. Sed praeter illud ingeniorum discrimen variae sunt artium facultates: alii manu dextri, alii linguâ; alii artifices, alii oratores. Hanc diversitatem eo effici putavit, quod aliis in lingua, aliis in manu sit ἡ μέση κρᾶσις, ut vocat Theophrastus, i. e. *media* sive *aequalis elementorum temperies*, quae optima, ut vidimus; pro quo Plutarchus minus apte ponit τὸ ἡγεμονικόν, dicens: τὸ ἡγεμονικὸν (Ἐμπεδοκλῆς ἔθηκεν) οὔτ' ἐν κεφαλῇ οὔτ' ἐν θώρακι, ἀλλ' ἐν αἵματι, ὅθεν καθ' ὅ τι ἂν μέρος τοῦ σώματος πλεῖον ᾖ παρεσπαρμένον τὸ ἡγεμονικόν, οἴεται κατ' ἐκεῖνο προτερεῖν τοὺς ἀνθρώπους [316]. »Animi praecipuam vim in sanguine posuit: quocirca in qua corporis parte haec vis magis insit, eâ homines valentiores est."

Haec sunt, quae de animi natura, praesertim de intellectu, ab Empedocle explicita leguntur. Quae placita, etsi consentanea sunt ipsius rationi, omnia tam divina quam humana ex elementis orta et conflata statuenti, tamen in multas inciderunt reprehensiones: nec immerito. Nam, ut alia omittam [317], si similia similibus noscantur, quomodo fit ut non omnes

(316) Plutarch. Strom. apud Euseb. Praep. Eu. I, 8. p. 24 D.

(317) Veluti quod animadvertit Aristoteles Metaph. II, 4, p. 662 E: διὸ καὶ συμβαίνει αὐτῷ τὸν εὐδαιμονέστατον θεὸν (τὸν σφαῖρον) ἧττον φρόνιμον εἶναι τῶν ἄλλων· οὐ γὰρ γνωρίζει τὰ στοιχεῖα πάντα· τὸ γὰρ νεῖκος οὐκ ἔχει, ἡ δὲ γνῶσις τοῦ ὁμοίου τῷ ὁμοίῳ. »Empedocli summum Deum (Concordiam) minus intelligentem esse reliquis animalibus, quippe qui Discordiae exsors hanc non noscat, quum similia tantum similibus noscantur." Idem dicit de Anim. I, 5, p. 484 G. Repetunt interpretes: Alex. in Metaph. Schol. Aristot. p. 628; Philopon. de Anim. F, 3; alii. Hoc tamen argutius, ut judicat Ritter. in Wolfii Lit. Anal. IV, p. 442.

corporis partes sui similia sentiant et noscant? Cur animalia magis quam quaevis aliae res sensu et intellectu praedita sunt? cur homines magis res externas noscunt, quam hae illos? [318] At senserit fortasse Empedocles, animum positum esse non in ipsis elementis, sed in certa elementorum temperie sive certo compositionis modo. Hanc suspicionem jam movit Aristoteles, alicubi dicens [319]: *ἀπαιτήσειε δ' ἄν τις τοῦτό γε καὶ παρ' Ἐμπεδοκλέους, . . . πότερον οὖν λόγος (τῆς μίξεως) ἐστὶν ἡ ψυχή, ἢ μᾶλλον ἕτερόν τι οὖσα ἐγγίνεται τοῖς μέλεσιν*; — idque seriores interpretes arripuere, ut Philoponus dicens [320]: *δῆλον οὖν ὅτι συμβολικῶς ταῦτα διελάμβανεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ, ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων λέγων εἶναι τὴν ψυχὴν, οὐκ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα ἔλεγεν εἶναι τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τοὺς τούτων λόγους εἶναι ἐν αὐτῇ.* »Manifestum ait, non dici ab eo, ipsa elementa animum esse, sed elementorum notiones in animo inesse." A quo non multum discedit Porphyrius dicens, sanguinem Empedocli esse non intellectum, sed intellectûs instrumentum (*ὄργανον πρὸς σύνεσιν*) [321]. Subtilius vero Jamblichus idem placitum sic interpretatur [322]: *τινὲς εἰς τὰς τῶν τεσσάρων στοιχείων ἀρχὰς τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἐπαναφέρουσιν. Εἶναι μὲν γὰρ τὰ πρῶτα σώματα ἄτομα, πρὸ τῶν στοιχείων στοιχειω-*

(318) Talia illi objiciunt Aristoteles de Anima, I, 5; Theophrastus de Sensu § 12 sqq.

(319) Aristot. de Anima I, 4. p. 482 E.

(320) Philopon. de Anim. I, C, 1.

(321) Vid. supra not. 314.

(322) Jamblichus apud Stob. Ecll. Phys. p. 860 Heeren.

δέστερα· * εἰλικρινῆ δὲ ὄντα καὶ πεπληρωμένα πάντη καθαρᾶς πρώτης οὐσίας, μὴ δέχεσθαι μηδ' ὁπωστινοῦν εἰς αὐτὰ διαίρεσιν. Ταῦτα τοίνυν ἄπειρα ἔχειν σχήματα, ἓν δὲ αὐτῶν εἶναι τὸ σφαιροειδές· ἀπὸ δὴ τῶν σφαιροειδῶν ἀτόμων εἶναι τὴν ψυχήν. Hic animum e veterum sententia quorundam (inter quos Empedocles censendus) constare vult ex individuis et rotundis corpusculis, quasi elementorum elementis. Verum haec omnia sunt seriorum philosophorum interpretationes, non ineptae quidem illae, tamen subtiliores quam pro Empedoclis mente, qui ut sensum sic intellectum simpliciter ad naturae elementa redegit; attendit corporis fabricam, manus, linguam, pectus, ipsam vero mentis vim ut motûs principium non attendit. Ex hac sententia porro sequitur, ipsum verum cerni non posse. Nam si intellectus et judicium a sanguinis temperie, sensuum habitu, rerum externarum vi pendeant, necesse est, his variatis et mutatis, judicium quoque et intellectus varientur et mutentur; proinde nihil constans esse, sed quale cuique videatur, tale putandum; vera omnia, vel, quod eodem redit, nihil verum esse. Hoc placitum Aristoteles Empedocli cum multis veteriorum facit commune[323]: ὅλως δὲ διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν, φρόνησιν μὲν τὴν αἴσθησιν, ταύτην δ' εἶναι ἀλλοίωσιν, τὸ φαινόμενον κατὰ τὴν αἴσθησιν ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναί φασιν· ἐκ τούτων γὰρ καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἕκαστος τοιαύταις δόξαις γεγένηνται ἔνοχοι· καὶ γὰρ Ἐμ-

(*) Tetigi hoc superius p. 338.

(323) Aristot. Metaph. III, 5. p. 671 F.

πεδοκλῆς μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν μεταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν. Quod deinceps declarat ipsius versibus, quorum sensum supra explicuimus [324].

Haec Empedoclis ratio si humilior videatur, tribuendum id magis principiis ejus quam sententiae. Namque e terra et igni et concordia reliquae res naturae oriri potuerint, mens et ratio non potuerunt. Caeterum sensit ille praeclarius quam docuit, ut testantur passim illius versus, quibus de sensuum angustiis queritur, — mente, non oculis, utendum praecipit [325], — divini numinis instinctum ut omnis fontem sapientiae praedicat [326], — de quibus initio hujus disputationis egimus [327]; testantur item, quae de divino hominum ortu et immortalitate vaticinatur, quae infra exposituri sumus: in his omnibus mentem ut diviniorem hominis partem considerat. Unde nonnulli existimarunt, Empedoclem, sicut Parmenidem, duplicem distinxisse cognitionem, alteram mentis, alteram sensuum, alteram divinam, alteram mortalem. Sed hoc si senserit fortasse, tamen in animi natura

(324) Vid. Emped. vss. 318-320. Aristotelis interpretationem sequitur Alexander in Metaph. l. l. (Schol. Aristot. p. 669 b); contra ab illo discedunt Simplicius de Anim. III, f. 56 B, cujus explicationem attigi in Commentario ad vs. 318, p. 259, et Philoponus de Anim. III, P, 3 sq. quem ibidem attigi ad vs. 319. Hujus verba excerpsit Sturz. Emped. p. 496 sq. Uterque coactâ ratione efficere studet, Empedoclem τὸ αἰσθητὸν et τὸ νοητὸν, τὸ ἄλογον et τὸ λογικὸν, distinxisse.

(325) Hinc Empedocles censetur inter eos qui statuerent ψευδεῖς τὰς αἰσθήσεις, a Jo. Damasc. in Append. Stobaei Gaisf. p. 71; quod testimonium addatur supra relatis p. 309.

(326) Cf. Emped. vs. 354 sq.

(327) Vid. hujus disputat. § 1. p. 308 sq.

explicanda non animadvertit; nec vero potuit, nisi ipse principiis suis repugnare voluisset. Sed de animo hactenus.

§ 36.

De somno et morte.

Jam quaecumque ad vitae actionem tam corporis quam animi pertinent, ortum, incrementum, propagationem, sensum, intellectum, singulatim ex Empedoclis sententiâ explicuimus. Vitae autem sunt variae vicissitudines et fata: quotidiana vicissitudo noctis et vigiliae, morborum casus, mortis denique fatum. De his pauca dicenda.

De leto et imagine leti somno haec ejus placita feruntur [328]: Ἐμπεδοκλῆς (ἔλεγεν) τὸν θάνατον γεγενῆσθαι διαχωρισμὸν τοῦ πυρώδους *, ἐξ ὧν ἡ σύγκρισις τῷ ἀνθρώπῳ συνεστάθη· ὥστε κατὰ τοῦτο κοινὸν εἶναι τὸν θάνατον σώματος καὶ ψυχῆς· ὕπνον δὲ γίνεσθαι διαχωρισμόν τινα τοῦ πυρώδους. i. e. »mortem esse totam dissipationem igneae partis elementorum, e quibus hominis compages constituta est; somnum vero mo-

(328) Plutarch. Placit. Phil. V, 25; Galen. Hist. Phil. XXXVII, p. 57.

(*) *τοῦ πυρώδους, ἐξ ὧν* — liberior constructio, ut interdum in hoc scriptore, pro *τοῦ πυρώδους τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν κτλ. διαχωρισμὸν τοῦ πυρώδους caloris dissipationem* dicit, eodem sensu ac paullo ante *θάνατον* dixit *ψυχῆς διαχωρισμόν, animae dissipationem.* Reiskius tamen conj. legendum: *διαχωρισμὸν τοῦ πυρώδους καὶ γεώδους, ἐξ ὧν* — Conjectura, etsi non improbabilis, mihi tamen minus placet, quia etiam in fine sententiae repetitur istud *διαχωρισμόν τινα τοῦ πυρώδους*, idque plane respondet alteri quod mox legitur, *κατάψυξιν θερμοῦ.*

dicam dissipationem." Quibuscum concinunt haec ab eodem auctore prodita: Ἐμπεδοκλῆς τὸν μὲν ὕπνον καταψύξει τοῦ ἐν τῷ αἵματι θερμοῦ συμμέτρῳ γίνεσθαι, παντελεῖ δὲ θάνατον [329]. »Somnum effici sanguinis refrigeratione moderatâ, totâ vero mortem." Haec placita non incongrua sunt Empedoclis rationi, siquidem igni et calori praecipue actionem et vigorem tribuit. De vitae vero mortisque discrimine sententia ejus clarius cognoscitur ex ipsius carmine. Ut universe rerum ortum concretionem elementorum, interitum dissolutionem appellat [330], sic vitam et vigorem contineri dicit diversis corporis partibus et elementis Amicitiâ junctis apteque sociatis, contra iisdem Discordiâ turbatis ac divulsis aegritudines, morbos, denique mortem pari [331]. Morte tamen res non in nihilum redigi, sed diversas partes ad suum quamque genus reverti, ut deinde in novas formas novaque corpora coalescant. Quod autem Plutarchus addit, secundum hoc placitum morte tam corpus quam animum dissolvi, id consequens est sane illius rationi, mentem iisdem quibus corpus principiis constare putantis; aliter tamen sensit, docens, animas hominum nec, quum nascantur, tum primum oriri, nec, quum moriantur, evanescere [332], sed permanere et in varia deinceps corpora migrare: quam sententiam mox explicabimus.

(329) Plutarch. Plac. phil. V, 24 (23); Galen. l. l. De somno idem dicit Tertull. de Anim. c. 43. Cf. Plutarch. supra cit. p. 455.

(330) Emped. vss. 77 sqq. 342 sqq.

(331) Idem vss. 335-341, ubi cf. Commentar. p. 263 sq.

(332) Idem vss. 350-353.

§ 37.

DE REBUS DIVINIS.

De diis, daemonibus et animis.

Hactenus enarravimus, quomodo Empedocles, a certis profectus principiis, ex his omnem mundi rerumque mortalium naturam explicuerit: in quibus fatendum sane eum, paucis exceptis, optime sibi congruere. Restat, ut de natura divina quid senserit videamus.

Jam supra animadvertimus, Empedoclem eadem fecisse rerum divinarum ac humanarum principia: sic summum totius naturae, universa velut in se continens, ὁ σφαῖρος, summus est Deus, sicut ab ipso appellatur [1]: quem Deum tangit Aristoteles, dicens, ex Empedoclis ratione beatissimum numen minus perfecto gaudere intellectu quam reliquas naturas [2]. Porro dii sunt quatuor elementa, divinis nominibus ab ipso cognominata: Jupiter, Juno, Hades, Nestis; item Amicitia et Discordia [3]. Praeter istos vero plures etiam agnoscit deos, mortalium instar elementorum concretione formatos: *inde enim, inquit, exstiterunt omnia:*

δένδρεά τ' ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες, . . .
καί τε θεοὶ δολιχαίωνες τιμῇσι φέριστοι [4].

(1) Vid. supra p. 316.
(2) Ut memoravi supra p. 497, not. 317.
(3) Vid. supra p. 344 et 347.
(4) Emped. vss. 133-135.

Hos intelligere videtur partim quos vulgus colebat deos, partim quos ipse finxit genios, rebus humanis moderandis praepositos.

Talis vero opinio, a vulgaribus poëtarum commentis non multum distans, humilior sane videatur ac philosopho parum digna. Nam si divina natura mortali faece concreta sit, ipsa quoque mortalium rerum vicissitudini et fatis obnoxia sit necesse est; quod in illius sententia vituperat Cicero dicens [5]: »Empedocles in Deorum opinione turpissime labitur: quatuor enim naturas, ex quibus omnia constare vult, divinas esse censet, quas et nasci et exstingui perspicuum est et sensu omni carere." Qui autem sic statuat, etsi verbo Deum relinquat, nonne jure tamen *ἄθεος* habendus, sicut Empedocles a nonnullis habitus est? [6]

At quanto his praeclariora sunt, quae ipse in carmine de mente divina praedicat, dicens: »Deum non esse, ut vulgus opinatur, mortali compage conditum, neque oculis manibusve posse attingi, sed mentem esse puram et infinitam, universum celeri cogitatione permeantem" [7]. Haec cum superioribus

(5) Cicero de Nat. D. I, 12.

(6) Sextus Emp. adv. Math. IX, 64, Empedoclem ponit in eorum numero qui *θεὸν ἀπολείπουσι*, i. e. Deum esse fatentur; contra *ἄθεον* dicit Clemens Protrept. p. 42 C, ubi, memoratis Heraclito, Parmenide, aliis, haec dicit de Empedocle: *Ἐμπεδοκλῆς γὰρ ὁ Ἀκραγαντῖνος, εἰς πλῆθος (θεων) ἐμπεσὼν, πρὸς τοῖς τέτταρσι στοιχείοις τούτοις Νεῖκος καὶ Φιλίαν καταριθμεῖται· ἄθεοι μὲν δὴ καὶ οὗτοι, σοφίᾳ τινὶ ἀσόφῳ τὴν ὕλην προσκυνήσαντες.* Cf. Theophil. Antioch. ad Antolyc. p. 118. Colon.

(7) Emped. vss. 356-363.

parum quidem videntur congruere; neque dicere ausim, an Empedocles sibi in sententia de divina natura, de qua tam incerta erat veterum notio, satis constiterit. Illud tamen affirmari potest, illum, quum sphaeram et elementa Deos vocaret, non intellexisse crassam hanc materiem, e qua corpora sunt conflata, sed potius illorum species quasdam mortali faece immunes. Quodsi sphaera, ut mihi videtur [8], nihil aliud significat nisi universi harmoniam omnia certo ordine continentem, hanc forsitan dixerit mentem illam (φρένα) cuncta numine suo regentem; inde porro vim divinam per elementa naturae viresque moventes diffusam, ab his in reliquos deos, daemones, animas derivatam esse. Itaque sensisse videtur, unum esse numen divinum, cujus vis per universum patens maxime conspicua sit in quatuor illis naturis, unde omnia tam coelestia quam terrestria traxerint originem. Non autem ideo discrimen inter deos et mortales sustulit, si quidem hos vicissitudinibus et fatis obnoxios, illos aeternos et beatos censet [9]; sed putavit, sicut Pythagorei, inter omnia esse naturae communionem, ut dicit Sextus [10]: *οἱ μὲν περὶ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα καὶ τῶν Ἰταλῶν πλῆθός φασι, μὴ μόνον ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εἶναί τινα κοινωνίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων· ἓν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα, τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου διῆκον ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἑνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα.* Quae Sexti verba, praesertim istud *ἓν πνεῦμα*

(8) Exposui supra p. 388.

(9) Emped. vs. 5, *ἀπὸ μακάρων* — cf. vs. 387 sq.

(10) Sext. Emp. adv. Math. IX, 127.

κτλ. optime concinunt cum Empedoclis hocce, φρὴν ἱερὴ καὶ ἀθέσφατος — Hinc item putavit, unum esse jus, τὸ πάντων νόμιμον, ad omnia tam coelestia quam terrestria pertinens [11]. Caeterum hanc vim qualem intellexerit, Empedocles non distincte aperuit: alii interpretati sunt animam mundi; alii naturam igneam vel aetheriam; neutri, si subtilius quaeras, recte: namque ille nec animam a corporea materie plane disjunxit, neque vero vim divinam ad unum quoddam elementorum redegit; universe autem de hoc non subtiliter egit, sed poëtice potius vaticinatus est. Ejus sententiae congrua sunt quae de Pythagoreorum sententia Maro canit his versibus [12]:

. . . . Deum namque ire per omnis
Terrasque tractusque maris coelumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenuis nascentem arcessere vitas;
Scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri
Omnia; nec morti esse locum, sed viva volare
Sideris in numerum, atque alto succedere coelo.

Diis proximi Daemones longaevi, de quibus valde celebrata est Empedoclis opinio. Quaecumque mortalibus obtingant vel bona vel mala, horum caussas retulit ad divinas quasdam naturas, variis cognominibus pro varia earum indole appellatas, quales sunt quae in ipsius carmine memorantur: Natura et Letum, Cura et Sopor, Majestas et Squalor; Amor et

(11) Vid. Emped. vs. 404 sq. quem locum tangemus infra p. 512.

(12) Virgil. Georg. IV, 221; cum quibus cf. Orphicorum placitum ab Aristotele de Anim. I, p. 485 B memoratum.

Rixa, Candor et Fallacia, aliae [13]. His daemonibus diversas naturae vires, bonorum ac malorum principia, velut expressit [14]; hos rebus mortalium interesse et hominum fata regere putavit [15], existimans unicuique mortalium, simulac natus sit, obtingere diversos genios ut ψυχοπομποὺς δυνάμεις, quorum hi ad bona, illi ad mala eos impellant [16].

Quod autem ad horum naturam attinet, putavit eos esse coelesti origine, sed insanâ Discordiâ (Νείκει μαινομένῳ) actos, quum caede, i. e. injustitiâ, se polluissent, a deorum domicilio in terrenas tenebras detrusos esse (οὐρανοπετεῖς, θεήλατοι), ut scelerum poenas luant. Mali daemones diris suppliciis plectuntur: »omnibus elementis invisi et abominati a coelo in terram, a terra in mare, a mari in aërem exspuuntur et per omnem mundum jactantur, donec scelere purgati in pristinam dignitatem restituantur [17]." Haec sunt, quae de Daemonibus praedicasse Empedocles traditur; quae sententia, e priscis theogoniis

(13) Vid. Emped. vss. 21-30.

(14) *Παθῶν σπέρματα* vocat Plutarch. de Anim. Tranq. p. 474; Vol. VII, p. 854. *διαφορὰς τῶν ὄντων* Phurnutus de N. D. c. 17, p. 176. Primum autem Empedoclem b o n o s et m a l o s Genios distinxisse putant Tiedemannus, Meinersius, aliique (Vid. Harles in Fabric. Bibl. Gr. II, 12; T. I, p. 810) auctorem adhibentes Plutarchum ll. cc. not. 16 et 18.

(15) Origen. Philosoph. III: *ὡς ἀναστρέφονται διοικοῦντες τὰ κατὰ γῆν ὄντες πλεῖστοι.* cf. Timaeus Locr. extr.

(16) Porphyr. de Antr. Nymph. c. 8. Plutarchus de Anim. tranq. p. 474 (Vol. VII, p. 853): *ὡς Ἐμπεδοκλῆς (λέγει), διτταί τινες ἕκαστον ἡμῶν γενόμενον παραλαμβάνουσι καὶ κατάρχονται μοῖραι καὶ δαίμονες.*

(17) Vid. Emped. vss. 16-19, et Plutarch. ibi cit. cf. mox not. 20, 26.

ducta et variis modis mutata, tam in vulgi opiniones quam in philosophorum doctrinas serpsit [18], a nullo tamen magis quam ab Empedocle celebrata; quamobrem ejus philosophia haud immerito a Plutarcho dicta est *δεισιδαιμονίας ἀνάπλεως* et *εὖ μάλα βεβακχευμένη* [19].

Daemonibus cognati et fatorum consortes sunt homines, i. e. animae humanae, divinâ item stirpe oriundae, ob commissam vero caedem a coelo in terram ut exsilium ejectae (*φυγάδες θεόθεν*), corporeo vestimento (*σαρκῶν χιτῶνι*) indutae et per ter dena annorum millia (*τρὶς μυρίας ὥρας*) in varias corporum formas migrare coactae [20].

Itaque deplorabilis est, ex Empedoclis sententia, hominum sors: e vivis mortales facti, cum luctu editi, in miseria vitam transigentes [21]; terra autem terrenaque regio (quam, ut scriptor quidam tradit,

(18) Vid. Hesiod. *Ἔργ.* vs. 122 sqq. Menandri vss. a Plutarcho aliisque servati, in edit. Meinek. p. 203. Plutarch. de Iside et Osir. p. 360; de Oracul. def. p. 419 A; Vol. VII, p. 423 et 649. Wyttenb. in Plat. Phaedon. p. 289 sq. Nonnulli viri docti in his agnoverunt vestigia lapsûs angelorum in s. scriptura proditi; Sturzius comparat eos cum Cabbalistarum decem Sephiris sive Aeonibus: qua de re copiose disserit in Emped. p. 301 sqq.

(19) Plutarch. de Genio Socr. p. 580; Vol. VIII, p. 292.

(20) Empedocl. vss. 3-8, 379. Istam *φυγὴν θεόθεν* celebrarunt praesertim Neoplatonici: vid. Creuz. ad Procl. de Unit. et pulcr. in edit. Plotini de Pulcr. p. 81, not. 11.

(21) Idem vss. 9-15, 378. Plutarch. de Sol. Anim. p. 964; Vol. X, p. 21: *Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος . . . λοιδοροῦντες τὴν φύσιν ὡς ἀναγκὴν καὶ πόλεμον οὖσαν . . . τὴν γένεσιν αὐτὴν ἐξ ἀδικίας συντυγχάνειν λέγουσι, τῷ θνητῷ συνερχομένου τοῦ ἀθανάτου.*

ad lunam extenderit[22]) locus naturae nostrae contrarius, antrum obscurum, malorum et miseriarum pratum[23].

Mortales autem in hoc exsilio degentes coguntur in varias deinceps animantum formas migrare (*ἀλάλησθαι παντοῖα δι' εἴδεα θνητῶν*)[24], non solum hominum, sed etiam bestiarum et arborum; quemadmodum ipse recordabatur, se quondam fuisse marem et feminam et volucrem et piscem et arborem. Istarum autem mutationum alia praestantior, alia deterior: in feras migrantibus optimum in formam leonis transformari; in arbores, lauri[25]. Postquam autem per constitutum temporis spatium circumacti fatales poenas luerint et scelera expiaverint, postremo in praestantiores abeunt naturas, vates, reges, cett. unde tandem ad coeleste evehuntur domicilium, locum ipsorum naturae consentaneum, ibique beati cum Diis aevum degunt[26].

Haec sententia plane concinit cum Pythagoreorum metempsychosi, tametsi Empedocles nonnulla, ad Orphicorum fortasse exemplum, superstitiosius ad-

(22) Origen. Philos. IV: *ὥσπερ ὁ Ἐμπεδοκλῆς πάντα τὸν καθ' ἡμᾶς τόπον ἔφη κακῶν μεστὸν εἶναι, καὶ μέχρι δὲ σελήνης τὰ κακὰ φθάνειν ἐκ τοῦ περὶ γῆν τόπου ταθέντα, περαιτέρω δὲ μὴ χωρεῖν, ἅτε καθαρωτέρου τοῦ ὑπὲρ τὴν σελήνην παντὸς ὄντος τόπου, οὕτω καὶ τῷ Ἡρακλείτῳ ἔδοξεν.*

(23) Emped. vs. 13: *ἀσυνήθεα χῶρον.* vs. 20: *ἀτερπέα χῶρον.* vs. 23: *Ἄτης λειμῶνα.* vs. 31: *ἄντρον ὑπόστεγον.* Cf. Wyttenb. Annot. in Plat. Phaedon. p. 300 sq.

(24) Emped. vs. 6.

(25) Idem vss. 380-383, ad q. l. Comment. p. 275.

(26) Idem vss. 384-388.

didit, velut, quod homines non solum in bestias, sed in plantas etiam transformari fingit [27]. Idem vero placitum parum congruit cum eo quod supra de animo docuit, intellectum e corporis temperie nasci et sanguine praesertim contineri statuens [28]: nam si mens tota a corpore pendeat, hoc dissoluto illam simul dissolvi et in auras evanescere necesse est, nec quidquam prioris naturae remanere. Sic possit quidem ex elementis, quibus quondam homo fuerat conflatus, postea bestia vel arbor oriri [29]; at in hac mutatione non maneat ingenium et mens, quae olim fuerant, sed in novo corpore novus animus crescat, qui mox rursus dissolvatur [30]. Ita tamen Empedo-

(27) Placitum de metempsychosi quae vocatur, ab Aegyptiis petitum, tam in Pythagoreorum scholis quam in Orphicis mysteriis pervagatum varieque traditum est. Vid. de hoc Philolaus apud Clement. Alex. Strom. III, p. 433 A; Timaeus Locr. de An. Mundi, extr. Plato Tim. p. 90 sq. et aliis locis. Wyttenb. Opusc. II; in Platon. Phaedon. p. 210 sqq. Lobeck. Aglaoph. T. II, p. 795 sqq. Boeckh. in Pindari fragm. 98; Ritter. Gesch. d. Pythag. Phil. p. 215 sqq. Multa hoc spectantia de Empedocle et Pythagora similia narrantur: velut quod a Xenophane memoratur Pythagorae dictum, quo canem verberare vetat (Xenoph. Rell. p. 56); quod ejusdem fertur praeceptum de animalium caede (Ovid. Met. XV, 75; cf. comment. supra ad vss. 410-416.); denique, ut alia omittam, jactatum illud de Pythagora Panthoide (Ovid. Met. XV, 160.) cum Empedocleis prorsus concinunt. Etiam scriptores, hoc placitum tangentes, utriusque nomina fere conjungunt: ut Sext. Empir. IX, 127; Plutarch. de Esu Carn. II, p. 997 sq. (Vol. X, p. 150 et 152.); Porphyr. apud Stob. Ecll. Phys. p. 1048; Hieronymus adv. Jovinian. II, Opp. T. II, p. 52 D; et plures quos citavi sub Emped. vs. 380 sq.

(28) Vid. superius § 35.

(29) Hoc sensu accipit Sturzius, qui et aliorum interpretationes affert Emped. p. 471 sqq.

(30) Sicut Epicureis placuit animi immortalitatem tollentibus. Lucretius II, vs. 874:

clem non putasse, praeter alia indicant versus illi, quibus vulgarem opinionem putantium, homines priusquam nati essent et postquam exstincti, non esse omnino, acriter increpat [31]. Quid igitur manere censet? non spiritum profecto, non sanguinem, non ossa (haec enim diffluunt), sed vim illam, qualemcumque putaverit, quam mentem vocamus, divinâ stirpe oriundam, in terras dejectam et circum corpora oberrare coactam; hanc, diffluente corpore, manere et aeternam esse credidit [32]. Ideo quidam existimarunt, Empedoclem mentem et intellectum in duas quasi partes divisisse, alteram corpoream et caducam, alteram divinam et immortalem [33]. Nimis docte illud.

. . . . cunctas res vortere sese:
Vortunt se fluviei in frundeis, et pabula laeta
In pecudes; vortunt pecudes in corpora nostra
Naturam, et nostro de corpore saepe ferarum
Augescunt vires et corpora pennipotentum.

(31) Vid. Emped. vss. 350-353.

(32) Sic accipit Plutarchus de Exsil. p. 607, Vol. VIII, p. 396: ὁ δ' Ἐμπ. ἐν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας προαναφωνήσας, »"Εστιν ἀνάγκης χρῆμα . . . . φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης" (vs. 1-7), οὐχ ἑαυτὸν ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ πάντας ἀποδείκνυσι μεταναστὰς ἐνταῦθα καὶ ξένους καὶ φυγάδας ἡμᾶς ὄντας· οὐ γὰρ αἷμά (φησιν) ἡμῖν οὐδὲ πνεῦμα συγκραθὲν, ὦ ἄνθρωποι, ψυχῆς οὐσίαν καὶ ἀρχὴν παρέσχεν, ἀλλ' ἐκ τούτων σῶμα συμπέπλασται, γηγενὲς καὶ θνητόν, κτλ. Immortalem animum statuisse Empedoclem dicunt Justin. Mart. Apolog. II, p. 65 B; Theodoret. Therap. Serm. V. Alii volunt, eum immortalitatem solis sapientibus vindicasse, ut Tertull. de Anima, c. 54. Stobaeus Ecll. Phys. I, c. 3, p. 62 (quem locum attigi p. 335, not. 75): καὶ θείας μὲν οἴεται τὰς ψυχὰς, θείους δὲ καὶ τοὺς μετέχοντας αὐτῶν καθαροὺς καθαρῶς. Spectare videtur Empedoclis vs. 354: ὄλβιος ὃς θείων κτλ. Haec autem omnia indicant, Empedoclem de hoc obscure potius significasse quam aperte docuisse.

(33) Vid. Sext. Empir. adv. Math. VII. 122, ubi distinguitur λόγος

Potius dicendum, illum sensisse quidem, animum altiore esse origine nec terrena materie, tamen eum in animi actione, sensu et intellectu, explicanda, quum omnia ab elementis repeteret, mentis vim cum corporis natura confudisse.

§ 38.

Morum praecepta. De aureo seculo.

Ab hac autem sententia de Diis et animis derivata sunt placita de officiis et moribus, quae praesertim in Καθαρμοῖς videtur proposuisse. Haec paucis tangenda.

Quum omnia tam divina quam humana communione quadam contineantur, inde nata est communis omnium lex, *τὸ πάντων νόμιμον* [34], per universum mundum patens: ne quem violare aut occidere fas sit, non solum hominem, sed etiam bestiam. Hinc quod, ut ab aliis veteribus ὕβρις, sic ab Empedocle φόνος summa habetur injustitia et impietas. Caedem pariter ut livorem praecipuas mortalium pestes nominat [35]; illam detestatur ut malorum omnium caussam, quae tum deos hominesque inter se alienet, tum vitam scelere ac miseria impleat [36]. Itaque nefas ducit pecudes caedere earumque carnem

θεῖος et ἀνθρώπινος. Ritter. Gesch. d. Philos. Vol. I, p. 537. Attigi hoc supra § 1.

(34) Vid. Emped. vs. 404 sq. et commentar. in h. vs. p. 281.

(35) Idem vs. 21.

(36) Idem vss. 3, 416.

comedere, quum eae non modo natura nobis affines sint, sed facile etiam bovis sub corpore latere possit patris vel nati animus, morte in illius formam mutati: unde victimarum caedes cognatorum parricidio aequalis putanda. Haec in Καθαρμοῖς tragice admodum enuntiat [37]. Si tamen constare sibi Empedocles in hoc voluisset, oportuisset eum pari modo vetare, plantas et arbores tangere atque comedere, quum in horum quoque formas mutari homines ex illius sententia possint. Id tamen non vetuit, exceptis paucis, velut fabā et lauro, a quibus abstinere jubet [38]. Sed in talibus praeceptis non requirenda est rationis constantia, quippe quae e priscarum religionum ritu ducta, serius a philosophis recepta et ad doctrinae placita accommodata sunt [39]. Empedocli caedes ideo praesertim detestata, quia inimica sit concordiae et amori, in quibus summum deorum et mortalium bonum et beatitatis fastigium positum arbitratur: quod indicant pulcri illi versus, quibus pristinam hominum felicitatem laudat.

Nam ut Ascraeus vates, ita hic quoque descripsisse videtur varias humani generis aetates, cujus

(37) Emped. vss. 410-417; item vs. 9 sq. Tangit Plutarch de Esu carn. II, 997; Vol. X, p. 150: *μικρὸν ἀνάλωμα ἡγούμεθα ψυχήν; οὔπω λέγω τάχα μητρὸς ἢ πατρὸς ἢ φίλου τινὸς ἢ παιδὸς, ὡς ἔλεγεν Ἐμπεδοκλῆς, ἀλλ' αἰσθήσεως τε μετέχουσαν κτλ.*

(38) Idem vss. 418 et 419. Rationes explicui in Commentar.

(39) Cf. Comment. ad vss. 371. 376 sq. et 418. Jam antiquitus apud Indos similia instituta usu viguisse notum est. Vid. Abel Remusat, Relation d'un voyage dans la Barbarie par plusieurs Samanéens de la Chine.

descriptionis vestigia quaedam adhuc supersunt. Sic initio mundi finxit, dies fuisse denûm atque septenûm mensium; homines autem tam magno corpore, ut nostri aevi homines, cum illis comparati, puerorum instar essent [40]. Isti haud inferiores sane fuerint argenteo illo hominum seculo, quorum pueritiam Hesiodus ad centum annos extendit [41]. Praecipue vero celebravit aetatem illam, merito auream dictam, qua ver erat perpetuum, omnia pacis et amoris plena: tum igitur, canit, unum colebant numen, reginam Cypri, nec aras victimarum caede, nec labia cruore polluebant, sed unguentis, odoribus, melle Deum honorabant [42]. Hunc adeo prisci seculi morem, ut pietati et sanctitati consentaneum, sequebatur et commendabat.

Sed non solum abstinentiam carnis et fabae, verum praecipue morum continentiam et castitatem colere hominibus praecepit, quod significat illud divinitus dictum: *νηστεῦσαι κακότητος*, *abstineto nequitiae!* [43] Ipsae illae quas praescripsit cerimoniae, sacrificia,

(40) Illud tradunt Plutarch. Plac. phil. V, 18; Galen. Hist. phil. XXXIV; quod attigi supra p. 476. Hoc iidem Plut. V, 27; Galen. XXXVIII: *τοὺς δὲ νῦν ἀνθρώπους τοῖς πρώτοις συμβαλλομένους, βρεφῶν ἐπέχειν τάξιν.*

(41) Hesiod. *Ἔργ.* vs. 130 Cler. Sturzius comparat. Homer. Il. *α*, 271; *ε*, 303.

(42) Vid. Emped. vss. 364-377.

(43) Emped. vs. 406. Tetigi hoc supra p. 68 sq. Ad Purgationes pertinet istud Galeni dictum de Causs. Procatarct. c. 3: »Democritus et Empedocles, et multi praeterea ex minoribus philosophis, consulunt, ut ab excessibus caveamus."

jejunia, lustrationes, eo spectabant, ut animus humanis cupiditatibus solutus ad divina studia erigeretur, et sic ei contingeret, *τὸν μὲν πρότερον ἀποδυσαμένῳ βίον, εἰς δὲ τὸν βελτίω ἀποστρέψαντι* [44], et in hac vita cum Diis habere commercium, et in posterum ad beatorum domicilium, locum animorum naturae congruum, reverti [45]. Quando enim animus per initia sordibus purgatus et caligine liberatus sit, tum pari furorem illum, qui non ex alienata mente vel sensibus oritur, sed divino afflatu accenditur [46]: hoc furore implentur vates et heroës, qui tanquam dii inter mortales versantur, qualis ipse sibi videbatur *θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός* [47]: his et vita beata et post mortem reditus in coelum paratus.

Ὄλβιος ὃς θείων πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
δειλὸς δ' ᾧ σκοτόεσσα θεῶν πέρι δόξα μέμηλε [48].

(44) *κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα*, addit Porphyrius de Abstin. I, § 1. Recepi Sturzii emendationem *ἀποδυσαμένῳ* pro *ἀποδυραμένῳ*. Plutarch. Reip. ger. praec. Vol. IX, p. 262 Reisk. *φιλοπλουτίαν καὶ φιλοχρηματίαν . . . τῆς ψυχῆς ἀποδυσάμενος*.

(45) Vid. Emped. vss. 384-386.

(46) Coel. Aurel. de Morb. Chron. V, 5, p. 325: »Empedoclem sequentes alium (furorem) dicunt ex animi purgamento fieri, alium alienatione mentis ex causa corporis sive iniquitate." Non tamen probabile, ab Empedocle ipsum vocabulum *μανία* meliore hoc sensu usurpatum esse, quod fecit Plato Phaedr. p. 244; sed qui illius doctrinam aemulabantur, sententiam hanc facile efficere potuerunt e vs. 41 sqq. ubi stultorum *μανίην* detestatus, divini numinis afflatum sibi deposcit.

(47) Emped. vs. 392. Tetigi hoc supra p. 31 sqq. et 69.

(48) Idem vs. 354 sq.

Jam omnem Empedoclis rationem de rebus divinis humanisque, ipsius (quantum licuit) vestigia secuti, explicuimus. Quae quidem cuncta animo comprehendens quis in illo mentis elationem, ingenii solertiam, judicii acumen, uno verbo, quis poëtam philosophum in illo non agnoscit? Qui mundi principium finxit tale, in quo esset una et perfecta omnium naturarum complexio et harmonia; qui rerum elementa constituit ea, quae omnes sequentes aetates approbarunt; qui caussas moventes posuit tales, quae latissime certe per universum mundum patent; qui, rejecto vacuo, pororum rationem induxit, per quos omnia in se invicem agant. His vero principiis congruenter singulas naturae res explicuit, licet plura parum juste, multa tamen egregie, velut quae de voluptate et dolore, quae de sensibus, praesertim de visu, exposuit; quorum magna pars a Platone summisque philosophis comprobata est. Quod autem ad divinam naturam attinet, etsi hujus vim parum perspexit, neque, ut Anaxagoras, mentem agnovit esse agendi movendique principium, tamen quam divinitus de deo deque animarum origine canit! Multum autem disceptatum est, in qua philosopho-

rum secta Empedocles sit ponendus: plurimi eum Pythagoreis, alii Jonicis, alii Eleaticis annumerandum opinati sunt. Ex iis vero, quae disputavimus, apparere arbitror, illius rationem cum omnibus his sectis connexam, nullius earum propriam fuisse. Cum Eleaticis in eo consentit, quod unum illud immotum perfectumque, ab illis τῷ ὄντι assignatum, in mundi principia transtulit [49]; cum Jonicis in hoc praesertim, quod res naturae perpetuo fluere et huc illuc agitari censuit [50]; cum Pythagoreis pleraque, quae ad res divinas, ad animos et religiones pertinent, habet communia; quibus Orphica quaedam placita et instituta adjecit [51]. Sic e diversis elementis conflata est Empedoclea ratio, unius tamen ingenii signo et effigie impressa.

(49) Vid superius dicta p. 313, 327 sq. 400.

(50) Vid. praesertim p. 364-369, 402.

(51) Attigi haec passim in Comment. ad vss. 31, 56 sq. 380 sqq. 410 sqq. 418-422; et Dissert. p. 505 sqq.

ADDENDA.

Nonnulla, quae aut inter scribendum me fugerant aut sero ad meam notitiam pervenerant, hîc adjeci. Inserui quaedam clar. viri, Jac. Geelii, *σχεδιάσματα*, quae in libro percurrendo annotavit et pro ea qua est erga me benevolentia mecum communicavit. Quae a me edita esse ipsi spero haud molestum, lectoribus gratum fore scio.

p. 6. Utrumque Empedoclem, avum et nepotem, in Olympionicis recenset Krause, Olympia (Wien 1838) p. 277 sq.

p. 9. Cum Eusebio concinit Cyrillus Julian. I, p 13: *ὀγδοηκοστῇ ἕκτῃ Ὀλυμπιάδι γενέσθαι* (*vixisse?*) *φασὶ τὸν Ἀβδηρίτην Δημόκριτον Ἐμπεδοκλέα τε, Ἱπποκράτην καὶ Πρόδικον, Ζήνωνα καὶ* (*Παρμενίδην?*).

p. 21, not. 55 et p. 26, not. 65. Scholiastes Hermogenis, quem citavi, est Maximus Planudes editus in Walzii Rhett. Gr. Vol. V. p. 459.

p. 27 sq. De magia Empedocli imputata eruditorum judicia affert Harles. in Fabricii Bibl. Gr. T. I, p. 809.

p. 50. not. 140. Timaeum auctorem secutus videtur etiam Jamblichus, qui inter nobilissimos Pythagorae auditores Empedoclem numerat in Vita Pythag. s. 104, 166, 267.

p. 41. not. 113. In Laërtii loco citato: *ὕστερον μέντοι, τοῦ Ἀκράγαντος οἰκιζόμενου, ἀντέστησαν αὐτοῦ τῇ καθόδῳ οἱ τῶν ἐχθρῶν ἀπόγονοι* — Geelius pro *οἰκιζομένου* legendum conjicit *οἰκτιζομένου*. »Empedocles repulsus est ab inimicis, invito Agrigento, Agrigentinis tanti virum sortem miserantibus."

p. 58. not. 166. Cf. Georg. Choeroboscus apud Dionys. Thrac. Gramm. in Bekkeri Anecd. Vol. II, p. 733: *οὐκ ἔστι ποιητὴς ὁ μέτρῳ μόνῳ χρώμενος· οὐδὲ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς ὁ τὰ φυσικὰ γράψας, οὐδὲ οἱ περὶ ἀστρολογίας εἰπόντες . . . ἐμμέτρως χρησμῳδῶν· χρὴ γὰρ εἰδέναι ὅτι ταῦτα χαρακτηρίζει ποιητήν, μέτρον, πλάσμα, ἱστορία, ποιὰ λέξις.*

p. 62. not. 183. Matthaeus Camariota qui vulgo habebatur, cum esse Georgium Plethonem, auctorem libri *Συντομὴ Ῥητορικῆς*, docet Walz. in edit. Rhett. Gr. Locus, quem spectavi, exstat Vol. VI, p. 588, ubi cf. annot.

p. 64. In Laërtii verbis: Νεάνθης δὲ, νέον ὄντα γεγραφέναι τὰς τραγῳδίας, καὶ αὐτὸν ἔπειτα αὐτοῖς ἐντετυχηκέναι — Geelius dubitat, an ἔπειτα αὐτοῖς mutandum sit in ἐπιτόμοις (adject.); credens et alibi mentionem esse tragoediarum in compendium redactarum.

p. 73. περὶ τῆς ε΄ οὐσίας, *de quinta essentia* Empedoclem in carmine egisse, perperam nonnulli putarunt. Unde ista opinio vel potius iste error ortus sit, effici potest ex iis quae dicta sunt p. 330 sq.

Vss. 1-8. Eadem sententia est Philolai, teste Clemente Alex. Strom. p. 433 A: ὡς διά τινας τιμωρίας ἁ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται. Quem locum tractant Boeckh. Philolaos p. 181, et Lobeck. Aglaoph. T. II, p. 795 sqq. — Vs. 5. τρὶς μύριας ὧρας. Bergkius in Zeitschr. f. d. Klass. Alterthumswiss. 1837, Nr. 55 et 61, ostendit hunc numerum universe pro ingenti multitudine usurpari solere. Ex exemplis vero quae affert, praeter ea quae nos citavimus, huc praesertim pertinet illud Aeschyli qui, teste Hygino Astron. II, 15, et Scholiasta ad Aeschyl. Prom. Vinct. vs. 94, in Prometheo Ignifero finxit, hunc per triginta millia annorum in Caucaso monte alligatum fuisse. Reliqua quae addit exempla, e Platone Symp. p. 175 E; Aristoph. Eccles. 1133, Avv. 1136 et 1179; Herodoto V, 97; Melisso in Simplicii Phys. f. 24, ostendunt quidem τρεῖς μυριάδας pro ingenti multitudine sive infinito numero poni; attamen inde effici non potest, quin vates et philosophi eundem numerum, sicut ternarium, denarium, aliosque proprie usurpaverint eique reconditam quandam tribuerint potestatem. — Vss. 7 et 8 citat quoque Asclepius Schol. in Aristot. Metaph. Brand. p. 629 a, ita:

ὡς καὶ ἐγὼ δεῦρ' εἰμὶ φ. θ. κ. ἀ.
νείκεϊ αἰθομένῳ πίσυνος.

Vs. 27. μελάγκορσός τ' Ἀσάφεια. Geelius ad h. l. annotavit haec: „Pulcre correxisti μελάγκορσος. Tamen credo Tzetzam μελάγκορος pro vero habuisse, *nigris oculorum pupillis*; idque exemplorum quae affert alterum certe confirmat. Quodsi dubitas de metro, memoriter citavit Graeculus; versus ei hac formâ obversari potuit: μελάγκορος ἠδ' Ἀσάφεια."

Vs. 33. δεῖν' ἔμπαια. Conjectura haec confirmatur consensu Bergkii, qui, spreto quod prius excogitaverat ἔμπνα, post in eandem fere mecum emendationem incidit, legens δείλ' ἔμπαια; quam conjecturam vulgavit in Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1837, nr. 55. Itaque inventionis laudem illi cedo. Tamen istud δειλά postponendum duco meae scripturae δεινά.

Vs. 39. In Comment. ad h. vs. p. 174 scripsi: »ὧδ' ἐλιάσθης, eodem sensu quo infra vs. 292, ἔσω λελιημένος." Haec conferens non attendi alterum derivatum esse a λιάζομαι, alterum a λιλαίομαι, quae significatione differunt. ὧδ' ἐλιάσθης notat *huc devertisti*; ἔσω λελιημένος, *intro festinans*.

Vs. 55 sqq. Τέσσαρα τῶν πάντων . . . Ζεὺς ἀργὴς κτλ. Hoc loco non omittendus Achilles Tat. in Arat. Phaen. c. 3, p. 75 Petav. haec scribens: Ἐμπεδοκλῆς δὲ ἀρχάς φησι τῶν ὅλων τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, καὶ τὸ μὲν πῦρ καλεῖ Δία καὶ αἰθέρα, τὴν δὲ γῆν Ἥραν, τὸν δ' ἀέρα Ἀϊδωνέα, τὸ δ' ὕδωρ Νῆστιν· τὰς δὲ τούτων δυνάμεις Νεῖκος καὶ Φιλίαν, Νεῖκος μὲν τὴν διάλυσιν, Φιλίαν δὲ τὴν σύνοδον. Hic similiter ut Plutarchus legisse videtur Ζεύς αἰθήρ; porro Ἥραν, ut plerique, interpretatur γῆν; contra Menander de Encom. c. 5 dicit; Ἥρη ὅτι ἀήρ. Deinceps autem Achilles Tatius ita pergit: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν εἰσάγει τὸν Ὀρφέα ταῦτα λέγοντα (Γ, 496):

ἤειδεν δ' ὡς γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε,
τόπριν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότα μορφῇ,
Νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα.

πάλαι γὰρ ποτὲ ἀναμὶξ φερομένων τῶν στοιχείων ὑπὸ τοῦ Νείκους, ὕστερον διακριθῆναι αὐτά, παντὸς μὲν τοῦ γεώδους συστρέφοντος (l. συστραφέντος) εἰς ἕν, ὅλου δὲ τοῦ πυρώδους περιειληθέντος εἰς τὸ αὐτό, καὶ τοῦ ὑδατώδους συῤῥέοντος εἰς τὸ ὅμοιον, καὶ τοῦ ἀέρος περιχυθέντος πρὸς τὸ ὁμόφυλον. Orphica haec quae feruntur cum Empedocleis plane concinunt, et quae Apollonius Orpheum canentem facit, et quae interpres explicandi gratia subjungit. Ista μιῇ συναρ. μορφῇ, et ἀναμὶξ φερ. τῶν στοιχείων, quadrant in Empedoclis σφαῖρον, a multis μῖγμα dictum et habitum, e quo deinde per Discordiam diversa elementa se secreverunt. Cf. Commentar. in Emped. vs. 52 sq. et Dissert. p. 316 sqq.

Vs. 68. ὅ σφιν ἀμοιβαῖος. Hunc versum citat Asclepius Schol. Aristot. Metaph. p. 629 a, ed. Brand. et sua ratione Pythagorice, id est, inepte interpretatur. Legitur autem vitiose:

ὅς σφιν ἀμοιβαῖος πλατέος παρελήια τὸ ὅρκου.

Vss. 71-73. χωρὶς πᾶν τὸ βαρὺ κτλ. Hanc rerum perturbationem Discordia effectam, quam Plutarchus adumbrat (vid. Comment. ad h. vs. p. 188), spectat quoque Nicephorus Blemmydas in Scriptt. vett. nova Collect. Vatic. ed. A. Maj. T. II, p. 633. »Quando rex, inquit, et

subditi discordant, omnia sunt perturbationis plena *κατὰ τὴν τοῦ Ἐμπεδοκλέους δόξαν, ὃς ἐδόξαζεν, ὅτι τὰ ἐν κόσμῳ πάντα πράγματα ἦσαν ἐν συγχύσει καὶ ἀναμεμιγμένα, πρὸ τοῦ τὸ Νεῖκος καὶ τὴν Φιλίαν διαχωρίσαι αὐτὰ καὶ ἕκαστον πρὸς τὸ οἰκεῖον καὶ συγγενὲς καταστῆσαι.* Nicephorus tamen non ex Empedocle, sed vel e Plutarcho vel ex alio quodam scriptore hausit. — Vs. 72. *δεδίσσεται* hac significatione non probatur Geelio, sed aut legendum censet quod conjeci *δεδίσκεται*, aut quod ipsi placet *ἠελίου διαείδεται.*

Vs. 80. *φύσις δ' ἐπὶ τοῖς.* Sic quoque legit Asclepius Schol. Aristot. p. 695 a, haec verba tangens: *Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγεν ὅτι φύσις δ' ἐπὶ τούτοις, τοῖς στοιχείοις, ὀνομάζεται τοῖς ἀνθρώποις.* Etsi interpretamentum *τοῖς στοιχείοις* parum rectum est.

Vs. 83. *ὅπῃ κέ τις αἰὲν ἐρείδῃ.* Scribendum censeo: *ὅπῃ κέ τις ἀντί' ἐρείδῃ.*

Vs. 86. *διατμηθέντος ἐνὶ σπλάγχνοισι λόγοιο, mente in praecordiis divisâ*, hoc sensu accipiendum: Quoniam mentis ratio sibi non constat, sed modo in hanc, modo in illam sententiam fertur. »Crede, inquit, Musae effatis, quandoquidem humana ratio incerta et inconstans est." Similiter *διατέμνεσθαι* usurpat de corpore aegritudinibus vexato, vs. 338: *γυῖα κακῇσι διατμηθέντ' ἐρίδεσσι.*

Vs. 98. *τῇ μὲν γίγν. τε καὶ οὔ σφ. ἔμπεδος αἰών.* Non supervacaneum erit addere, haec verba idem valere ac si dixisset *γίγνονταί τε καὶ φθίνονται;* quorum illud respondet praegresso *ἓν ἐκ πλεόνων φύεσθαι*, hoc alteri *διαφύντος ἑνός.* Sic quoque accipit Simplicius de Coelo I, f. 27 B (Schol. Aristot. p. 476 b), verba *οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών* interpretans *ἀϊδίως ἀνακυκλοῦνται.* Non tamen praeteribo quod conjecit Geelius: *τῇ μὲν ἐπείγονται τε καὶ* —

Vs. 100. *αἰὲν ἔασιν ἀκίνητα κατὰ κύκλον.* Bergkius conjecturam suam *ἀκίνητον κατὰ κύκλον* (quam tetigi in comment. p. 196) firmare studuit in Zeitschr. f. d. Alterthumswiss. 1837, nr. 55, quia alteram lect. *ἀκίνητα κατὰ κύκλον* metro prorsus repugnare arbitratur. Quum tamen ostenderim, Empedoclem saepius hanc licentiam sumsisse, de hoc, opinor, non amplius erimus solliciti. Quod autem ad sensum attinet, etsi *ἀκίνητον κατὰ κύκλον* explicari potest *κατὰ κύκλον ἀναγκαῖον*, tamen convenientius Empedoclis menti *ἀκίνητα* hîc dici elementa, quoniam non id agit ut ostendat, conversionem istam sempiternam esse (hoc jam dixerat versu praegresso: *ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει*), sed in perpetuo hoc fluxu mundi elementa *αἰὲν ἀκίνητα*, semper immota nec ulli vicissitudini obnoxia constare.

Caeterum *κύκλος* ille dicitur *ὁ κύκλος τῆς διαλλάξεως*, orbis perpe-

tuae vicissitudinis, eodem sensu quo in Euripidis versu citato in Comment. p. 196. Hic κύκλος nullis temporis terminis definitus est: quocirca Bergkius perperam huc transfert orbem illum τρὶς μυρίων ὡρῶν, per quem daemones circum corpora errare coguntur (Emped. vs. 5.) Empedoclis physica ratio et sententia de diis animisque non confundendae sunt, ut in dissert. docui. Attamen Bergkii opinioni pondus addere fortasse videatur locus Melissi apud Simplic. Phys. f. 24 (quem adhibet in Diario laud. nr. 61) ubi mundum aeternum esse statuens, eundem mutari posse negat: εἰ γὰρ ἑτεροιοῦται, inquit, ἀνάγκη τὸ ἐὸν μὴ ὁμοῖον εἶναι, ἀλλ' ἀπόλλυσθαι· . . . εἰ τοίνυν τρὶς μυρίοισιν ἔτεσιν ἑτεροῖον γένοιτο τὸ πᾶν, ὄλοιτο ἂν ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ. Cur vero haec ex Empedoclis sententia expressa putentur? Melissus hîc τρὶς μυρία ἔτη pro longissimo temporis spatio ponit, quemadmodum saepe fieri solet, ut modo vidimus ad vs. 5 »Pone, inquit, triginta millibus annorum universum mutari, interibit."

Vs. 118. καὶ πρὸς τοῖσιν ἄρ οὔτ' κτλ. Ad hunc versum Geelius haec annotavit: »Vereor ut recte transposueris ἄρ οὔτ'. Nosti Homericum οὔτ' ἄρ frequentissimum. Empedocles hic, ut saepius, potuit producere syllabam brevem, praesertim in arsi. Homerus Il. ζ, 157, secundam produxit in αὐτάρ." Peccatum fateor; legas igitur: καὶ πρὸς τοῖς οὔτ' ἄρ —

Vs. 125. λιπόξυλον »interpretor *sustentaculo destitutum;* translatum a quavis structura ligneis fulcris sustentata." Geelius.

Vs. 127. ἄμβροτα δ' ὅσσ' ἕπεται. Geelius conjecit ἕλεται, ab absoleto ἕλω, *volvo.* Mihi nunc probabilius videtur Empedoclem scripsisse: ἄμβροτα δ' ὅσσα τ' ἔγεντο, i. e. ἐγένετο. cf. vs. 219.

Vs. 135. καί τε θεοί. Particulas καί τε attingit Hermann. Opusc. T. V, p. 167 sq.

Vs. 137. ἀλλοιωπά tuetur etiam Bergkius, conferens praeter alia haec Aeschyli: Prometh. vs. 365, γοργωπὸν σέλας; vs. 508, φλογωπὰ σήματα; vs. 688, πυρωπὸν κεραυνόν. Adde hoc Sophoclis Philoct. vs. 216: τηλωπὸς ἰωή. Quae adhibenda iis quae notavi de vocabulo στερεωπός, vs. 129, in Comment. p. 206.

Vs. 144. εἴσοκεν ἂν συμφύντα. Istud συμφύντα, *coalescentia*, Geelio parum rectum videtur, quia rerum mortalium natura non in sola concretione, sed pariter in discretione posita est. Conjecit: εἴσοκεν ἂν σύμπαντα τὸ πᾶν ὑπένερθε γένηται. Itaque τὸ πᾶν sit *universa materies*, σύμπαντα *omnis generis formae*, ὑπένερθε γενέσθαι idem quod ὑποδῦναι: materies enim *subit* formas. Explicatio haud sane improbabilis. Vide tamen, num pro συμφύντα fortasse legendum sit μετα-

φύντα, ut vs. 319: ἀλλοῖοι μετέφυν; tum reliqua eo sensu interpretanda, quo in Commentario exposui.

Vs. 157. In Commentario ad h. vs. p. 211, perperam me in Aresae loco tentasse verbum ἐμάσατο, me monuit Geelius. Nam ἐμάσατο, ut ille judicat, habendum pro Dorico aoristo verbi μήδομαι.

Vss. 167-177. Ἐπεὶ Νεῖκος μὲν κτλ. Hunc locum tractat Petersen in Allg. Lit. Zeit. 1837, nr. 97; interpretatur tamen, me judice, argutius quam verius. Primum μέσην στροφάλιγγα (vs. 168) dici vult intervallum medium inter mundum αἰσθητὸν et νοητόν, eandemque putat esse δαιμόνων θεηλάτων sedem. De his nihil Empedocles. Tum ista πολλὰ δ' ἄμικτ' ἕστηκε . . . ὅσσ' ἔτι Νεῖκος ἔρυκε (vs. 172) putat dici mundi partem puram et intaminatam, summum coeli orbem, in quo Dii habitant et Venus regnat (vs. 368 sqq.) Non animadvertit vir eruditus, ἄμικτα ista non perpetuo constare, sed aliquantisper modo, quum, invalescente Amicitia, Discordia adhuc (ἔτι) resisteret, nondum plane (οὔπω πᾶν) expulsa; nec, quod magis mirere, vidit, quam incongruum sit, beatorum sedem et Veneris regnum Discordiâ videlicet contineri (Νεῖκος ἔρυκε). Caeterum locum attigi in Dissert. p. 392.

Vs. 168. Pro στροφάλιγγι γένηται, Petersen l. l. ad vitandam modorum enallagen, ἵκετο et γένηται, conjicit legendum στροφάδι γεγένηται. Enallagen istam tetigi in Commentar. p. 213.

Vs. 173 sq. οὐ γὰρ ἀμεμφέως πω πᾶν — Petersen pro πω πᾶν scribit τὸ πᾶν; sed οὔ πω respondet praegresso ἔτι, et convenit sensui.

Vs. 177. Φιλότητος ἀμεμφέος. Idem ἀμεμφέως.

Vs. 186. ἀγλαΐεσσα σελήνη. Geelius, si linguae usus ferret, mallet γελασῖνα (pro — ινη) σελήνη, quod ad sensum sane aptissimum et vulgato λάϊνα proximum.

Vs. 202. καρπαλίμως ἀνόπαιον. Memorare sum oblitus, Eustathium haec hausisse ex Herodiano περὶ σχηματ. Ὁμηρικῶν, quod docuit Creuzer. in Plotin. de Pulcr. p. 197.

Vs. 209 sq. Ὡς δὲ τότε χθόνα Κύπρις κτλ. Mirere, quomodo hos versus, sicut vulgo legebantur, interpretetur Brandis Hist. Phil. I, p. 205, ex his videlicet efficiens, Empedoclem ignem fecisse Discordiae subjectam vel geminam (das Feuer als Substrate des Streites).

Vs. 212 sq. τὰ δύο τῶν ὀκτὼ κτλ. Apud Alexandrum in Schol. Aristot. Metaph. p. 829 b, duo hi versus a Brandisio sic vulgantur: τάς δύο τῶν ὀκτὼ μοιρέων . . . λεύκ' ἐγένοντο. Addita est inepta numerorum istorum explicatio.

Vs. 230 sq. Hîc πυκνὰ dici videntur ὄμματα, in quibus plus ignis

inest; contra *μανά*, in quibus plus humoris: quod effici licet ex iis quae de intellectu statuit, explicita a nobis in Dissert. p. 496.

Vs. 247. *οἶνος . . . σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ.* Hoc dictum meminit quoque Alexander Aphrod. in Topic. Schol. Aristot. p. 282 b.

Vs. 298. *θάτερον εὐθὸς ῥεῦμα.* »Mirarer, dicit, Geelius, si Empedocles *θάτερον* scripsisset, non *αἰθέρος*. Necesse erat aëris vocabulum repetere post tam longam interjectam comparationem."

Vs. 300. *τέρματα θ. λεχέων.* Geelio non veri similis videtur correctio *λεχέων*; mirum enim fore credit, si in utroque Plutarchi loco *μελέων* eodem modo corruptum esset. Ego, inquit, verissimum arbitror Buttmanni *κέρματα*, quod paene confirmant Plutarchi verba, *τὰς ἀποῤῥοίας ἀναλαμβάνουσιν* — quae interpretationis loco sunt, non additamenti: sic demum ipsa commemoratio versûs Empedoclei aliquam vim habet, alioquin paene otiosa futura." Haec ille. Quod ego Buttmanni lectioni objeci, canem *ἀποῤῥοίας* non *ἐρευνᾶν*, si argutius fortasse videatur, addam, vocabulum *κέρματα* pro *ἀπόῤῥοιαι*, etsi latini hoc sensu *ramenta* usurpant, Empedoclis tamen sensui et dictioni mihi parum conveniens videri. Reputent acutiores.

Vs. 314. *καὶ καθ' ὅσον μὲν ἀραιότατα κτλ.* Haec verba ad intellectum spectare efficias e Theophrasti verbis quae attuli in Dissert. p. 492: *καὶ ὧν μὲν μανὰ καὶ ἀραιὰ κεῖται τὰ στοιχεῖα κτλ.*

Vs. 315 sq. Bergkius de Rell. Comoed. Att. p. 167, hos versus sic legendos censet:

αἵματος ἐν πελάγεσσι τεθραμμένον ἀντιθορόντος,
τῇ τε νόημα μάλιστα κικλήσκεται —

Rationes sententiae suae non addidit.

Vss. 318-320. Citat hos versus et explicat Alexander in Metaph. Schol. Aristot. p 669 b, his verbis: »Aristoteles, inquit, hoc loco ostendit, antiquos *αἴσθησιν* eandem atque *φρόνησιν* putasse, Empedoclem quidem hoc versu:

πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἐναύξεται ἀνθρώποισι·

τουτέστι· πρὸς τὸ παρὸν γὰρ καὶ τὸ φαινόμενον ἡ φρόνησις γίνεται καὶ ἡ τοῦ ἀληθοῦς κατάληψις τοῖς ἀνθρώποις· μῆτις γὰρ ἡ φρόνησις· τοῦτο γὰρ ἴδιον αἰσθήσεως· ἐξηγήσατο δ' αὐτὸς (ὁ Ἀριστοτέλης) τὰ εἰρημένα διὰ τῶν ἐπῶν, προειπὼν »καὶ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν μεταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν." τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο σημαίνει καὶ ὃ ἑξῆς παρατίθεται, τὸ

ὅσον ἀλλοῖοι μετέφυν, τόσον ἄν (ἄρ) σφισιν αἰεὶ
καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται.

ὃ γὰρ λέγει ἐστίν, ἤτοι ὅτι ὡς ἂν ἀλλοιωθῶσιν, ὃ γίνεται ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν, οὕτως καὶ φρονοῦσί τε καὶ δοξάζουσιν, ἢ ὅτι ὡς ἂν ἕξεως ἔχωσι, καθ' ἣν ἕξιν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτοῖς οὕτως ἢ οὕτως ἕπεται, οὕτως καὶ φρονοῦσι περὶ τοῦ πράγματος.

Vs. 354 sq. *Ὄλβιος ὃς θείων κτλ.* His similes sunt nobiles versus Euripidei a Clemente Alex. servati, apud Valcken. Diatr. c. 4, p. 26: *ὄλβιος, ὅστις . . . ἀθανάτου καθορῶν φύσεως κόσμον ἀγήρω* —

Vs. 357 sq. *ἥπερ γε μεγ. πειθοῦς ἀνθρ. — ἁμαξιτὸς κτλ.* Memor hîc fuissem versûs 409, aeque ac ibi hujus memini. *πίπτειν* ob varium hujus verbi usum sollicitandum non putat Geelius. Alioquin facile conjiceres, ut in illo versu legitur: *ἀργαλέη γε τέτυκται . . . ἐπὶ φρένα πίστιος ὁρμή*, ita in hoc versu legendum:

ἥπερ γε μεγίστη
πειθοῦς ἀνθρώποισιν ἁμαξιτὸς εἰς φρέν' ἐτύχθη.

Vs. 372. *γραπτὰ ζῷα* explicat Hermann. Opusc. Vol. V, p. 210 sq. ostendens significare non, quod quidam putant, statuas variis coloribus distinctas, sed pictas imagines vel in tabula vel in textili opere. Caeterum versum 374 sic legit:

ξουθῶν τε σπονδὰς μελίτων ῥίπτοντες ἐς οὖδας.

Vs. 384 sq. *εἰς δὲ τέλος μάντεις κτλ.* Comparentur cum his Pindarici versus apud Platonem Menon. p. 81, in edit. Boeckh. fragm. 98: *ἐκ τῶν βασιλῆες ἀγανοὶ καὶ σθένει σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξοντ', ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται.*

Vss. 410-415. Locum hunc affert Bergkius in Rell. Comoed. Att. p. 280, vs. 411 sq. sic emendans:

. . . *οἱ δ' ἐπορεῦνται*
λισσόμενον θύοντες· ὁ δὲ νήκουστος ὁμοκλέων·
σφάξας δ' ἐν —

et versu 415, *ἀποῤῥαίσαντε*, sicut ipse edidi. Emendatio haec simplicitate sane se commendat. Melius tamen, puto, foret: *οἱ δ' ἐσορεῦνται λ. θ. ὁ δὲ νήκουστος ὁμοκλέων, σφάξας ἐν* — *ὁμοκλέων* habeatur pro genitivo plur. quo *bovis mugitus* significetur. Num tamen hac ratione omnes, quas in vulgata movi, difficultates sublatae sint, dubito.

Vs. 431. *ῥεύματα δενδρεόθρεπτα, κατὰ θέρος αἰθύσσοντα.* »Non video, annotat Geelius, quamobrem post illud *δενδρεόθρεπτα* segetis mentio necessaria fuerit. Quidni multo facilius correxisti *κατ' αἰθέρος*

αἰθύσσοντα? Glossa Hesychii, quam ipse contulisti, καταίθυξ ὄμβρος, neutram, non activam verbi potestatem spectat."

Nr. 454. Fortasse Philoponus scripsit ἀΐδια ταῦτα ἀριθμῷ, non verba Empedoclis, sed sententiam secutus; quemadmodum Alexander in Metaph. (Schol. Aristot. p. 556 a) de Empedocle loquens dicit: ἢ γὰρ οὐκ ἔσται ἐξ ἀλλήλων, εἰ ἀΐδια κατ' ἀριθμόν, φαίνεται δὲ γινόμενα, ἢ ἔσται ἅμα τὰ ἐναντία περὶ τὸ αὐτό.

Apophth. 4. Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικός κτλ. Idem hoc dictum refertur in appendice Stobaei Gaisf. p. 66, et ab Ant. Melissa I, s. 50, qui cum Maximo congruunt.

p. 309. not. 4: »nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse" etc. Sententia haec tangitur a Platone Phaedon. p. 65 B: τά γε τοιαῦτα καὶ οἱ ποιηταὶ ἡμῖν ἀεὶ θρυλλοῦσιν, ὅτι οὔτ' ἀκούομεν ἀκριβὲς οὐδὲν οὔτε ὁρῶμεν. ad q. l. Olympiodorus annotat: ποιητὰς λέγει Παρμενίδην, Ἐμπεδοκλέα, Ἐπίχαρμον.

p. 317. (*) In verbis Aristotelis ὡς εἰς γνωριμώτερον ἀνάγων frustra me haesisse sentio. Acquiesco in vulgari interpretatione: *ad notius quid* (i. e. minus abstrusum) *referens*. Similiter loquitur Metaph. IX, 2, p. 720 D: ζητητέον . . . τί τὸ ἕν ἐστι καὶ πῶς δεῖ περὶ αὐτοῦ λαβεῖν, πότερον ὡς οὐσίας τινὸς οὔσης αὐτοῦ τοῦ ἑνός, καθάπερ οἵ τε Πυθαγόρειοί φασι πρότερον καὶ Πλάτων ὕστερον, ἢ μᾶλλον ὑπόκειταί τις φύσις καί πως δεῖ γνωριμωτέρως λεχθῆναι καὶ μᾶλλον ὥσπερ οἱ περὶ φύσεως· ἐκείνων γάρ ὁ μέν τις φιλίαν εἶναί φησι τὸ ἕν, ὁ δ' ἀέρα, ὁ δὲ τὸ ἄπειρον. Qui locus alterum illum illustrat.

p. 347. not. 109. Ut Heraclides Empedocleam Amicitiam et Discordiam revocat ad Homeri fabulam de Marte et Venere, sic Scholiastae in Iliad. Villois. p. 429, Bekk. p. 468, placitum istud repetunt a fictione illa de duabus urbibus in Achillis clypeo expressis, quarum in altera Pax, in altera Bellum dominatur.

Postremo his κολοφῶνος δίκην addantur tres veterum loci, unus Stobaei, saepius a me tactus praesertim p. 335, not. 75; duo reliqui S. Epiphanii et anonymi scriptoris nuper editi, uterque etsi haud magni momenti, tamen φιλομαθεῖ haud praetermittendi.

Stobaeus Ecll. Phys. I, 3, 28. p. 60 Heeren.

*Μέλισσος καὶ Ζήνων τὸ ἓν καὶ πᾶν, καὶ μόνον ἀΐδιον καὶ ἄπειρον τὸ ἕν, * * ** [1]) *καὶ τὸ μὲν ἓν τὴν Ἀνάγκην, ὕλην δὲ αὐτῆς* [2]) *τὰ τέσσερα στοιχεῖα, εἴδη δὲ τὸ Νεῖκος καὶ τὴν Φιλίαν· λέγει δὲ καὶ τὰ στοιχεῖα θεούς, καὶ τὸ μῖγμα τούτων τὸν κόσμον, καὶ εἰς ὃ ταῦτα ἀναλυθήσεται τὸ μονοειδές* [3]). *καὶ θείας μὲν οἴεται τὰς ψυχάς, θείους δὲ καὶ τοὺς μετέχοντας αὐτῶν καθαροὺς καθαρῶς.*

(1) Post *ἄπειρον τὸ ἕν* asteriscos posui, quia quae sequuntur sunt Empedoclis, cujus nomen excidit. In Cant. ed. lacunae signum positum post *καὶ τὸ μὲν ἕν.* Heerenus sustulit.

(2) *ὕλην δὲ αὐτῆς.* Heerenus temere *αὐτῆς* mutavit in *αὐτά.* — *ὕλη τῆς Ἀνάγκης* est *materies Necessitati tanquam caussae moventi subjecta:* sic alibi Stobaeus *Ἀνάγκην* ex Empedoclis sententiâ dicit esse *αἰτίαν χρηστικὴν τῶν στοιχείων.* Vid. Dissert. p. 361. Cum hac autem descriptione plane congruit Simplicii locus quem citavi supra p. 389, not. 207.

(3) *καὶ εἰς ὃ ταῦτα* scripsi pro vitioso *καὶ πρὸς ταῦτα.* — *τὸ μονοειδὲς* vocatur *τὸ ἓν* sive *ὁ σφαῖρος,* in quod cuncta tandem resolvantur, sicut vulgo Empedoclis placitum interpretari solebant.

Epiphanius adv. Haer. L. III. T. II, 1, p. 1088.

Ἐμπεδοκλῆς ὁ τοῦ Μέτωνος, Ἀκραγαντῖνος, πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα τέτταρα πρωτόγονα εἰσέφερε στοιχεῖα, καὶ ἔλεγεν Ἔχθραν ὑπάρχειν πρῶτον τῶν στοιχείων· ἐκεχώριστο γάρ, φησι, τὸ πρότερον, νῦν δὲ συνήνωται, ὥς λέγει, φιλωθέντα ἀλλήλοις· δύο οὖν εἰσὶ κατ' αὐτὸν ἀρχαὶ καὶ δυνάμεις, Ἔχθρα καὶ Φιλία, ὧν ἡ μέν ἐστιν ἑνωτική, ἡ δὲ διαχωριστική.

Testimonium parum luculentum. Istud *Ἔχθραν ὑπάρχειν πρῶτον τῶν στοιχείων,* etsi parum rectum, explicari tamen potest; sed ratio quam addit, *ἐκεχώριστο γὰρ τὸ πρότερον,* ad id probandum parum valet.

Anonymi Scriptoris fragm. in Rhett. Graec. edit. Walzii, Vol. III, p. 663.

Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, ὁ Μελίτωνος παῖς, [1]) πρὸς τοῖς δ′ στοιχείοις καὶ Νεῖκος καὶ Φιλίαν δοξάζει, καί φησιν ὅτι, εἰ μὲν τοῖς στοιχείοις ἡ Φιλία μετείη, γίνεται [2]) εὐμέλεια καὶ εὐαρμοστία τῶν σωμάτων· εἰ δὲ τὸ Νεῖκος συνέλθοι τοῖς στοιχείοις, γίνονται παράγυια καὶ ἀσυντελῆ καὶ βουγενῆ καὶ ἀνδρόπρωρα. Ταῦτα δὲ λέγονται τέτταρα στοιχεῖα καὶ οὐχ ἕξ, ὥς τινες οἴονται [3])· Φιλίαν μὲν τὴν συμμετρίαν καὶ εὐκράτωσιν τῶν στοιχείων καλεῖ, ὥσπερ καὶ Νεῖκος τὴν ἀσυμμετρίαν αὐτῶν καί τινος τούτων ὑπερβολὴν παρὸ δεῖ, ὡς καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις δηλοῖ. Reliqua desunt.

(1) *Μελίτωνος παῖς* perperam pro *Μέτωνος*. Pariter peccat Tzetzes supra cit. p. 5, not. 6.

(2) *εἰ μὲν τοῖς στοιχ. ἡ Φ. μετείη, γίνεται.* Sic emendavi vulgatum *εἰ μέντοι τῶν στοιχείων ἡ Φιλία, ἐπειδὴ γίνεται.* Spectare videtur Empedoclis vss. 326-334; item vs. 239 sqq.

(3) *οὐχ ἕξ, ὥς τινες.* cf. Dissert. p. 349, not. 116.

INDEX SCRIPTORUM

QUI DE EMPEDOCLE COMMEMORARUNT.

Abul-pharagius
Hist. Dynast. . . . . p. 40. 76.
Achilles Tatius
Isag. in Arat. . . . . p. 93. 109. 422. 433. 520.
Aelianus
Var. Hist. . . . . p. 30.
Hist. Anim. . . . . p. 72. 119. 141. 439.
Aeneas Gazaeus
Theophrast. p. 89.
Alcidamas
apud Diog. Laërt. VIII. . . . . p. 30. 47. 49.
Alexander Aphrodisius
Quaestt. Nat. p. 440.
in Arist. Meteor. . . . . p. 113. 436. 438. 439.
de Sensu. . . . . p. 129. 431.
Topica. . . . . p. 121. 524.
Metaph. (lat.) . . p. 11. 318. 320 324. 355.
(Schol. Arist.) . . p. 226. 336. 348. 354. 355. 404. 421. 497. 500. 523. 524.
apud Simplic. Phys. . . . . p. 343.
de Coelo. . . . . p. 379. 447.
apud Philopon. de Coelo. . . . . p. 369.
Ammonius
in Aristot. de Interpr. . . . . p. 66. 136.
Anonymus Scriptor
Vitae Hom. . . . . p. 99. 341. 347. 352.

Anonymus Scriptor
Theolog. Arithm. . . . . p. 326.
in Anecd. Bekk. . . . . p. 109.
in Rhett. Gr. Walz. III. . . p. 149. Addend. p. 528.
Anthologia Graeca
ed. Bosch. . . . . p. 141. 142. 149.
Antoninus Philosophus
de Rebus suis. . . . . p. 93.
Antonius Melissa
Sentt. Addend. p. 526.
Apollodorus
apud Laërt. VIII. . . . . p. 5. 6. 10. 12. 43.
Apostolius
Proverb. . . . . p. 450.
Apulejus
Flor. — Apolog. . . . . p. 43. 68.
Aristoteles
Topic. IV. . . . . p. 121.
Phys. I. . . . . p. 320. 334. 365. 404.
II. . . . p. 72. 354. 361. 410. 444. 446. 452.
VIII. . . . . p. 99. 200. 365. 367.
de Coel. I. . . . . p. 369. 380.
II. . . . . p. 111. 420 421. 426.
III. p. 118. 330. 334. 336. 339. 404-406. 421. 443.
IV. . . . . p. 401.
de Gen. et Corr. I. . p. 96. 102. 318. 319. 321. 336. 338. 340. 347. 397-399. 401. 403. 489 sq.
II. . p. 97. 101. 112. 125. 316. 321. 332. 334-337. 342. 344. 347. 350. 351. 354. 355. 382. 406. 407. 411. 454.
Meteor. I. . . . . p. 337.
II. . . . . p. 153. 436. 438. 439.

Aristoteles
Meteor. IV. . . . . p. 113. 116.
de Mundo . . . . p. 103.
de Anima I. . p. 114. 132. 344. 409. 411. 450. 451. 494. 497. 498.
II. . . . . p. 431. 448. 454 sq. 456.
III. . . . . p. 118. 132. 444. 491. 493.
de Sensu . . . . p. 129. 431. 482. 486. 488.
de Respirat. . . . . p. 127. 152. 341.
de Spiritu. . . . . p. 450. 476.
de Partt. animal. I. . . . . . . p. 354. 410. 450. 452.
II. . . . . p. 465.
de Gener. animal. I. p. 118. 120. 122. 443. 462. 464. 466. 467.
II. . . . . p. 152. 468 sq.
IV. . . . p. 464. 466. 470. 471. 473.
V. . . . . p. 487.
de Insec. lin. p. 154.
de Xen. Zen. Gorg. . . p. 94. 96. 97. 101. 111. 321. 342. 335 sq. 368. 403.
Ethic. Nicom. VII et VIII. . . . . . . p. 69. 72. 396.
Magn. Moral. II . . . . p. 155.
Ethic. Eudem. VI et VII. . . . . p. 69. 72. 155. 396.
Rhetor. I et III . . . . p. 60. 144.
Ars Poët. . . . . p. 58. 71. 107. 155. 257.
Problem. XIV. . . . . p. 487.
XXI. . . . . p. 66. 113.
XXIV. . . . . p. 422. 440.
XXX. . . . . p. 32.
Metaphys. I. . . . p. 11. 334. 336. 342. 346. 353 sq. 365. 409. 450. 453.
II. . . p. 95. 103. 132. 182. 316. 317. 336. 351. 354. 365. 378. 404. 497. 503.
III. p. 132. 499.

Aristoteles
Metaph. IV. . . . . p. 96.
VIII (IX) . . . . p. 421.
XI (XII). . p. 320. 324. 345. 347. 348. 353.
XIII (XIV). . . . . p. 318. 354.
de Plant. I. . . . . p. 442. 459. 462 sq. 490.
apud Diog. Laërt. VIII. . . p. 6. 12. 17. 58. 61. 63.
apud Sext. Empir. VII. . . . . p. 61.
Asclepius
in Aristot. Metaph. . p. 334. 336. 352. 353. 373. 390.
Addend. p. 519-521.
Athenaeus
Deipnosoph. . p. 7. 40. 53. 69. 106. 120. 139. 140. 288.
Athenagoras
Legat. pro Christ. p. 92.
Boëthius
de Music. . . . . p. 26.
Cedrenus
Synops. Hist. T. I. . . p. 68. 141. 143. 325. 358. 380.
Censorinus
de Die nat. . . . p. 59. 445. 470. 472. 473. 475. 476.
Chalcidius
in Tim. . . . p. 131. 133. 141. 146. 334. 352. 396. 495.
Georg. Choeroboscus
apud Dionys. Thrac. . . . . p. 518.
Chrysostomus
Hom. II in Joann. . . . . p. 274.
Cicero
de Orat. I. p. 58. 313.
Qu. Acad. I et IV. . . . . p. 309. 310. 334. 344.
Qu. Tusc. I. . . . . p. 495.
de Nat. Deor. I. . . . . p. 75. 504.
Lael. . . . . p. 3. 351. 383.
de Fato. . . . . p. 361.

Claudianus
de Cos. Mall. Theod. . . . . p. 36. 391.
Clemens Alexandrinus
Protrept. . . . . p. 147. 504.
Strom. III et IV. . . . . p. 86. 140. 141.
V. p. 3. 91. 98-100. 107. 136. 142. 145. 380.
VI. p. 20. 21. 72. 96. 111. 136. 140. 143. 148.
Constantinus Lascaris. . . . . p. 31.
Cornutus
de Nat. Deor. . . . . p. 89. 507.
Cyrillus
c. Julian. . . . . p. 139. 141. 518.
Cyrus Theod. Prodr. . . . . p. 36. 379.
Demetrius Troezenius
apud Laërt. VIII. . . . . p. 38.
Dicaearchus
apud Athenaeum XIV. . . . . p. 40.
Didymus
in Geopon. II. . . . . p. 146.
Diodorus Ephesius
apud Laërt. VIII. . . . p. 21 sq. 30. 36. 53. 56. 70.
Diodorus Siculus
Bibl. Hist. XIII. . . . . p. 5. 143.
Diogenes Laërtius
Vitt. Philos. V, 43. . . . . p. 74.
VIII, 43. . . . . p. 52. 150.
50–53. . . . . . . p. 3. 4. 5. 6 sq. 10. 50.
54-56. . . p. 3-5. 30. 47. 48. 50. 51. 53. 142 sq. 150.
57 & 58. . . . . . . p. 19. 56. 58. 61. 63 sq.
59—62. p. 20. 23-25. 28. 55. 92. 142. 148. 149.
63—66. . p. 16-18. 31. 40. 55. 74. 142 sq. 148. 155. 277.
67—69. . . . . . p. 23-25. 34. 36. 41. 45.

Diogenes Laërtius
Vit. Phil. VIII, 70 & 71. . p. 22. 24. 35-37. 40. 42. 45.
72—75. . p. 4. 9-12. 15. 16. 30. 37. 38. 45. 46. 103.
76—77. . p. 70. 92. 99. 140. 422. 427. 432. 433.
IX, 20. 73. . . . . p. 90. 304.
X, 25. . . . . p. 75.
Diomedes
de Orat. &c. p. 57.
Dionysius Halicarnassensis
de Verb. compos. . . . . p. 59.
Epiphanius
adv. Haer. III. . . . . Addend. p. 527.
Eratosthenes
apud Laërt. VIII. . . . . p. 6.
Etymologus M. et Gud.
vv. ἥλιος. αἷμα. . . . . p. 108. 131. 258.
Eudocia
Violar. . p. 5. 6. 15. 16. 22. 30. 36. 38. 43. 48. 50. 58. 63. 70. 74. 148.
Eudemus
apud Simplic. . . . . p. 182. 367.
Eusebius
Chron. . . . . p. 9. 41.
adv. Hierocl. . . . . p. 39.
Praep. Eu. I. . . . . p. 331 sq. 423. 427. 497.
IV, V, X. . . . . p. 52. 87. 139.
XIII et XIV. . . . . p. 92. 142. 380.
XV. p. 330. 394. 418. 422. 425. 426. 428. 432-434. 438. 495.
Eustathius
in Iliad. . . . . p. 107. 139.
in Odyss. p. 7. 21. 60. 111. 141. 149. 184. 257. 347.

Galenus
Therapeut. . . . . p. 14.
de Locis affect. . . . . p. 23 sq.
de Hippocr. et Plat. dogm. . . p. 27. 133. 491. 495.
de Simpl. med. mist. . . . . p. 102. 311.
de Usu partt. . . . . p. 108.
de Element. p. 336.
de Semine. . . . . p. 240. 464.
de Hom. nat. . . . . p. 210. 407. 408.
de Humor. . . . . p. 407.
de Causs. procatarct. . . . . p. 514.
Hist. phil. c. 7 & 10. . p. 94. 339. 361. 400. 403. 407. 418.
c. 11 & 12. . p. 395. 419. 422. 425. 426.
c. 13 — 15. . . . . p. 428. 431-434.
c. 20 & 22. . . . . p. 424. 438.
c. 24 — 29. p. 479. 481-483. 488. 489. 495.
c. 32 — 34. p. 469. 471-473. 476. 479. 514.
c. 35 & 36. . p. 445. 448. 451. 458. 464. 475. 477.
c. 37 & 38. . . . p. 441. 455. 457. 460. 501, 502. 514.
Gellius
Noct. Att. IV & XVII. . . . . p. 9. 53. 146.
Geoponici. vid. Didymus.
Glaucus Rheginus
apud Laërt. VIII. . . . . p. 10. 44 sq.
Gorgias
apud Laërt. VIII. . . . . p. 28 sq.
Gregorius Nazianzenus
Carm. — Orat. c. Julian. III. . . . . p. 36.
Hephaestion
Enchir. metr. p. 112.
Heraclides Ponticus
apud Laërt. VIII . . . . p. 5. 23. 25. 28. 34. 55. 56.

Heraclides Serapionis F.
apud Laërt. VIII . . . . p. 6. 63 sq.
Heraclitus
Alleg. Hom. . . . . p. 3. 54. 92. 347.
Hermarchus
apud Laërt. X. . . . . p. 75.
Hermias
Irris. Gentil. . . . . p. 36. 274. 379.
Hermias
in Platon. Phaedr. . . . . p. 85.
Hermippus
apud Laërt. VIII. . . . . p. 3. 5. 24. 34. 53.
Herodianus
de Schem. Homer. . . . . p. 523.
Hesychius
vv. ἀγέννητα. Βαυβώ . . . . p. 154. 366.
ἰλάειρα. κωλυσανέμας. μινυνθαδίη. . . . . p. 21. 221.
cf. ἀλαῶπις. ἀνδρόπρωρος. δυσμαῖς βίου. . p. 222. 233. 304.
Hesychius Milesius
de Sapientt. . . . . p. 16. 17. 24. 30. 38. 148.
Hierocles
in Aur. Carm. . . . . p. 53. 84. 87.
Hieronymus
c. Jovinian. II. . . . . p. 510.
apud Laërt. VIII. . . . . p. 63 sq.
Hippobotus
apud Laërt. VIII. . . . . p. 3. 5. 36. 46. 150.
Horatius
Ep. ad. Piss. . . . . p. 3. 36. 59.
Jamblichus
Vit. Pythag. . . . . p. 21. 26. 50. 60. 150. 292. 518.
apud Stobaeum. . . . . p. 498.
Justinus Martyr
Coh. ad Graec. . . . . p. 348. 352.

Justinus Martyr
Apolog. II. . . . . p. 511.
Lamprias
Catal. Opp. Plutarchi. . . . . p. 73.
Lactantius
Div. Inst. II et III. . . . . p. 36. 57. 58. 335.
Opif. Dei. . . . . p. 422.
Lucianus
Dialog. Mort. XX. . . . . p. 36.
de Morte Peregr. . . . . p. 36.
Fugitiv. . . . . p. 36.
Pro lapsu inter salut. . . . . p. 143.
Lucretius
de Rerum Nat. I. . . . . p. 3. 58.
Macrobius
Saturn. I et VII. — Somn Scip. I. . p. 108. 125. 495.
Maximus Confessor
Serm. T. II. . . . . p. 155.
Meletius
de Nat. hom. . . . . p. 334.
Menander
de Encom. p. 72. 520.
Michaël Ephesius
in Aristot. de Respir. . . . . p. 246 sq.
Neanthes Cyzicenus
apud Laërt. VIII . . . . p. 4. 15. 16. 51. 64.
Nicephorus Blemmydas . . . . p. 520.
Nicephorus
Progymn. . . . . p. 167.
Oecumenius
in VII Epp. Cath. . . . . p. 380.
Olympiodorus
in Plat. Gorg. — Phaed. . . p. 48. 56. 140. 346. 526.
in Aristot. Meteor. . . . . p. 113. 230. 435. 438.

ORIGENES

c. Celsum V et VIII. . . . . p. 84. 146.

Philosoph. III et IV. . . . p. 50. 141. 325. 343. 380. 434. 507. 509.

ORION

Etymol. vv. ἥλιος. αἷμα. . . . . p. 108. 131.

OVIDIUS

Ibis. . . . . p. 36.

PHAVORINUS

apud Laërt. VIII. . . . . p. 7. 12. 30 sq. 38. 40. 45.

PHILOPONUS

in Aristot. Phys. . . . p. 84. 233. 323. 327. 329. 333. 334. 343. 348. 352. 355. 361. 362. 372. 404. 436. 474.

de Gen. et Corr. . p. 85. 96 sq. 132. 153. 323. 333. 336. 339. 343. 347. 348. 372. 350. 351. 355. 401. 490.

de Gener. Anim. . p. 120. 123. 124. 126. 240. 319. 401. 444. 448 sq. 466-468. 485.

de Anima. . p. 85. 114. 119. 132. 133. 140. 258. 319. 344. 431. 454. 493. 494. 497. 498. 500.

Metaph. . . . . . p. 97. 114. 318. 319. 351.

PHILOSTRATUS

Vit. Apollon. . . . p. 7. 21. 30. 39. 53. 70. 140. 143.

PLANUDES (MAXIMUS)

in Hermog. Art. Rhet. . . . . Addend. p. 518.

PLATO

Sophist. . . . . p. 3. 364.

Gorg. . . . . p. 154.

Lysid. . . . . p. 396.

Menon. . . . . p. 397. 488.

Theaet. p. 402.

PLATO Cratyl. . . . . p. 218 sq.
Phaedon. . . . . p. 421. 495.
Tim. . . . . p. 480.
Sisyph. . . . . p. 418.
de Legg. . . . . p. 360.
GEORG. PLETHON
Compend. Rhetor. . . . . Addend. p. 518.
PLINIUS
Hist. Nat. . . . . p. 14. 20. 23 sq. 39. 222.
PLOTINUS
Ennead. IV et V. . . . . p. 84. 89. 351.
PLUTARCHUS
de Aud. Poët. . . . . p. 57. 72. 90.
de Adul. et Amic. . . . . p. 100.
de Amic. mult. . . . . p. 91. 124.
de Fortun. . . . . p. 116.
de Superst. p. 145.
Qu. Roman. p. 432.
de Is. et Osir. . . . . p. 86. 88. 90. 357. 507.
de Pyth. Orac. . . . . p. 108. 428.
de Def. Orac. . . . . p. 151. 126. 165.
de Ira coh. p. 144.
de Anim. tranq. . . . . p. 72. 88. 507.
de Curios. . . . . p. 20. 313. 128.
de Genio Socr. . . . . p. 33. 508.
de Exsil. . . . . p. 84. 86. 511.
Sympos. . . . p. 21. 59. 95. 107. 110. 112. 147. 153.
115. 120. 125. 138. 449. 456. 458.
Amator. . . . . p. 100. 347.
Reip. ger. praec. . . . . p. 135.
de Aere alien. vit. . . . . p. 86 sq.
Qu. Nat. . . . . . . p. 121. 122. 125. 128. 464. 477.
de Fac. orb. Lun. . . . p. 59. 95. 107. 109. 110. 115.
339. 347. 414. 432. 433. 449.

Plutarchus
de Prim. frig. . . . . p. 102. 340 sq. 349. 440.
de Solert. Anim. . . . . p. 508.
de Esu Carn. . . . . p. 53. 140. 510. 513.
Qu. Platon. p. 110.
de Animae procr. . . . . p. 362.
Non posse suav. vivi etc. . . . . p. 151.
adv. Colot. . . p. 20. 96. 119. 134. 135. 153. 233. 349. 395.
Strom. apud Euseb. . p. 331 sq. 423. 427. 432. 434. 436. 497.
de Plac. phil. I. . p. 92. 94. 96. 338. 339. 361. 379. 400. 403. 407. 418.
II. . . p. 330. 394. 419. 422. 425. 426. 428. 431-434. 438.
III. . . . . p. 153. 424. 425. 438.
IV. . . . . . p. 479-483. 488. 489. 495.
V. . . p. 417. 441. 442. 445. 448. 451. 453. 455. 457. 460-465. 469. 471-473. 475-477. 501. 502. 514.
Pollux
Onomast. II. . . . . p. 474. 495.
Porphyrius
Vit. Pythag. . . . . p. 21. 50. 150.
de Abstin. . . . . p. 73. 85. 138 sq. 490. 515.
Antr. Nymph. . . . . p. 89. 507.
Sentent. . . . . p. 85.
apud Eusebium. . . . . p. 139.
Stobaeum. . . . p. 84. 131. 140. 495. 498. 510.
Suidam. . . . . p. 48.
Probus
in Virgil. Ecl. VI. . . . . p. 82.
Proclus
in Platon. Parm. . . . . p. 85. 184. 188.
Cratyl. . . . . p. 88.

PROCLUS
in Platon. Alcib. I. . . . . p. 184.
Timaeum. . . p. 89. 91. 93. 113. 133. 171. 326. 371.
PSELLUS
de Lapp. virt. . . . . p. 440.
QUINCTILIANUS
Inst. Orat. III. . . . . p. 56. 61.
RUFUS EPHESIUS
de Part. hom. . . . . p. 474.
SATYRUS
apud Laërt. VIII. . . . . p. 6. 19. 28. 56.
SCHOLIASTAE
Apollonii Rhodii. . . . . Addend. . . . . .
Arati. . . . . p. 93.
Aristotelis. . . . . p. 321. 324. 329. 370.
Aphthonii. p. 141.
Dionysii. p. 58. 61.
Euripidis. . . . . p. 123.
Hermogenis. Vid. PLANUDES.
Homeri. . . . . p. 526.
Horatii. p. 52. 496.
Nicandri. . . . . p. 138.
Platonis. . . . . p. 3. 56. 298.
SENECA
Qu. Nat. III. . . . . p. 439.
SEXTUS EMPIRICUS
Pyrrh. Hypot. III. . . . . p. 334.
adv. Math. I. . . . . p. 132. 143. 144.
VII. . . . p. 61. 89. 91. 132. 310. 334. 349. 494. 511 sq.
VIII. . . . . p. 130. 348. 490.
IX. . . p. 53. 92. 100. 145. 348. 352. 504. 505. 510.
X. . . . . p. 100. 334. 349.

Simplicius

in Aristot. Phys. I. . p. 11. 48. 72. 97–101. 103. 105. 106. 115. 133. 320. 325. 326. 334-336. 341. 343. 348. 349. 352. 362. 364. 374. 375. 378. 389. 405. 417. 494.

II. . p. 110. 114. 115. 117. 121. 130. 232. 233. 348. 355. 359. 361. 444.

III. . . . . p. 361.

VIII. . p. 84. 93–95. 99. 101. 134. 318. 347. 351. 361. 366. 367 sq. 375. 376. 377. 383. 405.

de Coel. I. . . p. 98. 381. 375. 376. 386 sq.

II. . p. 104. 106. 111. 114. 116. 329. 331. 374 sq. 387 sq. 417. 418. 421.

III. . p. 93. 106. 118. 318. 329. 336. 340. 350. 375. 400. 405. 436. 443. 447.

de Anim. . . p. 114. 118. 259. 354. 454. 500.

Categor. . . . . p. 118 sq. 412. 450.

Jo. Stobaeus

Ecll. Phys. ed. Heer. T. I. . . p. 92-94. 99. 335 sq. 338. 339. 341. 344. 348. 361. 369. 395. 400. 402. 403. 407. 417-419. 422. 424. 425 sq. 488. 511. 527.

T. II. . . p. 131. 140. 419. 428. 431. 432. 433. 434. 437. 460. 490. 498. 510. 534.

Ecll. Ethic. . . . . p. 84.

Floril. c. Append. ed. Gaisf. . . p. 86. 99. 434 sq. 460. 461. 482. 500. 526

Strabo
Geogr. VI et VIII . . . . p. 36 sq. 130.
Suidas
vv. Ἀθήναιος. Ἄκρων. Ἀμύκλαι. p. 7. 21. 30. 36. 43. 55. 149.
ἄπνους. Ἀπολλώνιος Τυαν. Ἀρχύτας . . . p. 21. 24. 39. 52. 148.
Γοργίας. δορά. . . . . p. 21. 56.
Ἐμπεδοκλῆς. . . . . . p. 3-5. 7. 20 sq. 30 sq. 36. 48. 52. 56. 69. 70. 73. 141.
Ζήνων. ἥλιος. Μάνης. . . . . p. 74. 108. 358.
Μέλιτος. Νῆστις. Παρμενίδης . . . . p. 48. 93.
Synesius
de Provid. — Epist. . . . . p. 87. 88.
Syrianus
in Aristot. Metaph. . . . p. 53. 54 sq. 114. 318.-326. 371. 389.
Tatianus
adv. Graec. . . . . p. 31. 36.
Telauges (personatus)
apud Laërt. VIII. . . . . p. 4. 38. 52 sq.
Tertullianus
ad Mart. — Apolog. — de Pallio. . . . p. 30 sq. 36.
de Anima. . . . . p. 31. 36. 131. 274. 495. 502. 511.
Themistius
Orat. V. . . . . p. 69.
in Aristot. de An. . . p. 114. 132. 140. 390. 431. 454. 494.
Phys. . . . . p. 233. 325. 343. 355. 361. 362. 366. 405. 444.
Metaph. . . . . p. 340. 406. 412.
de Coel. . . . . p. 407. 421.
Theodoretus
Therap. Serm. . . . . p. 52. 60. 69. 94. 98. 136. 141. 494. 495. 511.

THEOLOGUMENA. Vid. ANONYMUS.
THEON SMYRNAEUS
Arithm. Plat. . . . . p. 147.
Mathem. Plat. . . . . p. 475.
THEOPHILUS ANTIOCHENUS
ad Autolyc. . . . . p. 504.
THEOPHRASTUS
de Causs. Plant. I. . . . . p. 120. 138. 152. 448.
de Sensu. . . p. 128. 133. 451. 481-485. 491 sq. 498.
apud Athen. X. . . . . p. 106.
Laërt. V et VIII. . . . . p. 48. 74.
THEOPHYLACTUS
Epist. . . . . p. 233.
TIMAEUS
apud Laërt. VIII. . . . p. 3. 5. 16-18. 20 sq. 24. 31. 35. 36 sq. 40-42. 46. 45. 55 sq. 49 sq. 150.
TIMO PHLIASIUS
apud Laërt. VIII. . . . . p. 15. 19. 42.
TZETZES
Chill. II. . . . . p. 3. 5. 21. 50. 52. 148.
IV et VII. . . . . p. 5. 137.
XII et XIII. . . . . p. 62. 88. 137.
in Hesiod. . . . . p. 441.
in Lycophr. . . . . p. 73. 119.
VARRO
apud Nonium. p. 445.
VIOLARIA Mss. p. 93. 141.
XANTHUS
apud Laërt. VIII. . . . . p. 17 sq. 74.
ZENO ELEATES
apud Suidam. . . . . p. 74.

INDEX II

VOCABULORUM GRAECORUM.

ἄβιος ζωή. . . . . vs. 34.
ἀγάλματα. . . vs. 371. p. 270.
ἀγής, ἁγής. . vs. 191. p. 220 sq.
ἀγλαΐεις. -εσσα σελήνη (?) vs. 186.
ἀέξω et ἐναύξω confusa. p. 258.
ἀήθης. . . . . vs. 333.
ἀήρ et αἰθήρ confusa. p. 198. 261.
ἀθέσφατος (φρήν). . . . vs. 362.
ἀθρεῖν et ἀθλεῖν confusa. p. 173.
Αἴγλη. Vid. Νῆστις.
ἀΐδηλος, -ον πῦρ. . . . vs. 322.
Ἀϊδωνεύς, *Terra*. . . . . vs. 56.
αἰθήρ, *aër*. p. 198; adde vs. 151.
aether. vs. 185. p. 217. 330.
αἰθύσσω. Vid. καταιθύσσω.
αἶσα (οὔδεος, νώματος). . vs. 252. 313. p. 238. ἐν μέρει αἴσης. vs. 117.
— et γαῖα confusa. vs. p. 193.
αἴσιμος. . . . . vs. 289. p. 251.
ἀΐσσειν. πόθος ἀΐσσων (?) vs. 256. p. 239.
Αἰσχρη. . . . . vs. 26.
ἀκμὴ βίου. . . . . vs. 337.
Ἀκράγας ξανθός. fluv. p. 277 sq.
ἄκρητος (σμύρνη. φόνος). vs. 373. 375.
ἄκρητος / ἄκριτος / ἄκρατος } confusa. p. 216. 270.
ἀκριτόχηλος, ... vs. 242.
ἄκρος, prima correpta. p. 178.
ἄκρα σοφίης. vs. 48. πόλευς. vs. 390.
ἀλαῶπις. . . . . vs. 198.
ἀλαῶπις . . / ἀγλαῶπις . . } confusa. p. 222.
ἀλεξανέμας, κωλυσανέμας. p. 21.
ἀλήτης. . . . . vs. 7.
ἀλίγκιος. . . . vs. 158. p. 211.
ἀλίζω, -εσθαι. vs. 187. p. 218 sq.
ἀλλ' ἄγε / ἀλλὰ γάρ } confusa. vs. 40. p. 178.
ἀλλάσσειν, διαλλάσσειν. p. 196.
ἀλλοιωπός. Vid. -ωπός.
ἀλλοιόχρως, αἰολόχρως (?) vs. 379. p. 272.
ἀλλότριον φῶς, *luna*. . . p. 220.
ἀλοιτής (θάνατος). . . . p. 300.
ἄλοξ ἄλοκες, *pori*. . . vs. 277.

ἅλς (ὁ). . . . . vs. 206. p. 224.
ἁλύω . . . . vs. 420.
ἅμα hyperbaton facit. p. 279.
ἁμαξιτός Πειθοῦς. . . . vs. 358.
ἄμβροτος. ἄμβροτα, *coelestia*. vs. 127. p. 204.
ἀμείβω. . . . . . . vs. 137. 378.
ἀμεμφής, -έως. adv. vs. 173. 177
ἄμικτος. . . . . . vs. 172. 331.
ἀμνίον. . . . . p. 474.
ἀμοιβαῖος. . . . . vs. 68
ἀμουργός (λαμπτήρ) . . vs. 304. p. 355. sq.
ἄμουσος (ἰχθύς). . . . . vs. 205.
ἀμφιβρότη χθών, *corpus*. nr. 453. p. 300 sq
ἀμύκλαι, -κλαΐδες. . . . p. 30.
ἀμφί. πεπαρμένος ἀμφ' ὀδύνῃσι. p. 279. δεδαὼς ἀμφὶ τέχνης. vs. 155.
ἀμφιθροάω (?). vs. 315. p. 258.
ἀμφίστερνος. . . . . . . vs. 238.
— πρόσωπος. ibidem.
ἄν. εἴσοκεν ἄν. . . . . . vs. 144.
Ἀνάγκη. . vs. 1. 69. p. 361 sq.
ἄναξ, *sol*. ἄνακτος κύκλος. vs. 191.
ἀναπνεῖν —ἐκπνεῖν. vs. 275 p. 245.
ἀναπτύειν. . . . . vs. 17.
ἀναύχην. . . . . vs. 232.
ἀνδροφυής. . . . . vs. 240.
— πρωρος. . . vs. 239. p. 233.
ἀνελίσσεσθαι. . vs. 189. p. 220.
ἀνήνυστος. . . . . vs. 82.
ἄνθος. ἄνθεα τιμῆς. vs. 46 274.
ἀνιμᾷν. . . . . vs. 422.
ἀνόπαιος. . . . vs. 202. p. 223.
ἀνταυγεῖν. . . . vs. 188. p. 219.
ἀνταύγεια. . . . . . p. 428 sq.
ἀντιθορεῖν . p. 258, ad vs. 315.
ἄντρον, terra. . vs. 31. p. 171.
ἅπαντα, ἕκαστα, oppos. vs. 94 sq. p. 194. confusa. p. 189. 232.
ἀπ-αΐσσειν . } confusa. p. 248.
ἐπ-αΐσσειν . }
ἀπείρων et -ος. . . vs. 61. 199. p. 185 sq.
ἁπλόω ἀναπλοῦσθαι, περιαπλοῦσθαι. . . p. 441 sq. not. 166.
ἄπνους, ἄπνοια. . . . . p. 23-25.
ἀποδύεσθαι, tropice. p. 515. not.
ἀπόκηρος (?) . vs. 388. p. 277.
ἀποκρίνειν. -κριθῆναι, de *mortuis*. vs. 345.
ἀπόλειψις. . . . . vs. 90.
ἀποπλάζεσθαι. . . . . . vs. 328.
ἀπόπτημι. Vid. πτῆμι.
ἀποῤῥαίειν (θυμόν). . vs. 377. 415.
ἀποῤῥοή, -ῥοια. vs. 267. p. 242. 397.
ἀποσκεδάζειν. . . . . . vs. 194.
ἀποσκνιφοῦν. } confusa. vs 195.
ἐπι —— } p. 121.
ἀπόσκοπος. . . . . vs. 250.
ἀποστεγάζειν. . vs. 288. p. 251.
ἀποφλοίειν. Vid. φλοίειν.
ἀραιός. . . . vs. 314. cf. μανός.
ἀρθμός } confusa. Vid ἐνάρθμιος.
ἀριθμός }

ἄρθμιος } confusa. . . . . p. 262.
ἄρτιος }
ἄρθρον. θνητοῖσιν ἄρθροις. vs. 109.
ἅρμα (εὐσεβίης). vs. 45. p. 176.
Ἁρμονίη. vs. 25. 59. 214. p. 227.
ἄρω. παντοίης ἰδέῃσιν ἀρηρότα. vs 181.
ἀργής (Ζεύς. αὐγή). vs. 56. 127.
Ἀσάφεια. . . . . vs. 27.
Ἀσκληπιάδης (φῶς). . . vs. 436. p. 296.
Ἀστέμφη. . . . vs. 29.
ἀσυνήθης (χῶρος). . . . . vs. 13.
ἀτάλαντος ἀπάντη. vs. 106. p. 198.
ἀτειρής. (ὄμμα ἀκτίν. χαλκός). vs. 227. 307. 422.
ἀτερπής (χῶρος). vs. 20. p. 166.
Ἄτης λειμών. . . . . . . vs. 23.
ἀτραπός, πόρος, στόλος (λόγων). vs. 113. 448. 165. p. 199.
αὐγή, *coelum*. vs. 405. p. 281.
αὐγή et αὖ γῆ confusa. ibidem.
— et γυῖα —— p. 186.
ἀφάρ. . . . . vs. 170.
Ἀφροδίτης λιμένες. Vid. λιμήν.

βάξις. . . . . vs. 400.
βαρύνωτος (κόγχη). . . . vs. 220.
Βαυβώ. . . . . p. 301.
βέλος } confusa. Vid. ὀξυβελής.
μέλος }
βηλός. . . . . vs. 306.
βίου ἀκμή. } Vid. ἀκμή. ῥηγμῖν.
— ῥηγμῖν. }

βουγενής. . . . vs. 239. p. 233.
βούκρανος. . . . . vs. 240.
βύσσος. . . . . vs. 274.

γαίη et γαστήρ confusa. p. 241.
γαίω et χαίρω —— p. 138.
γέννα. . . vs. 114. 332. p. 200.
γέντο. Vid. ἔγεντο.
γίνομαι (παντοῖα εἴδη). . p. 162. 208 sq.
γένος et δέμας confusa. p. 188. 263. 243.
γηθοσύνη, *Venus*. . . . vs. 111.
γλαυκῶπις (σελήνη). . . vs. 196. p. 222.
γόης, γοητεία, γοητεύειν. p. 27-29.
γόμφος. . . . . vs. 228. p. 230.
γομφοῦν . . . . vs. 265.
γραπτὰ ζῶα. . p. 269. Addend. p. 525.
γυῖα, *sensus*. . . . . vs. 32. 53.
γυῖα, μέλη. periphr. vs. 3. 66. 70. p. 187.
γυναικοφυής. . . . . . . vs. 241.

δαιδαλέοδμος. . . . . . vs. 372.
δαίμων. δαίμονες. vs. 3. p. 506 sq.
δαΐφρων. . . . . vs. 54.
δαίω. φιλοφρόσύνη δεδήει. vs. 365. p. 268.
δαλερός (?). . . vs. 269. p. 242.
δάφνη. . vs. 383. 419. p. 288.
δαψιλός et -ής. vs. 199. p. 223.
-δε. ἐς ἄγγοςδε. vs. 286. p. 251.

δεδίσκεσθαι (?). . vs. 72. p. 188.
δεδίσσεσθαι (?) . . . . . ibidem.
δειλός. . . vs. 14. 418. p. 173.
δεινός. δεινὰ καὶ ἐσθλά. vs. 352.
δέμας et γένος confusa. Vid. γένος.
— αἴης, ὕδατος. vs. 73. 285.
p. 251. μελέων. vs. 254.
δενδρεόθρεπτος. . . . . . vs. 431.
δεξιά —ἀριστερά. mundi partes.
p. 426.
δεύεσθαι αὐγῇ. . vs. 127. p. 204.
Δῆρις. . . . . vs. 25.
Δηναίη. . . . . vs. 26.
διάκρισις. Vid. σύγκρισις.
διαλλάσσειν, -λαξις. vs. 79. 179
Vid. ἀλλάσσειν.
διάμορφος. . . . . vs. 130.
διάπτημι. Vid. πτῆμι.
διάπτυξις. . . . vs. 137. p. 207.
διατέμνειν. λόγοιο διατμηθέντος.
vs. 86. p. 192. Addend. p. 521.
διαφύεσθαι, -φῦναι . vs. 89. 92.
διαχωρισμός. . . . . p. 501 not.
διείδειν. διείδεται (?) . . . vs. 65.
διπετής (χαλκός). . . . vs. 283
p. 250.
δίνη. vs. 168. αἰθέρος δῖναι. vs. 18.
δολιχαίων. . . . . vs. 161.
δολιχόφρων. . . . . vs. 347.
δοιός et τοῖος confusa. p 193.
δυσάνολβος. . . . . vs. 14.
δύσζηλος. . . . . vs. 408.
δυσηχής et εὐηχής. } confusa.
— ηκής et — ηκής. } p. 279 sq. 284.
δυσμαὶ βίου . . . . p. 403.
δύστλητος (Ἀνάγκη). . . vs. 69.
ἔγεντο. (γίγνομαι). . . . vs. 219.
Addend. p. 522.

Ἔγερσις. . . . . vs. 28.
ἐθέλειν, de inanimis. . vs. 253.
273. p. 244.
ἐθελυμνός (?). p. 205 sq. 213 sq.
ἔθνος. ἔθνεα Κηρῶν &c. . vs. 21.
141. 171.
εἶδος. εἴδεα. . . vs. 6. 210. 332.
εἴδη τε χρόαι τε. vs. 152.
εἰδώλου ἀκτῖνες . . . p. 488 sq.
εἰκαίως (?). . . . . vs. 346.
ἕκαστος. Vid. ἅπαντα.
εἰλίπους. εἰλίποδα (τὰ). vs. 242.
ἐκμακτός. . . . . vs. 332.
ἔλλοπος, ἐλλόπος. }
ἐλλός, ἐλλός. . . } p. 273 sq.
ἔλλοψ, ἔλοψ. . . . }
ἔμπαιος. . . vs. 33. p. 172 sq.
ἐμπεδόφυλλος, -καρπος. vs. 366.
ἐν —πλέονα. vs. 88 sq. 3 p. 63 sq.
ἐν. pleonasm. vs. 130 sq. 169.
209. 229. 231.
ἐναλλάξ. . . . . vs. 172.
ενάρθμιος. . } confusa. vs. 272.
ἐναρίθμιος. . } p. 243.
ἐνίζεσθαι (?). . . . . . . vs. 109.
ἐξίστασθαι. . . . . vs. 58. 174.
ἐπακουστός. . . . . vs. 38.
ἐπαρτής. . . } confusa. p. 262.
— αρκής . . }

ἐπεί cum subjunct. . . vs. 156. 167 sq. p. 211.
ἐπεί τε. . . . . vs. 209. p. 225
ἐπιδερκτός. . . . . vs. 38
ἐπιήρανος (ἔργων). . . . vs. 442.
ἐπίηρος. . . . . vs. 211. p. 262.
ἐπίκειμαι. . . . . vs. 401.
ἐπικρούνωμα, κρούνωμα (?). vs. 57. p. 180.
ἐπιμάρτυρ (?). . . . . . vs. 124.
ἐπισκνιφοῦν. Vid. ἀποσκνιφοῦν.
ἐποχετεύειν. Vid. ὀχετεύειν.
ἐποχεύειν. ἐποχεῦτο (?). vs. 269. p. 242 sq.
ἐπώνυμος. . . . vs. 435. p. 295.
ἔργον. ἔργα ὁμοῖια, σόφα. p. 298. βορᾶς. vs. 10.
ἔρις. ἔριδες. . . . . vs. 15. 338.
ἐρίδουπος (ἀκοή). . . . . vs. 51.
εὐηχής. . . . . } Vid. δυσηχής.
εὐηκής. . . . . . }
Ξυναίη. . . . . vs. 28.
εὐήνιος. -ον ἅρμα. . . . . vs. 45.
εὖνις. . . . . vs. 237. 387.
εὐρυμέδων (αἰθήρ). . . . vs. 404.
εὔστερνος (?). . . . . . p. 226.
ἐφικτός (ὀφθαλμοῖς). . . vs. 356.
ἐφ' ᾧ τε . . . . vs. 47.

ζείδωρος (Ἀφροδίτη.) . . p. 347.
Ζεύς, *Ignis*. . . . . . . vs. 56.
ζωρός— ἄκρητος. . . . . p. 216.
ζῶα γραπτά. Vid. γραπτά.

ἥλιος, *ignis*. vs. 126. 151. 182.
—— ab ἀλίζειν. . p. 218 sq.
ἠλέκτωρ. . . . . vs. 327.
Ἡλιόπη. . . . . vs. 24.
ἦ μὲν —ἦ δέ. . } confusa. p. 195.
ἠμὲν —ἠδέ. . }
ἠνεκέως. . . . . vs. 405.
ἤπιος (αἰθήρ). . . . . . . p. 198.
— sive ἤπιος. . . . . p. 215.
— et ἄπλετος confusa. p. 198.
Ἡρακλείδης. . } confusa. p. 12.
Ἡράκλειτος. . }
Ἥρη, *aër*. . . . . p. 181. Addend. p. 520.
ἠΰς. ἠέα γυῖα. vs. 377. p. 271.

θαλασσόνομος. . . . . . vs. 220.
θάλειος. adject. . . . . vs. 394.
θέειν (δι' ἀλλήλων). vs. 136. 140.
θελυμνός Vid. ἐθελυμνός.
θεμερῶπις. . . . vs. 25. p. 168.
θήπειν. τεθηπὼς ἧσθαι. . vs. 108. p. 199.
θῆρες et κῆρες confusa. p. 208.
θήσειν et στήσειν confusa. p. 190. 293.
θοάζειν. . . . . . vs. 48. p. 177.
Θόωσα. . . . . vs. 26.
θύειν, *furere* an *sacrificare*? vs. 412. p. 283.

ἱδρὼς γῆς, *mare*. nr. 451. p. 300. 438.
ἰητρός, prima correpta. p. 276.

ἰλάειρα (*σελήνη*). vs. 193. p. 221.
ἰότης (Τύχης) . . . . . vs. 312.
ἰσθμός . . . . } confusa. p. 252.
ἠθμός . . . . }
ἰσοπαλής (?) . . vs. 61. p. 185.
ἴσος, prima correpta. vs. 108. 215. p. 198.
— *μῆκός τε πλάτος τε*. vs. 107.
ἴχνος, prima correpta (?) p. 219 sq.

καθαρμοί . . . . p. 67 sq.
καί τε. Vid. *τε*.
καί et *ναί* confusa. . . . p. 229.
καλεῖν, *ὀνομάζειν ἐπί τινι*. vs. 80. p. 190.
Καλλιστώ . . . . vs. 26.
καμασῆνες. vs. 205. 243. p. 234.
κάπνος. *κάπνοιο δίκην ἀρθέντες* vs. 35.
κατά. *τὸ κατ' ἄῤῥενα*. vs. 262.
κατὰ μεῖζον. vs. 235.
καταβήσομαι . } confusa. p. 248.
— *νίσσομαι*. }
καταιθύσσω (?). vs. 431. p. 294. Addend. p. 525 sq.
κατάστοργος . . . . . . vs. 228.
κατασφρηγίζειν (*ὅρκῳ*). . . vs. 2.
κατηρής. . . . vs. 367. p. 269.
κέμματα. . . }
κέρματα. . . } confusa. p. 253.
τέρματα. . . }
κεραίειν. . . . vs. 172. p. 214.
Κῆρες . . . . vs. 21.
κήρυκες, *ostreae genus*. vs. 221.
Κινώ et Καινώ confusa. p. 169.
κλαδάσσεσθαι. . . . . . . p. 296.
κλάδοι, *brachia*. . . . vs. 360.
κλεψύδρη, *-αι*. . . . . . vs. 283. p. 249.
κοῖλα, — *πυκνά*. . . . . p. 468.
κόλλα. *κολλᾶν*. . vs. 208. 214. p. 224 sq. 227.
κομᾶν. . . . . p. 30.
κορυφαὶ μύθων. . . . . vs. 447.
Κότος. . . . . vs. 21.
κρανεῖν. *-έω*. futur. . . p. 292.
κρᾶσις. . . . . . . vs. 329. 332.
κρήνη. *κρῆναι*, symbolice. p. 290 sq.
κρινόμενος. . . } confusa. p. 237.
ὀρνύμενος. . . }
κρόκος vel *κόκκος*. . . . vs. 274.
κρούνωμα. Vid. *ἐπικρούνωμα*.
κρύφος (?). . . . . vs. 59.
κρύσταλλος. *-ώδης οὐρανός*. p. 422. 428.
κτίλος . . . . vs. 364.
κύαμος. . . . . vs. 418. p. 285.
Κυδοιμός. . . . . vs. 368.
κυκλίσκειν. . . } confusa. p. 258.
κικλήσκειν. . . }
κύκλος, *temporis orbis*. *κατὰ κύκλον*. vs. 100. 116. 138. p. 196. Addend. p. 521 sq.
κύκλοψ κούρη, *pupula*. vs. 308.
κύμβη. . . . . vs. 341. p. 264.
Κύπριδος *λιμένες*. Vid. *λιμήν*.
κύρειν. Vid. *προσ- συγκύρειν*.
κώδων, de auditu. . . . p. 483.

κωλυσανέμας. Vid. ἀλεξαν.

λειμών (Ἄτης). vs. 23. p. 167.
λελόγχασι, penultima correpta. vs. 4. 301. p. 160.
λεπίδες. Vid. φλονίδες.
λευκός et λαμπρός conf. p. 203 sq.
λέχος et μέλος confusa. p 254.
λεύσω. λεύσεσκεν. . . . vs. 444.
λιάζεσθαι. ὧδ᾽ ἐλιάσθης. . vs. 39.
λιθόῤῥινος (χελώνη). . . vs. 221.
λιλαίεσθαι. ἔσω λελιημένος. vs. 292.
λιμήν. Ἀφροδίτης λιμένες σχιστοί, τέλειοι. vs. 217. 261. ξείνων. vs. 391.
λιπόξυλος. . . . . vs. 125. 150. p. 203. 209.
λίφαιμος. . . . . vs. 275.
λοχάζεσθαι. . . vs. 308. p. 257.
λωφᾶν. . . . vs. 421. p. 289.
μαθεῖν } confusa. p. 37. not. 97.
λαθεῖν }

μάθη. . . . . . vs. 101. p. 197.
μακραίων . . . . vs. 4.
μακρὸς πλοῦτος. vs. 441. p. 164. μακρὰ ῥοῖζος. vs. 203. δένδρεα μακρά. vs. 243. 245.
— prima correpta. . vs. 245. p. 234 sq.
μάλιστα, ἄμικτα, et μιγεῖσα. confusa. p. 228. 263.
μανθάνειν, *solere*. . vs. 96. 178.
μανίη. . . . . . vs. 41. p. 515.
μανός s. ἀραιός — πυκνός. vs. 230. p. 496.
μαραίνεσθαι (καμάτοις). vs. 437.
μάσσω. . . . . vs. 157.
μαστεύεσθαι (χείλεσι, φρεσί). vs. 10. 350. p. 163. 266.
μαστεύεσθαι . . }
μαντεύεσθαι . . } confusa. ibid.
μητίζεσθαι . . . }
Μεγιστώ. . . . . vs. 29.
μελάγκοῤῥος. . }
— κορος. . } confusa. p. 169.
— καρπος. }
μελεδήμων. . . . . vs. 390.
μέλει. ᾧ δόξα μέμηλε. . vs. 355.
μέλιτα, -σσα, pro μέλι. p. 270.
μέλος. μέλη periphr. vs. 66. 175. p. 187. (cf. γυῖα.) μελέων δέμας, ὄγκος, φύσις. Vid. δέμας &c.
μέλος } confusa. p. 215. 262.
μέρος } cf. λέχος. βέλος.
μένος αἰθέριον. vs. 16. ἀνδρός, ἀνέμων. vs. 426. 432.
μέριμναι. . vs. 33. 347. p. 173.
μέρος. ἐν μέρει. . vs. 116. 117.
μεταείρειν. . . vs. 244. p. 234.
μετάρσιος. . . . . vs. 173.
μεταφῦναι. . . vs. 319. p. 259.
μῆκος ὄλβου. vs. 11. cf. μακρός.
μήνιγξ. . . . . vs. 307. p. 256.
μήτιος et μήτινος confusa. p. 210.
μῖγμα, de materie. p. 320 sq.
μινυνθαδίη (αἶσα). vs. 193. p. 221.

μονίη. . . . . vs. 60.
μουσικόν, μουσεῖον } conf. p. 47. 71.
Φυσικόν. . . . . }
μύσος (μῦσος), prima correpta. vs. 376.

νεικογεννήτης. vs. 334. p. 263.
Νεῖκος. . . . . . p. 347. 257.
νεκρά, *mortales*. . . vs. 378.
νεφεληγερέτης (ἀήρ). . . nr. 453.
νηλεὲς ἦμαρ. . . . . vs. 9.
Νημέρτη. . . . . vs. 27.
νηστεύειν κακότητος. . . vs. 406.
Νῆστις. vs. 57. Αἴγλη. vs. 212. p. 181. 227.
νόμος, *mos*. . . . . . . p. 265.
νοῦς. νῷ δερκεῖν. . . . . vs. 108. p. 198 sq.
νῶμα (νόημα). . . . . . vs. 313.

ξουθός. —θὴ μέλιττα. . p. 270.
ξύλον, *caudex*, *arbor*. vs. 247.

ὄαρος. . . . . vs. 124.
ὄγκος (ἀέρος, μελέων). . vs. 287. 335.
ὀθόνη, *membrana* . . . vs. 308.
ὄζος σάρκινος, *auris*. . . p. 483.
οἷος, τοῖος. } conf. p. 164. 209.
ὅσος, τόσος. }
ὅλος, ὁλοφυής. Vid. οὖλ.
Ὄλυμπος. vs. 188. p. 219. 427.
ὄμβρος, *aqua*. . . . . . p. 205.
ὁμέστιος (θεοῖς). . . . . vs. 387.
ὁμοιοῦν. ὁμοιωθέντ' Ἀφροδίτῃ. . . vs. 330.
ὁμοκλέων. (ὁμοκλή an ὁμοκλεῖν?) vs. 412. Addend. p. 525.
Ὀμφαίη. . . . . vs. 30. p. 170.
ὀνομάζειν ἐπί τινι. Vid. καλεῖν.
ὀξυβελής. . . } confusa. p. 217.
— μελής. . . }
ὀξυβελὴς ἥλιος, χαῖται. vs. 186. 226.
ὀξύς. ὀξέα αὐγή. vs. 65. p. 186.
ὀξύ, *frigidum*. vs. 269. p. 243.
ὀξύς et ὠκύς confusa. . p. 186.
ὀπόσῃ perperam pro ὅπῃ. p. 178.
ὀπός. . . . . . vs 265. p. 241.
ὅποτε cum Optat. . p. 252 sq.
ὀργᾷν. . . . . vs. 334.
ὀρειλεχής. . . } confusa. p. 264.
— μελής. . . }
ὁρμή (Φιλότητος. πίστιος). vs. 177. 409.
ὁρμίζεσθαι (Κύπριδος ἐν λιμένεσσι). vs. 217.
ὀρνύμενος. . . } confusa. p. 237.
κρινόμενος. . . }
ὅρπηκες (ἐννύχιοι), *fetus*. vs. 249. p. 237.
ὀῤῥός (γάλακτος). . . . . p. 477.
ὁσίη. ὁσίης πλέον . . . . vs. 47.
οὐδαμά, pro -ᾶ. vs. 93. 99. 148.
οὖδος (οὖδας) } confusa. p. 224. 238.
εἶδος, ὗδος }
οὖδας (χθονός). . . . . . vs. 17.
οὖλος. τὸ οὖλον . . . . . vs. 37.

οὐλοφυής. . . . vs. 251. p. 237.
οὖν. οὔτ᾽ οὖν et οὔτ᾽ αὖ. p. 238.
ὀχετεύειν. tropice. vs. 42 p. 175.
ἐποχετεύειν (λόγῳ λόγον). vs. 166. p. 212.
ὄψ. . . . . . . vs. 311. p. 257.
ὀψίγονος. . . . . vs. 246.
ὄψις et πέψις conf. p. 238 sq.

παιδικά. . . . p. 48. not. 133.
παλάμαι, de intellectu. vs. 32.
παμπαλάμη. vs. 49.
πάλιν ἔμπαλιν . . . . . vs. 294.
παλίνορσος. . . . . vs. 165. 297.
παλίντιτος. — τονος. confusa. p. 293.
παφλάζειν. . . . . vs. 281.
πειθώ. πειθοῦς ἀμάξιτός. vs. 358.
πείρατα (μύθων). vs. 87. p. 192.
πείρω. πεπαρμένος ἀμφ᾽ ὀδύνῃσι vs. 399. p. 279.
πέλαγος. αἵματος ἐν πελάγεσσι vs. 315.
πέλει (μοι ἀπιστεῖν), *mos est* . . vs. 84. p. 191.
πελεμίζω . . πολεμίζω . . confusa. p. 187.
πενητεύειν. -οντα μετώπων vs. 234.
πέμμα . . . . . p. 7. not. 15.
περὶ κύκλον. . . vs. 185. p. 217.
περιαπλοῦσθαι. Vid. ἀπλόω.
περιηγής. . περιγηθής. . confusa. p. 182 sq.
περικάρδιον αἷμα. . . . . vs. 317.
περισσόν — κενεόν. . . . . vs. 63.
Περσεφόνης θάλαμοι. . . vs. 438. p. 296.
περιώσια. . . . . . adv. p. 440.
πηγνύναι, —σθαι. . vs. 206. 227. 230. 353. πεπήγασι, neutr. vs. 324.
πηγή. de voce. . . . . . vs. 42.
πίθος τετρημένος. nr. 456. p. 303.
πίστις (γυίων). vs. 53. πίστιος ὁρμή. vs. 409.
πίστωμα. . . . . vs. 85.
πίσυνος, *obediens*. . . . . vs. 8.
πλάδη (?). . . . . p. 231.
πλάσις. . . . . vs. 231.
πλατύς (ὅρκος). . . . vs. 2. 68.
πλοῦτος (πραπίδων). vs. 354. 441. p. 298.
ποικίλλειν . . . . vs. 154.
ποιπνύειν τι (?). vs. 210. p. 225.
πολυαίματος. -τον ἧπαρ. p. 301.
πολυμνήστη (Μοῦσα). . . vs. 43.
πολυσπόρος. . — σπερής. . confusa. p. 224.
πολύφθορος. . . . . . . vs. 402.
πορεῦται (?). . vs. 411. p. 283.
πορθμὸς αὐλοῦ. . . vs. 284. 291.
πόρος ὕμνων. Vid. ἀτραπός. πόροι, *pori*. p. 397.
πότμος δυσδαίμων. . . . vs. 345.
πρόμος. . . . . vs. 385. p. 276.
προσηνής. . . . . vs. 364.
προσκύρειν. . . . . vs. 36.
πτεροβάμων. . . . . . . vs. 341.

πτῆμι. ἀπέπταν. vs. 35. διέπτη. vs. 92.
πύλαι ἰσθμοῖο . . . . . vs 293.
πυνθάνω, sq. infinit. κλύειν. . . vs. 406
πύον, *lac.*. vs. 266. p. 241 sq.

ῥαψῳδεῖν. . . . p. 69. not. 206.
ῥευστός (?). . vs. 22. p. 166 sq.
ῥηγμῖν βίοιο. . vs. 339. p. 264.
ῥιζώματα (πάντων). vs. 55. p. 180.
ῥινοί, -ῶν, pro ῥινός, -οῦ. p. 247 sq.
ῥιπαί (ἡλίου). . . . . . . vs. 206.
ῥιπτεῖν. . . . . vs. 374.
ῥοῖζος et ῥίζα confusa. . p. 223.

σεβίζομαι, pass. . . . . vs. 396.
σήπειν, de concoctione. vs. 247. p. 236.
σίδη. . . . . vs. 246.
σκιερός et χλιερός conf. p. 233.
σκότος, tropice. vs. 23 p. 167 sq.
σκοτόεις. -εσσα δόξα. . vs. 355. p. 267.
Σόμφη . . . . . vs. 30. p. 170.
σπλάγχνα. λόγος ἐνὶ σπλάγχνοισι. vs. 86.
στεινωπός (παλάμη). vs. 32. p. 172.
στέμματα Δελφικά. . . p. 31.
στερέμνιος. . . . . p. 422.
στερεωπός. Vid. -ωπός.
στήσειν et θήσειν confusa. p. 190. 293.
στόλος (λόγων) Vid. ἀτραπός.
στόργη. . . . . vs. 323.
στροφάλιγξ. . vs. 168. p. 213.
στρόφιον. . . . . p. 30 sq.
σύγκρισις —διάκρισις. p. 351 sq.
συγκύρειν. —έκυρσε. vs. 204. 236. 314.
σύμβολον, de foetu. . . p. 466.
σύριγξ. σαρκῶν σύριγγες. vs. 276. p. 245 sq.
σφίγγω. . . . . vs. 185.
σφαῖρος (ὁ). . . . . vs. 60. 62. p. 183 sq. 316.
σφαῖρον (τό). . vs. 64. p. 186.
σχεδύνη (Φιλότης) (?) . . p. 349.

τανaός. -ώτερον φῶς. vs. 306. 310.
τανaῶπις. . . . . vs. 24.
τε. οὐδέ τε. vs. 286. καί τε. vs. 135. 445.
τέλειος, de connubio. vs. 217. p. 228.
τελευτή (θανάτου). . . . vs. 78.
τέρην. τέρεν αἷμα, ὕδωρ. p. 248.
τέρθρα et τέθρα conf. p. 246 sq.
τέρματα μελέων (?). . . p. 253.
τέχνη, primâ correptâ. p. 210.
Τιτάν . . . . vs. 185.
τόρως. . . . . vs. 164.
τοῖος et τόσος confusa. Vid. οἷος.
τρανώματα γλώσσης. . . vs. 51. p. 178.
τρέφειν μέγαν. . . . . . vs. 66.
τρίς, solennis numerus. p. 161.
τρὶς μύρια. Addend. p. 519.

τύπος. τῦποι οὐλοφυεῖς. vs. 251.
Τύχη . . . . p. 359 sq.

ὑγρός (ἀήρ). . . . . . . vs. 184.
ὑδατοθρέμμων. . . vs. 134. 160.
ὑδρεύομαι, tropice. . p. 458 sq.
ὑδρομέλαθρος . . . . . . vs. 340.
ὑμνοπόλος. . . . . vs. 384.
ὕμνος. . . . . . p. 72. not. 216. p. 212.
ὑπένερθε. τὸ πᾶν ὑπένερθε an ὑπένερθε γίγνεσθαι? vs. 144. p. 208. Addend. p. 522.
ὑπεκπροθέειν . } confusa. p. 215.
— ροθέειν . }
ὑπέρφλοιος, -φλοος. . . vs. 246. p. 235.
ὑπόστεγον ἄντρον. . . . . vs. 31.

φάος ἰδεῖν. . . . . p. 265.
Φερέσβιος (Ηρη). . . . . vs. 56.
φήρ (θήρ). . . . . vs. 365.
Φθιμένη. . . . . vs. 28.
φιλίη, -ότης. vs. 198. p. 347. 257.
φίν (σφίν). . . vs. 328. p. 262.
φλονίδες. . . . . } conf. p. 230.
λοπίδες, λεπίδες. }
φλόος, φλοίειν, ἀποφλοίειν . . . p. 235. sq.
Φόνος. vs 21. φόνος, *cruor*. 278.
Φορύη. . . . . . vs. 30. p. 170.
χαλαζώδης (σελήνη) . . p. 432.
φυγὰς θεόθεν. vs 7 p. 508, not. 20.
φύσις. vs. 77. p. 190. μελέων. vs. 257. titulus περὶ φύσεως, p. 72.
φυσικόν. . }
Περσικόν. } confusa. p. 66. 47. 71.
μουσικόν. }
Φυσώ. . . . . vs. 28.
φρονεῖν, -ησις . . . . p. 491 sq.

Χάρις. . . . . vs. 69.
χαμαιευνής. . . . . vs. 382.
Χθονίη. . . . . vs. 24.
χιτών (σαρκός). . . . . vs. 379.
χλιερός (?). . . . . . . p. 223.
χρῆμα, *fatum*. . vs. 1. p. 159.
χρόα. εἴδη τε χρόαι τε. vs. 152.
χρόνος et χρεών confusa. p. 162.

ὠγύγιος. -ον πῦρ. vs. 307. p. 256.
ὠθεῖν. ἐωσμένος (ἀκτῖσιν.) vs. 206.
ὠκύς et ὀξύς confusa. . p. 186.
ὠοτοκεῖν, de arboribus. vs. 245.
-ωπός. ἀλλοιωπός, στερεωπός. . . vs. 129. 137. p. 206. 522.
ὦ πόποι. . . . . vs. 14.
ὥρα, *annus*. . . . . vs. 5.

INDEX III

RATIONIS GRAMMATICAE.

Anacoluthon: nominat. pro accus. . . . . vs. 56, p. 179 sq.
— particip. pro verbo. . . vs. 282 sq. p. 250 sq.
Apocope. . . . . p. 257.
Dualis. vs. 415, p. 284.
Ellipsis: e praegresso τὸ οὐκ ὄν intell. τὸ ὄν. . . . . . p. 266.
Enallage modorum. . . . . . vs. 156 sq. 167 sq. p. 211, 213.
Hyperbaton in ἅμα. . . . . p. 279.
Hiatus. . . . . vs. 49. 121. 162. 422.
Infinitivus sequens post αὔξεσθαι, συνέρχεσθαι vs. 88. 103, 169.
— post πυνθάνεσθαι. . . . . vs. 400.
Inversio casuum. . . . . vs. 284, p. 251.
— sententiae. . . . . vs. 292, p. 252.
Nomina propria: lusus in eorum significatione. . . p. 295 sq.
Παρήχησις. . . . . vs. 433, p. 295. p. 304.
Pronomen ὅς vocabulo adjuncto postpositum: δαίμονες οἳ — pro οἳ δαίμονες — . . . . p. 160.
Simplicia pro compositis. . . . . p. 271.
Syllabae breves productae in arsi. vs. 82, p. 190. vs. 166. 298.
in thesi quarti pedis. vs. 163, p. 212.
— longae correptae: primae in ἄκρος, ἴσος, μακρός, ἰητρός, μύσος, ἴχνος, τέχνη. Vid. Index vocabulorum.
Terminatio perfecti act. in ασι, penultima correpta, in λελόγχασι, p. 160. πεπήγασι, vs. 324.

ERRATA.

P. 14. Galenus Therap. 1. . . . . . lege: I, 1. (T. X, p. 3 A. Chart.)
27. — περὶ τῶν καθ' Ἱπποκρ. etc. L. 9. — IX, 5. (T. V, p. 255 B.)
31. mortuique denique. . . . . . . — mortui denique.
46, not. 129. Sturz. p. 333. . . . — Sturz. p. 133.
84, vs. 5. ὥρας. . . . . — ὦρας.
88, vs. 26. Αἰσχρή . . . . — Αἶσχρη.
96, vs. 78. θνη τῶν. . . . . — θνητῶν.
— vs. 79. μίξις τε. . . . . — μῖξίς τε.
100, vs. 110. φιλὰ . . . . — φίλα.
144, vs. 209. ἐδιηνεν. . . . . — ἐδίηνεν.
126, vs. 281. αἰθήρ . . οἶ δματι. . — αἰθὴρ . . οἴδματι.
— vs. 283. κλεψύδρη . . . . . . — κλεψύδρης.
132, infra l. 4. Themistius in Aristot. de Anim. I, f. 72 A. — de Anim. III, f. 85 B.
134, vs. 340. ὑδομελάθροις. . . . . — ὑδρομελάθροις.
140, vs. 379. ἀλλοιοχρῶτι. . . . . — ἀλλοιόχρωτι.
144, vs. 404. διὰ τε εὐρυμέδοντος — διά τ' εὐρυμέδοντος.
146, vs. 414. ὥς δ' αὔτως. . . . . . — ὥς δ' αὔτως.
174, vs. 37. Scaliger. . . τὸ δ' λώϊον εὔχ. — τὸ δὲ λώϊον εὔχ.
218, vs. 187. μέλαν pro μέσον. . . — μέγαν pro μέσον.
220, vs. 189. Sic ἡ ἀνέλιξις in Platon. delendum.
241, vss. 262-264. ἀδροτὴς et ἀνδροτὴς — ἁδρότης et ἀνδρότης.
258, vs. 315. Vid. Stobaeus II, p. 124. — p. 1024.
335. not. 73. Lactant. II, 12. . . . — Lactant. Inst. Div. II, 13.
365, not. 161. Aristot. Metaph. III, 4. — II, 4.
407, not. 40. Aristot. de Gener. et Corr. I, 6. — II, 6.
410, not. 49. } Aristot. Phys. I, 4. — II, 4.
452, not. 196. }
460, not. 216. cf. mox not. 219. . — not. 218.
466, not. 234. Superius not. 227. — not. 226.
468, not. 239. } Aristot. de Gener. et Corr. II, 8. — de Gen. Anim. II, 8.
460, not. 242. }
485, not. 289. (cit. not 223.) . . . — (cit. not. 295.)

Postremo bis terve scriptum est:

Jo. Damasc. in Stobaei Append. pro Stobaei Append.

Gaisfordt. . . . . pro Gaisford.